Cressa cretensi. Hora. li. car. Cressa ne careat pulchra dies nota. Cretēsibus enim mos erat dies letos albis calculis nigris contrarios numerare: & ex lætorum dierum numero annos & tempus metiri. malos. n. in annorū numerum non ducebant. Acron.

Crepitus est sonitus uiolentus: a quo uenit increpo: quod est in eruptione uocis & īmani sonitum repræhēdere. Cymbala: tympana tubæ: cornu: similiaque: crepunt siue crepitant. Crepitus item significat peditum strepitus proprie est sonitus pedum ambulantium. Fremitus est tam sonitus fluctuum i alto mari: q̄ murmur i populo. Stridor acrior est quasi a strepitu comitantium.

Creo est circa acerra quod ad sarnum flumen fit onera accipientem & emittentem. Stra.

Cremona celeberrima ē ciuitas circa padum.

Crepundia quære in cistella. Ful.

Crepidae rusca sunt calciamenta: quas primo habuere senatores: post equites Romani: nunc milites. Sunt enim crepidæ unoquoque pede aptae. a crepero. i. dubio dictæ: qa dubium esset cuius essent pedis.

Crediturī appellantur milites quibus ignominia stipendium. i. merces menstrualis aut annua quæ esset: quæ in minimis æris subtrahebatur. quod æs milites semestri aut annū dabatur: cui dictum non sit propter ignominiam crediturus non esset. No.

Crepare ē sonare. Plau. i me. Dic mihi tu nūq̄ intestina crepant. Virg. geor. lib. i. Atque leuem stipulam crepitātibus urere flammis. Ter. in phor. sed hostium increpuit. nihil ad te. M. T. in uerrem de supplicius. Locum istū lictoris percrepare totū mulier uocibus cātuque symphoniæ. Luci. li. xxvi. pcrepa pugnā Pompili factū Cornelii caue. Varro in eumēnid. propter crepas uocibus uolitans aureus uulgi. Sisen. histo. li. iiii. Conglobati & collecti cōcrepant armis. Noni.

Crepare iterum significat queri uel dolere. Horatius primo car. Quis post uina grauē militia ut pauperiē crepat. Lucil. li. ii. Et crepitat ātiquū genus & pietate repletū. Noni.

Crepare iter uiciari. Turpi. in pedio. Age tu hymeneum increpa. Noni.

Crepare frangi. Virgi. li. v. Et acuta murice remi increpuere. No.

Crepare ferire. En. i thieste. sed sonitus aures pulsu pedū increpat. M. T. de offi. li. iiii. Itaque si uir bonus habeat hāc uī ut si digitis cōcrepuerit possit i locupletū testamēta nomen eius irripere. Ser.

Crepera res ꝓprie dicitur dubia: unde & crepusculum dicitur lux dubia & senes decrepiti dicti in dubio uitæ cōstituti. Fest.

Crepex dubium: unde increpitare dicimus qa maledicta fere incerta & dubia sunt. Fest.

Crepex bellū anceps & dubiū. Virgi. li. v. Exæquataque sunt creperi certamina belli. Actius i phœnissis. Quae ego cūcta esse fluxa i mea re crepera cōperi. Idem in thelepho. Nunc tu in re crepera tua quid capias consilii uide. Luc. sa. li. v. Sani uicem solis mihi in magno mœrore tristis iā i sūmo crepero iumēra salutis. Pacu. in doloreſtis. Nō uereat animū ægritudinē in re crepera cōfici. Plau. in asina. q quod cū cōsilio post unam atque unā amicā ductitet decrepitus senex. Varro in ministeriis. prisca horrida silent oracula crepera in nemoribus. Noni.

Crepitulum ornamētū capitis. Id enim i capitis motu crepitum facit. Fest.

Crepido est abrupti saxi altitudo. Virgi. in. xi. Forte ratis cœlsi coniuncta crepidine saxi. Expositis stabat scalis & pōte parato.

Crepidines faxa prominentia. Fest.

Crepitātibus urere flammis nō nouū usurpauit Vir. uerbū. sed prior Lucretius posuit in sexto. Nam res ulla magis q̄ phœbi delphica laurus. Terribilis sonitu flāma crepitante cremat. Ma. de sa.

Crepos. i. lupercos dicebant a crepitu pellicula: quem faciunt uerberantes. Mos. n. erat

Romanis in lupcalibus nudos discurrere: & pellibus obuias q̄sque fœmiatas ferire. F

Crepusculum a crepero. Id uocabulum sumpserũt a sabinis: crepusculum significat dubium: ab eo res dubiæ dictæ creperæ: ꝙ crepusculum dies etiam nũc sit. an iã nox multis dubium. Varro.

Creta terra alba. Ser.

Creteriæ uocabulũ trahitur a cratere. qđ uas est uini. Fest.

Creui modo significat hæreditatem adii: modo maior ætate uel census sum: modo indicaui: modo diuisi: quæ oĩa a duobus uerbis cresco & cerno trahunt qđ illi κρίνειν dicũt cernere: pficere. Fest.

Ciamos faba. Pithagorica sententia dãnata: qa facit insomnia: uel qa mortuorũ animæ sũt in ea: quare parentando assumitur flamen ea nõ uescitur: quia in flore eius litterae lugubres reperiantur.

Cianae nympha sicula. Proserpinae socia ob cuius raptum flens: in fontem rapta ẽ. qui anapo comisceť nõ longe a syracusis: iuxta ortigiã insulam i mare decidit. Altera meãdri fluuii filia: quae caulum & biblidẽ Mileto filio solis peperit. T.

Cianeae insule uel scopuli in ponte cõtra thracium bosphorũ. quae ĩstabiles fuisse dicuntur: Etiam symplegades nominantur & cyane etiam dicitur.

Cyaraxes Phraortis regis medorũ & persarũ filius. pater Astyagis q̄ ei successit.

Cyathus paruũ poculum. Horati. ternos cyathos bibe.

Cybele: be breui: raro longa: sed tunc per binũl. saturni uxor: prius opis a monte phrygiae cybele dicta: uel a cybele sacerdote & sacrorũ eius inuẽtore: uel a κυλίω graecae uoluo. Fuit etiam dicta berecynthia rhea bona dea. Eius simulachrũ ex pessimunte phrigiae allatũ est. Liuius. x. de secũdo bello punico.

Cibariũ ꝙ nũc aut de pane sordido aut de immũdo dicit. Varro. in modio: ĩ buccolicis. dormire mallem si licet potius uinũ cibariũ q̄ ego dominus cubaré. Idem. honos lyras tuus aũt ipse frater cibarius fuit Aristoxenus. Cice. Tuscula. libro qnto. Cui cum peregrinanti aegyptũ comitibus non secutis cibarius in capsa panis datus esset nihil uisũ illo pane iocũdius. Noni.

Cibariũ dici uidemus non modo de pane sordido: sed etiam de alio indigno. Varr. uinũ cibariũ apparet. Idẽ. honos lyras tuus aũt ipse frater cibarius fuit haustu semis. Cicetusc. libro qnto. cui cũ peregrinanti aegyptũ comitibus non secutis cibarius ĩ capsa panis datus esset nihil uisum illo pane iocũdius. Ser.

Cybele mater quã dicebant magnam. Ita appellabať ꝙ ageret homines in furorẽ quod graeci dicũt κυβον. Cybele uero eadem dicta a loco q est in phrigia. Fest.

Cibus & uictus differũt. Cibus. n. est q etiã delicatis praebeť: uictus in paruis aridisque alimoniis est constitutus. Teren. in an. lana ac tela uictũ quæritans. Dona.

Cibus colũbarũ apponitur circum parietes in cannalibus: quas extrisecus per fistulas supplẽt: delectantur milio: tritico. ordeo: pisofasiolis: eruo. Varro.

Cibum appellãt ex græco κιβωτιον. ꝙ illi peram in qua cibum recõdũt appellant. Fest.

Cicatricare cicatricẽ inducere. Fest.

Cicindula genus muscarũ qđ noctu lucet uide licet a cauda: unde etiam candelabra putãt appellari.

Cicina auis nocturna. Fest.

Citior cõparatiuum a cito. Plau. nullam ego citiorem apud homines esse: q̄ famam reor. Fest. Põp.

Ciceronis fons haud longe a puteolis est calidas emittens aquas: quae ægris oculis plurimum conferunt. Et ideo Ciceronis uocať: quia in uilla eius: quã academiam uocauerat: ea in uia quae ab anio lacu fert puteolus est: nec tamen eo uiuente fons erat: sed breui interposito post eius necem ipse illã. Antistio uetere possidente: eius in parte prima prorũpit: quem etiam libertus. Tullius unus ex libertis olim Tullii: carminibus celebrem reddidit.

Cicercula nomen liguminis. Lau.

Cicuris qui ex fera domesticus est factus: ut aper ceruus: capreolus: dama: leo. ideſt qcquid curari potest: quod significat mansuefieri: quod enim a fero discretum est. id dicit cicur. Inde cicur ingeniũ & mansuetum: a cico dictum cicur dictum est. Cicum enim dicebant membranã tenuẽ quæ est malo punico discrimen. Var. & Cice. Nam aliæ sũt fere: aliae sunt cicures: aliae natantes: aliæ uolucres. Laurenti.

Ciconiæ: neque enim ciconiæ & hyrundines: quae in Italia pariunt in omnibus terris pariunt: nescitis palmulas caricas in syriã parere in Italiã non posse. V.

Cicum mẽbrana pellis malorũ punicorum.

Festus Pompeius.

Cicuta est qđ inter cannarum nodos. Virgili. ī buc. Est mihi disparibus septem compacta cicutis. Fistula. Ser.

Cicures. Cice. tuscu. libro qnto partim soliuagas partim congregatas in amnes altas quosdam ut cicures: nōnullas abditas terraque tectas. Nonius.

Cicurare apud Pacu. nulla res neque cicurare: neque meteri potis est: neque reficere. cicurare manuefacere: quod enī discretum id dicit cicur: & ideo dictum cicur īgeniū obtineo. ideſt māsuetū: a quo cicuri quoque nobiles cognoīati cicuri: id natū a cico. Varro

Cicones populi thracū iuxta ebrum: quorum fœmine spræte orphæa dilaniarūt.

Cicheſus fluuius. Homerus ī hymno Apollinis. Tor.

Cyclades insulæ in ægeo: quia in cycli forma disponuntur: ut Solinus & Seruī. qa longo ordine circuiri eas necesse est inter has mycone: & gyarus.

Cyclas uestis rotūda. Iuuena.

Cyceon potionis genus: quo heroes in bello troiano utebantur.

Cycluis pictor eximius tempore Euphanoris cuius tabulam cum argonautis hortensius emit talentis. xliiii.

Cyclopes circulatoris oculus gigantes in syciliā iuxta etnam uno oculo in fronte. & cyclopas dicitur a Vir. pp uersū.

Cycnus potius q̄ cignus.

Cydarꝰ genus nauiculæ.

Ciclades dicte sunt non quia in rotunditate sunt: sed q̄ longo ordine eas circuire necesse est: uel propter promontoria: unde & Vir. sparsasque p æquor cyclades dixit.

Ciccum dicebant membranam tenuē quae est in malo punico discrimen a quo etiā Plau. dicit q̄ uolēt densum cicū nō iter duo. Var.

Cydnus fluuius ciliciæ non habens certā originem secūdum solinū: alii ex tauro: alii ex aluo coaspidis dicūt nasci. diuidit tharsum. Alexander ibi se abluit. Tor.

Cydippe nympha secūdū Vir. iiii. geor. & puella apud Ouid. Tort.

Cydon ciuitas cretæ a saniis ædificata ī cuius agro spicula arundinea nascebantur secundum Virgil. & nomen pprium longam habet primā Inde cydonia mala: ideſt cothonia. Tortel.

Ciere nominare. Fest.

Cillenus: ideſt mercurius dictus: q̄ omnē rē sermone sine manibus cōficiat: qbus partibus corporis qui carent uocant κύλλοι. i. mutilati: Ideoque quadratum eum fingunt alii uolunt sic appellatū: q̄ in cillenia uia sit nutritus. Alii q̄ ī mōte archadiae cileno. Alii q̄ a Cilena nympha sit educatus. F.

Cillere mouere: unde & furcille eo q̄ his frumenta cilleant. ideſt moueantur & ciris forme & arbori suspensa & mota ossilla dicta sunt. Virg. georg. quarto. ossilla atque alta suspendunt mollia pinu. Ser.

Cillibæ mensæ rotundae. Fest.

Cylīdrus lapis teres ī modū colūne ad aream æquandā. qui e uolubilitate nomē accepit. Nā κυλίω graece. uoluo latine Vir. i. geor. area cū primū ē īgēti æquanda cylīdro. Ser.

Cillibā mensam quadratā appellant escariam quae etiam nunc ī castris a cibo cilliba dicta. postea rotundae factæ & q̄ a nobis medea & q̄ a graecis mensa dici potest. nisi q̄ etiā ponebant plæraque in cibo mensa. V.

Cillenius mons archadiæ celebris natiuitate. Mercurii.

Cilones dicuntur quoꝝ capita oblonga & cōpressa sunt: Chilones autē cū aspiratiōe ex græco a labris īprobrioribus: quæ illi χίλια uocant: unde & pisces īprobius labrati chilones dicuntur. Se.

Cylindrus lapis est rotundus: cylindrū super spacia terra prona: atque dirupta: si iacias causam quidem ei & initium præcipitandi effeceris: ille præceps uoluit: nō quia tu id iam facis. sed qa ita sese modus & formæ uolubilitas habet & est præciosus lapis. Iu. Tu uide atque tace donat archana cylindros.

Cilicia in minori asia syriæ proxima: subiecta tauro a Cilice Agenoris filio.

Chiliarchus q̄ mille sub se habet.

Cilicranes populi prope heracleam ab Hercule constituti: cōpositō. s. nomine a κύλικός pro poculi genere nos calix q̄si cherſydros sed potius diuersæ sunt species magnitudinis Herculē fuisse ī ultibolū. Hero.

Cylidrus quasi uolubilis. Ser. chelidros dicit.

Cylīdrus lapis præciosus teres & oblongus uarii coloris a κυλίω græ. unde columna qua æquatur area.

Cilla urbs ætoliæ.

Cyllarus equus Pollucis Castoris fratris unde ad differentiā. vi. ingentē dixit.

Cyllene mons archadiæ: a quo cillenius mercurius ubi natus: Inde cilenis patronymicum dixit.

Cilicia texta de pillis in castorum usum atque naturā erat. Asco.

Chilo dicitur cognomento a magnitudine la/
broꝝ aſpiratum.
Cilium eſt folliculum quo oculus tegitur: un
de fit ſupercilium. Feſt.
Cimbā ſabini uocant eam quā militares lecti/
cā. unde uidetur deriuari cimbam cubicu/
lum eſſe. Feſt.
Cimbā græci dicunt κυμβιον. Feſt.
Cimbaliſſare cymbala q̄tere. Caſſi. emi. li. iiii
Mulier cantabat tibiis phrygiis. & altera ci/
baliſſabat. Non.
Cimba nauis piſcatoria. Affra. i excepto. tum
conſcendo cimbā inter ibi lucus piſcatoriā
remo: iaciunt ancoram. ihibent leuiter. M.
T. de offi. libro tertio. cimbaꝝ ante pedes
multitudo pro ſe quiſque quod cœperat af
ferebat. Non.
Cimbia. Vir. libro qnto. Cimbiaque argento
perfecta atque aſpera ſignis. Var. de ui. pa.
li. i. Item erant uaſa uinaria ſcyphi: cimbia
aqlinæ pateræ gutti ſextarii. No. Mar.
Cimbia poculū i modum cimbæ facta. ideſt
nauiculæ. Virg. æn. libro tertio. Inferimus
tepido ſpumātia cimbia lacte. Ser.
Cymbium dictū: quia eius medium æque pa
tet in omnes partes: quod genus a geome/
tris κυβος dicitur. unde etiā theſſelæ qua/
dratæ κυβοι hinc & cimbios genus piſcis:
quia piſcantes id genus piſcis uelut aleam
ludunt. Feſtus.
Cymbum poculi genus qđ græ. κυμβιον. no
minat. Alii dicunt modū eſſe tunice mulie/
bris quo connexa circa ceruicē tunica ſub/
mittitur. Feſt.
Cimbri lingua gallica latrones dicūtur. Fe.
Cimerii dicūtur homines qui frigoribus occu
patas terras incolunt: quales fuerunt iter
baias & cumas: in ea regione in qua conual
lis ſatis eminēti iugo circūdata eſt: quæ ne/
que matutino neque ueſpertino ſole con/
tegitur. Feſt.
Cymba antiqtus cūba: nauicule genus.
Cymbala inſtrumēta in ſacris matris deū cū
tympanis eoꝝ q̄ ſonitu clypeoꝝ & galleaꝝ
Iuppiter i creta tutatus ſit: & cymbaliſtria:
quae cymbalum pulſat.
Cymbiū poculum ad cymbe ſimilitudinē.
Cimbri qui nūc flāmingi germani: lingua gal/
lica latrones qui inundatione Oceani fuga/
ti i Italia i cāpo raudio a Mario deleti ſunt.
Cyminus lacus Italiæ: a cymino monte qdam
dicti putant. qui ex uecte ferreo iacto: abla/
to ab Hercule. ſcaturiit.
Cimeri populi in aſia amazonibus ꝓximi. qui
ex ultimo occidenti uenerūt ſecūdum Ho/
me. x. ody.
Cymolia creta ueſtibus & medicamētis apta:
& a κυμη. i. cumæ nomen aſſumpſit.
Cymodoce nympha oceani & tethyos filia.
Cimon athen. Melciadis. filius: habuit filios
Teſagoram & Melciadē. Iuſticiam mupuni
dicūt. quo q̄ tingebatur ocus facies.
Cymeram uocant antiqui uas qđdam q̄ oper
tū in nuptiis ferebāt: in quo erant nubentis
utenſila: qđ & camillū dicebāt eo q̄ ſacroꝝ
miniſtrū καμιλλον uocant. Fe.
Cyminū ex græco κυμαινομαι fluctuo.
Cymothoe deæ nomen ē: ſica cauſa ficta. ē eni
θοος curro & κυμα fluctus. Ser.
Cynicus agnomen philoſophoꝝ ſecte: cuius
priceps Antiſtenes. uel a cyno ſarche gym/
naſio: uel a canibus: q̄ ut mordaces ſunt. ita
illi contra uicia: uel quia ſine uerecūdia pu/
denda exercebant: ut Crathes thebanus cū
uxore Hipparchia uacabant ſoli morali
philoſophiæ. de quo Lae. mul.
Cynthos mons deli ubi Apollo & Diana nati
altiſſimus: unde Cinthius Apollo. Vir. etiā
pro Octaui i ſileno. T.
Cynthia Diana. Propertius amicā ſuam ita uo
cauit: quæ hoſtilia dicebatur.
Cincīni itorti: quia ad locū capiēdum tendūt
appellati. Feſt.
Cinctus & cingulum a cingendo alteꝝ mulie
ribus attributū. V.
Cincta flaminica ueſte uelata. Feſt.
Cingulo noua nupta præcingebatur: q̄ uir in
lecto ſoluebat: factū ex lana ouis: ut ſicut il/
la domus ſublata cōiuncta iter ſe ſit: ſic uir
ſuus ſecū cinctus uinctuſque eſſet hūc her/
culaneo nodo uictū uir ſoluit hominis gra/
ti: aut ſic ipſe fœlix ſit i ſuſcipiendis liberis
ut fuit herculanus: qui ſeptuaginta liberos
reliquit. Feſtus.
Cingulū a cingēdo: qđ in cingulum plærūque
dicitur. Var. in gerunto didaſculo. Nouus
maritus taciturus taxim uxoris ſoluebat ci
gulum. Noni.
Cigulum generis neutri eſt hominū. Iā aīaliū
fœminini generis ē: & cigulas dicimus. Ser.
Cinefactū in cinere diſſolutum figuratio ut te
pefactum & labefactum. Lucil. li. iii. Ad nos
horrifico cinefactū te ꝓpe cubet. Nonius.
Cinedulis Scipio affri. æmilianus in oratione
cōtra legē iudiciariā. Tyberii gracci ait du/
center præſtigia ihoneſtas cū cinedulis &
ſambuca pſalterioque erunt in ludum hi/
ſtrionum diſcūt cantare: quæ maiores no/

ſtri ingeniis,phis dicier uoluerunt.Ma.de ſa.

Cinabari græ.la.cinabaris & cinaber:ut pipa/ri nos pip. Quidã miniũ dicũt:quo tingeba tur Iouis facies diebus feſtis ſecũdum Plin. Nam fortaſſe uirg.minioque rubẽtem: ſed aliud miniũ aliud cinabarĩ Pli.dicit.xxxiii.

Cinædus puer ad patiendum aptus:a κινέω: .i.moueo uel experior:& παιδεία uerenda: ut iter ſocraticos notiſſima foſſa cinae/dos haec eſt.q.adoleſcẽtes bonis moribus a Socrate iſtructi ſceleſtos uitabant:ut uiato res foſſam. T.

Cynægirus athen.Euphorionis filius.He.

Cynaetha capra quædam uel bucula apd The ocritum.T.

Cinythas Paphi filius rex cipri:q ex filia Myr rha adonẽ genuit:alter rex aſſyriorũ ĩ lapi/dem uerſus ob'filiorũ infortunia.T.

Cineas qdam cineas:theſſalus pyrrhi amicus: admirandæ memoriæ.Plu.& So.

Cinyps fluuius Garamãtum:a charitone col/le in lybicũ mare inter duas ſyrtes cadit.ha bens hircos maximos unde Cinypii cogno minantur.Hero.

Cinnamomum fructetũ in æthiopia:non ex/cedens duas ulnas.

Cinamũ ſimilis arbuſcula in æthiopia.

Cinomaia canina muſca.T.

Cynocephali beſtiæ ſimiles ſimiis præter ca/pita canina humanã ſpeciẽ deferẽtes i aethi opia:uiolenti ad ſaltum feri morſu.de qui/bus puto Ouidium ſenſiſſe ĩ primo. Perfu/ſam multo natorũ.

Cynocephala ea herba ut caput canis:aegy/ptii oſiritem uocant de qua Pli.iii.

Cynogloſſa lingua canis herba.T.

Cynorhodos roſa ſilueſtris:ſed canis interp̃/tatur:quare au'ẽ:uide.Pli.viii.Fuit ex Ideis & nutricibus Iouis:a qua in archadia urbs & portus a Ioue in cœlum locata: & dicta minor urſa.T.

Cynedi dicti ſunt apud ueteres ſaltatores uel panthomini.Plau.ĩ au.Ita fuſtibus ſubmol lior magiſq̃ ullus cynedus.Idem in ſticho: lepidam & ſuauẽ cantationem aliquam oc cupato cynedicã.Lucil.ſa.li.i.Stulte ſaltatũ te iueniſſe cynaedos.Var.honos lyras me/rentis ut quietus ac demiſſior pbandus.N.

Cigulos appellabant hoies q ĩ his locis ubi cin gi ſolent.ſatis ſunt tenues.Feſt.

Cynthius Apollo a cyntho deli monte appel latus.Feſt.

Cynthia locus Romae ubi cithorũ monumẽ/tum fuit.Feſtus.

Cinxiẽ Iunonis nomẽ ſanctũ habebatur ĩ nu/ptiis qđ initio coniugii ſolutio erat cíguli: quo noua nupta erat cícta.Feſt.Pom.

Cypariſſe dicuntur ignes,pdigioſi ſimilitudi/ne cupreſſorũ.Feſt.

Cypreſtes Athenis mirabilis horologii arti fex.Varro.

Cippi pomærii ſtant & circum arae quaedam & circum Romam.Varro.

Cypria Venus:q ei primum in Cypro inſula templum ſit conſtitutum:uel quia parien/tibus praeſidebat:quod graece κύειν pare/re ſit.Feſt.Pomp.

Cyprio boui merẽdam.Ennius ſotadico uer/ſu cum dixit.ſignificat id quod ſolet fieri in iſula cypro ĩ qua boues humano ſtercore paſcuntur.Idem cum dicit:propter ſtagna: ubi lan gerũque genus piſcibus paſcitur.eẽ paludẽ demonſtrant:in qua naſcuntur pi/ſces ſimiles ranunculis: ĩ quas oues conſe/cratæ edunt.Feſt.

Cypariſſus & cupreſſus fabula nota arbor: caeſa nunquam repululat: unde inferis ſa/cra:& ante domum funeſtam ponebatur: nequis imprudens ingrederetur & pollue/retur.de hac Plin.plura lib.xvi.& cypariſ/ſus urbs achaiæ.Home.& Pli.

Cyprus iſula ĩ carpathio mari iter ciliciam & ſyriam diues:luxui dedita:unde Veneri ſa/cra & arbor odorata in ægypto:foliis & ſe/mine coriandro ſimilis.Plinius.xii.circa fi/nem.Quidam putant quam liguſtrum uo camus:primum eius cyprianus: & nomen proprium.

Cyphus genus poculi quo in ſacris utebãtur: qui & ſcyphus etiam dicitur.T.

Cypſelus pater Periandri:corinthiorũ tyrãni.

Ciranus lycius Sarpedonis comes:ab ulyxe in/terfectus.T.

Circanea dicitur auis quæ uolãs circuitũ facit

Cireneum promontoriũ in aſia minori haud longe a monte.Mina.

Cira mons eſt phocidis ſeu uertex alter parna ſi montis:ĩ quo olim celebre toto orbi ora/culum fuit Apollinis.

Ciren fluuius eſt hiſpaniæ: qui alio nomine: bethis dicitur.

Cirta maſſilienſiũ fluuius eſt iuxta urbẽ agatã

Cirus fluuius eſt ex radicibus montis coraxici prumpens.haud longe a cambiſo: & poſtq̃ diſtantibus alueis hyberos hyrcanoſque circuiuere quaſi ex compoſito: haud lõge a

marsi lacum influit: & in sinum hyrcanum uno currunt alueo

Cirneum mare tusci maris pars est ab insula cirne quæ postea corsica a muliere ligustina quæ illam primo incolunt dicta est.

Circunspectus non qui circunspicitur quem cõspicuũ apellare solemus: sed qui circũspicit: & in omnem partem more iam spectat hoc est sagax & pendens Lau.

Circiter ad tempus: ut circiter Kalendas. Ianuarias: sed frequentius ad numerum: ut circiter decem miliariorum. Aliquando ad locũ ut cassius. Emina lapidem fuisse quadratũ circiter in medio are iunctum calendis. La.

Circũsisto: circũsto differunt. sed primum ꝑ circundo. alterum pro inuado & irruo. & q̃ si terrificatiõe aggredior. ut Vir. circunstãt animæ dextra leuaque frequẽtes. Non nunq̃ terroris auferendi gratia. ut cæsar i cõmẽtariis. Siquis grauiore uulnere accepto desierat circunsistebant. hoc est iacẽtem exhortabantur arcentes tela. Interdum pro circunsto. ut apud eundem & mercatores in oppidis uulgus circunsistat.

Circuitores uulgo appellamus quibus uestiarii uel litterarii dant uestẽ cicunferendam & distrahẽdam. Vl. de. iu. sti.

Circulatores qui serpẽtes circunferũt & præponunt: si cui ob eorum metum damnum datum est ꝑ modo admissi puniunt. Pau.

Chirographum qui legat non tantum de tabulis cogitat. sed etiã de actionibus quæ ꝑ batio tabulis cõtinet. appellatiõe. n. chirographi uti nos ꝑ ipsis actiõibus palã ẽ. quo modo uẽditis chirographis itelligimus nomẽ uenisse: qn etiã si nomẽ qs legauerit id ꝙ ẽ i actiõibus legatũ itelligit. Iu. de legatis.

Circæum latina ciuitas litoralis post antiũ stadiis ducentis & nonaginta: mons mari & paludibus instar habens ĩsulæ habet & castellũ & circes sacellum & mineruæ arã & quãdam Vlyxis patriã mõstrant. Strabo.

Circum & præpositio & aduerbiũ ẽ locale ut Virgilius. iiii. æne. Anna uides toto properari litora circum. Pri.

Circa pro iuxta accipitur: ut circa templum. Inde componitur quocirca: & est coniũctio causalis. dicimus circcuncirca. teste Donato in arte sua.

Circiter pro iuxta accipitur. solũ pertinet: ut circiter Kalendas. Pri.

Circuiri pro decipi.

Circius. sũt porro alia quædã noia quasi peculiariũ uẽtoꝝ quæ incolæ i suis quisque regionibus fecerũt: aut ex locoꝝ uocabulis ĩ qbus colũt. Nãi naque Galli uocant flamina ex sua terra. quæ scæuissimũ patiũt circium appellãt a turbiẽ opior ac eius uertigie. A. g. Cicum: circa: circiter: hoc differũt: ꝙ circũ loci est: ut circum theatrum: circa temporis ut circa Kalẽdas. circiter numeri: ut circiter horas decem: nec aliter dictum inueniatur. nisi licentia dictum inueniatur. Seruius.

Circes solis & persæ nimphæ filia: quæ in campania in monte a se circæo dicto habitauit ubi urbs circæi in plurali: ut gabli uulsinii de quo. Seruius. vii.

Circus a circũeo: nõ a κύκλος græce: cũ nõ scribatur: neque circũ: neque circuitus & similia. sed a circũeo dicitur unde circenses. i. circumenses. Nam antefacta spectacula interenses locis uirentibus agebãt & medio in lolo munera ponebãt. Equi uero iunctis curribus a circi carceribus discedẽtes ex uno latere recurrentes ad primã metam reducent. Nam circus oblongus in hemicycli speciẽ desinebat. ubi reuoluebantur equi: & ibi insurgunt gradus qualem Vir. descripsit i. v. Hic pius Aeneas misso certamine etc. Qui & cauea uocabatur. Ser. uidetur caueam & podium idem signare: sed potius in podio ipsi gradus sunt cauea in circo. In cuius medio & obeliscus & sepulchra nobiliũ ponebantur: circũ quæ equi decurrebant. uocabatur etiam circus stadium & locus ubi curebatur curriculũ stadii. Locus ubi eq mittebantur oppidum. Neuius dixit secũdum Varro. Inde carceres ꝙ equos coerceat. Tres circi Romæ fuisse legimus: maximum. flamineum qui & apollinaris: & tertium neronis in uaticano in maximo loca diuisa patribus equitibusque: ut spectacula sibi quisque faceret fori appellati Liuius. i. ab urbe condita. Seruius dicit foros tabulata nauiũ ꝙ icessus feratur. qd. Liuius sentire uidet de circis. Vide Plinĩ. xxxvi. & tacitum. Circus maximus postea a cæsare extinctus. habuit uicinã ædem Veneris a fabio gurgite ex multatitio ære aliquod matronarũ dam natarum stupro cõstructã ædem cæteris iuuẽtutis. a Cn. licinio duũuiro dicatã Mercuri secũdũ Oui. de fastis: & columnã marmoreã post summum circũ ad quã iturꝰ ad bella ad eam partem hastã ꝓiiciebãt secũdũ eũdẽ. Itẽ tẽplũ Herculis Sylla iussu Sybillæ cõstructũ aliud in foro boario: quo nec canes nec muscę ĩgrediebant: qa post ualuas locata erat claua qua Cacũ occidereat: quã

timebant canes flamineus dictus: qa in pratis flamineis est ubi ædes Apollinis. unde etiam apollinaris: in quo apollinares ludi. de quibus Macrob. cuius templum Adrianus primus apollinari martyri consecrauit præsuli rauēnati. T.

Cercopythecus simia caudata: puto gattum maimonium.

Cyrrus rex persarum de quo Iustinus in primo quasi Kyrios. i. dominus. Tor.

Cyrullus proprium uiri.

Cyrrha mōs seu collis Parnasi. alio nomie helicon. Apollini sacer. Inde cyrrheus.

Circerus nauis est asiana pergrandis. Plau. in stycho: cum percōtor portitores æquæ nauis uenerit ex asia: negant uenisse conspicatus sum interim circerum: quo ego me maiorem non uidisse censeo. Lucil. sa. lib. xiii. uerū flumen uti atque ipso diuortio ligneis pedibus circerum concurret equis. Idem in nono: Ad regem legatus rhodum & bachanam & babylonem ibo cyrcerum summam. Nonius.

Circenses ludi ex curuum certamine constituuntur. sic dicti: q; in litrore fluminum agerētur. in altero latere positis gladiis ut ab utraque parte esset ignauiæ præsens periculum unde & circenses dicti sunt q; exhibeātur in circuitu positis ensibus. licet alii a circūeundo dicunt circenses uocari. hos ludos insinuat. Vir. iii. geor. Centum quadriiuges agitabo ad flumina currus. Ser.

Circites circuli ex ære facti. Festus

Circumliminium ius prædiorum. Festus.

Circumferre proprie lustrare. Lucil. sa. lib. ii. Tum facto omnia sum circūlatus. Plau. in amph. Iube istam procerritam circūferri. Virgi. li. vi. Idem terſonos pura circuntulit unda. Nonius.

Circus ludorū locus & spaciū. Vir. æne. ii. Munera pricipio ante oculos circoque locāt. S.

Circus & globus in hoc differunt. q; circus est planicies rotunda: ut circuitus. globus soliditas undique rotunda: ut est spera & staminū glomera. Tul. de natura deor. Cumque duæ formæ præstantissimæ sint ex solidis globis. Sic. n. sperā interpretari placet Ex planis aūt circus aut orbis. Vir. in. v. Mediaque in ualle theatri circus erat. Lucentē que globum lunæ titaniaque astra spiritus intus alit. No. mar.

Circus itimus adurcis uocat. Regre i adurcis

Circus flamineus dicitur qui circūædificatus est flamineum templum: & q; ibi quoque ludis tauricis equi cirmetas currūt. V.

Circus maximus est idem in quo nunc circenses spectantur. Asco.

Circūferre uerbum antiquū. i. purgare. Virg. vi. Idem ter socios pura circuntulit unda. Spargens rore leui. & Plau. te circunferam idest purgabo. Nam lustratio a circūlatione dicta est uel cæde uel uictima. S.

Circūspicere & prospicere differunt. Nam circūspicimus præsentia: Prospicimus futura Te. i adel. At postq̄ id euenit nūqd circūspexti aut nunqd tute ꝓspexti tibi qd fieret & prospexti & circūspexti ꝓ ꝓspexisti & circūspexisti: sincopa. Do.

Circuli qui mixta farina & caseo & aqua circuitū æqualiter fundebant. V.

Circūiectū uestitus genus: quo se uestitæ inuoluunt. Varro.

Circuntectum uocāt quod amictus habēt purpuram circum. V.

Cirena insula est in ligustico mari quæ latine dicitur corsica & cirnos.

Cirnea uas uinarium. Plau. i. amphi. caddus erat uini inde impleui cirneam.

Cirros capitis crimen. M. cato de libe: educandis. Itaque ambratiæ primum capillum puerilem demptum itēque cirros ad Apollinē ponere solent. Nonius.

Chyroditas tunicis uti uirum prolixis ultra: & usque ad primores manus ac prope in digitos Romæ atque omni latio indecorum fuit. Eas tunicas græco uocabulo chyroditas appellauerunt. Aul. gel.

Cirmes a discretiōe dici quā græci Διακριτὴν appellāt nam idem eos κρίνι Δίς uocant. F.

Circūscripto sublato circundato & prætermisso uel decepto significat. Asco.

Circūuallare & nos & alios dicimus: tamē nos rara locutio. Te. in adel. totas res repente circūuallant: & circūuallare dixit ueluti inimica acies contra nos. Donatus.

Cissū uehiculi genus epiroti. M. T. philippi. li. ii. deuenit in quandam cauponam atque ibi se occultans p totū cissū domū uenit. N.

Cispius in urbe exquillianæ regionis mons de nomine cuiusdā hominis dictus. Fe.

Cistas. Sisen. lib. iiii. cistasque quæ erant legū ferendæ gratia paratæ defecerāt. Nonius

Cista in usu cōmuni cista: cistula cistella. ut canis: catullus catellus. Varr.

Cistas analogias i collatione uerborum sequi non debemus magnitudinis uocabula cum possint esse æterna ut cista: cistula cistella. In mediis non sunt ut in his macer: macri

culus·macellus.Niger:nigriculus: nigellus Item minima in quibuſdā non ſunt:ut auis auicula & auicella.Caput capitulū: capitellum.In hoc genere uocabulorum:quoniam multa deſunt.dicendum non eſſe in eo: ſed potius ſequēdū conſuetudinē q̄ rationē.V.

Ciſſeus rex thraciæ:pater Heccubæ.Inde Ciſſeis patronymicum.

Ciſſus genus hederæ: quæ ſola ſine admiculo ſtat.

Ciſterna uilla ædificanda potiſſimum intra ſepta uillæ habeant aquam:ſi nō quam proxime primumque ibi ſit modo nata ſecundum quam influat perennis.Si uero omnino aqua non eſt uiua ciſternæ faciēdæ ſub tectis: & lacus ſub diuo & altero ut pecus uti poſſit.

Ciſterna dicta eſt q; cis ineſt infra terram. Fe.

Cis ita diſtingui pōt a citra.Cis.n. cum ꝓpriis uel ſpecialibus mōtiū ac fluuioꝝ nominibus iungi ſolet:ut cis alpes cis apenninū cis padum:cis rhenū. Citra uero reliquis magis præponi ſolet ut citra ſaniem: citra forum citra cruorem.Seruius.

Cis poſitū ꝓ ultra.Sal.cis rhenū atque ītra mare noſtrū & oceanū:niſi q̄ in paludibus uia fuit ꝑdomita. Var.rhetoricoꝝ. lib.xx. Eo die cis Tiberim redeundū eſt:q; de cœlo auſpicari uis nemini ſit præter magiſtrū. No.

Citare eſt uocare .M.T. ī uer.citat reum non reſpondet:citat accuſatorem.No.

Citare incitare ꝓuocare.M.T.de officiis. lib.i. Citeturque ſalamis teſtis clariſſimæ uictoriæ quæ anteponatur conſilio Solonis.N.

Citheron boetiæ mōs eſt poetaꝝ carminibus celeberrimus nec longe a thebis extollitur. Aliqui partem parnaſi putant a cytheron quodam denominatam.in hoc enim præcipue colebatur Bacchus .ſecundum autem alios uenus ei præeſt:& ab eo citheream fuiſſe uocatam.

Citro & ultro in factis & in dictis:ut in Cicemultis uerbis ultro citroque habitis quaſi uerba acceſſerint &redierit huc & illuc quādo errabūdū ĩcertūque iter ſignifices. Surſū & deorſū nō niſi in loco decliuo. Vltro ē quaſi ſine reqſitiōe:ut ultro ad te ueni.Spōte uero.i.meo cōſilio:& refertur ad res ĩanimatas:ut arbores natæ ſūt ſpōte.i.ꝑ ſe.L.

Citare teſtes ideſt uocare non laudare ut citetur ſalamis.Laur.

Citharos mons eſt euboiæ.

Citra citeris uetuſtiſſimi tamē citer protuliſſe inueniuntur.Cato de agna paſcenda.Cice. agnus alligatus ad ſacra erit. Citimus quoque dicebant.teſte Capro.Pri.

Citra citerior citimus.Cicero de rep.libro.vi. Exqbus erat ea minima quæ ultima cœlo citima terris luce lucebat aliena. Affranius tamen eius etiam poſitiuū citer protulit in patela teſte aruntio.Pri.

Citra nunq̄ cōponitur:& pene eandem ſignificatiōem habet quam cis natura apud nos locum ſignat:ſed inuenio q; in propriis nominibus fluminum uel montiū cis ſolet ꝑponi plærūque reliquis non magis citra ut cis thenum cis alpes cis padum citra ſaniem citra cruorem.Pri.

Cythara inſtrumētū muſicū: q; & lyra inde cytharœdus ab ᾠδός cātor.oi ī œ & cithariſtria: ut a cymbalo cymbaliſtria & pſaltria ψάλλω .i.cantrix uel cantatrix.Tor.

Cythera ciuitas cypri ubi Venus nutrita ē. Inde cytherea & īſula ultima ex cycladibus uel laconiæ:quæ prius porphyris dicta eſt: ſed ꝓpter celebratū illic ueneris tēplū cythera dicta.Eſt enim pluralis numeri generis neutri,ſicut ſolema & arthaxata.Cytherea græci citheria.inde.Ser.dicit ream ꝓ riam dici.Inde cithereius &.reia.T.

Cytheris.liberta Volumii:a gallo dilecta: quā lycorim uocauit Virg.Tor.

Citheron unum ex iugis Parnaſi prope thebas a cithara.Orphei:qui ibi ſæpe pulſauit ſecundum Lactantium.Quod Oui. confirmare uidetur:ubi bacchus colebatur.T.

Cytorus mons paphlagoniæ.lxviii.m.paſſuū buxo fertilis.To.

Cytiſus frutex de quo.Pli.& Columella a ſilua ubi inuentus eſt.To.

Citra:ītra:ultra qbus certi locoꝝ fines demōſtrāt ſingularibus apud ueteres ſyllabis appellabāt ī cis.vl.hæ deinde pticulæ quoniā paruo exiguoque ſonitu obſcurius promebāt addita ē tribus,eadē ſyllaba tra Sūt ergo hæc omnia quaſi contermina iunctis inter ſe finibus coherentia intra oppidum.ex qbus intra ſicut dixi:ſignificat:Nā q dicit intra oppidū.intra cubiculū.ītra ferias:nō dicit aliud q̄ ī oppido:ī cubiculo:ī feriis.Intra Kalendas igitur non ante Kalendas: ſed in Kalendis eo ipſo die quo Kalendæ ſunt. Itaque ſecūdum uerbi ipſius rationem: qui iuſſus eſt intra Kalendas pronunciare: niſi Kalendas pronunciet contra iuſſum uocis facit.nam ſi ante id fiat non intra id pronūciat ſed circa.Neſcio autem quo pacto recæpta uulgo ītērp̄tatio eſt abſurdiſſima.ut in/

tra Kalendas ſignificare uideatur etiã citra Kalendas: & uel ante Kalendas: nihil ferme intereſt: atque inſuper dubitatur: an Kalẽdæ pronunciari poſſint: quãdo intra ultra neque citra: ſed quod inter hæc mediũ eſt Intra Kalendas. i. Kalendas ꝓnunciandum ſit: ſed nimirũ conſuetudo uicit quæ cum oĩum domina rerum tum maxime uerboꝝ eſt. Cum hæc omnia Apollinaris ſcite perquã atque enucleate diſputaſſet: tamẽ ego dixi: nec cordi inquam mihi ſint priuſq̃ ad te itẽ quærere explorareque: quonam modo ueteres noſtri particula iſta de qua agit uſi ſũt. Atque inuenimus. Tul. i tertia i uerrem ſcripſiſſe. Eſt autem modo locus inter occeanum iam nullus: neque tã longiquus neque tã reconditus quo non per hæc tempora noſtroꝝ hominũ libido: iniquitaſque perſuaſerit: intra oceanum dicit contra rationem tuam. Nam uult dicere: ut opinor i oceano: neque enim uideri poteſt inſulas ſignificare neſcio quas quæ penitus eſſe intra æquora ipſa oceani dicuntur. Tunc ſulpitius apollinaris reuidẽs nõ minus hercle iargute dixit ne incallide appoſuiſti hoc Tullianum. Sed Cicero intra oceanũ nõ ut tu interpretare. quid enim poteſt dici oceanũ eſſe undique oceanus circumſcribatur oẽs terras & ambiat. nã citra qd̃ ẽ. i. extra ẽ. ſed ſi ex una pte orbis tãtũ oceanũ foret citra oceanũ dici poſſet uel ante oceanũ. cũ. n. oẽs terras omnifariam & undique uerſum circunfluant: nihil intra eum eſt ſed undarum illius ambitu terris omnibus conualatis i medio eius incluſa ſunt Sicut hercle ſol cũ citra cœlum uertitur: ſed in cœlo & citra cœlum. Aul. gel.

Citherea. i. uenus: ab urbe cithera: in quã primum deuecta eſſe dicitur concha: cũ in mari eſſet concæpta. Feſtus.

Citheria appellatur effigies quædam arguta & loquax: ridiculi gratia. quæ in põpa uehi ſolita ſit. Cato i. M. cecilium: Quid ego dixerim amplius. quem ego credo i pompa uectitatũ ire ludis ꝓ citheria: at cum ſpectatoribus ſermocinaturũ. Fe.

Citheris puella uolumi liberta. quã cũ Cornelius gallus uirgilii in theathro intenti fauore caneret. eam. ſ. Prima ſiracuſio dignata ẽ ludere uerſu ſtupefactus. Cicero cuius eſſet requiſiuit: & cum eam tandẽ aliquãdo cognouiſſet: dixiſſe dicitur & ad ſuã & ad alius laudem: magna ſpes altera romæ: Quod uirgilius poſtea ad Aſcanium tranſtulit. fuerunt autem uno tempore tres nobiles meretrices. Citheris. Orgo. Arbuſcula.

Citnara non omnes qui habent citharam ſũt citharedi. V.

Citima ſunt proxima cælo milia. M. T. de repu. lib. vi. Ex quibus erat illa minima quæ ultima cœlo citima terris luce lucebat aliena. & lib. primo. Quæro ſi placet decorationem tuam de eo loco ad hæc citeriora. No. Citimus. ultra facit ultimus. cis citra citimus. Feſtus.

Cithiſum ferĩtur in terra bene ſuacta tanq̃ ſemen braſſicæ. Inde fertur ut inſex quidem ponitur: aut etiam de cithiſſo duriore uirgulæ deplantanť & ita pangit̃ in ſerẽdo. V.

Citroſa ueſtis appellata eſt a ſimilitudine citri. Feſtus.

Citrus. Var. in gerunto didaſcolo. In quibus lybia citrus falces cingit fores. No.

Citum celere. Salu. i catilinario bello. citus modo: modo tardus inceſſus. Nonius

Citum diuiſum uel ſeparatũ & oſcitare dictũ Virg. lib. viii. Haud ꝓcul inde citæ metũ in diuerſa quadrigæ diſtulerãt. No.

Citum uua preſſa deſiit ſub prelo quidã circũcidũt extrema & rurſus cũ expreſſũ fuerit circũciſũ citũ expellũt.

Ciuitas & urbs hoc differũt urbs eſt ædificia ciuitas incolæ. Vir. æne. libro. i. urbs antiqua fuit. Ennius in thelepho. & ciuitatem argiuorum incedere. Pacu. in atlanta ſollicita ſtudio obſtupida ſuſpenſo animo ciuitas Siſen. hiſto. li. quarto denique cũ uariis uoluntatibus incerta ciuitas trepidare. Põpo. cum uertice ſupioré locũ incedere. No.

Ciuicam coronam ſalutis ſuæ cauſa ſeruatus in prælio dabat: quæ erat lignea frondẽ habens perennẽ. Feſtus

Chiragra χειρα græce dolor χειρ manuũ. Ita podagra pedũ. ſoluere nodoſa neſcit me. p. nec formidatis auxiliatur aquis. i. rabidis hominibus more rabidorum canum: q& ſi ſitiant aquam aborrent. Lu. Spuma canũ quibus unde timori. Tor.

Cyrene uirgo filia Penei regis archadiæ. uel fluuii: quã apollo e pelleo monte archadiæ rapuit & in lybiã duxit: ubi quattuor filios peperit Ariſtheũ. Nomiũ. Antæũ: Argeũ: ſecũdũ luſti. xiii. ubi. Batus cyrni filius ſolutis linguæ nodis apollinis reſpõſo cyrenẽ cõdidit tẽpore Anci martii. Inde lybia cyrena. inde cyreneus. Tor.

Cyrnus rex theramnes. i. corſicæ: a quo cyrne prius dicta ẽ pater bati antedicti: & ẽ iſula

in mari liguſtico dicta primum theramne: inde chyrne: ide corſica. ide chyrneus. Vir. in mœri. ſic tua chyrneas. f. e. t. T.
Chyrinus nomẽ proprium uiri. To.
Chirographum manus inſcriptio. Tor.
Chiromantia manibus diuinatio. T.
Chironomus communis generis: q manibus geſticulatur & ludit. Inde Chironomiat in qua lex geſtus declaratur ab heroicis tẽpori bus orta: & ſũmis uiris & probata a ſocrate a Platone etiam in parte ciuilium uirtutum poſita. Tor.
Chirodita tunica ſecũdũ Gel. & ꝑlixa manus & digitos pene operiens: quæ idecora erat ut Gelius teſtat. Virgi. & tunicæ manicas. T
Chiron. ei græce ſaturni filius ex phyllira Oceani filia conuerſus in equũ cũ ops aduentarit: qui cũ argonautis nauigauit ut iudex & medicus. Inuenit herbarum uirtutes quas Aeſculapiũ & Achillem docuit: ac etiã pulſare citharã: qui cũ herculis ſagittas tractaret: una pedẽ uulnerauit: & deoꝝ miſeratione poſt nouẽ dies in aſtra trãſlatus. T.
Chirurgia manuũ opatio qdã che rurgia. T.
Cirriſcus fluuius ſcy hiæ. Hero. T.
Chyrillus proprium uiri. Tor.
Chilo lacedemonius unus ex ſeptem breuiter loquebatur unde chilonius modus ideſt breuis. Laer.
Chius inſula in ægeo: cuius promontorium aruiſium. unde uina in primitiuo. ideſt breue in deriuatiuo longum.
Chytrapos tripes qui chytram. i. ollã ſupra ignem detinet.
Cius fluuius thraciæ ex peonibus & rhodope monte æniũ ſcindẽs: in Iſtrũ defluit. Hero.
Cyricus ciuitas aſiæ non uiliſſima in cherroneſo: quaſi altera Roma: ut ſcripſit florus ſecundo li. mœnibus arce & turribus. Tor.
Climaſnuas a clunibus tritis dictas exiſtimant. Feſtus.
Climacherias pericula uitæ fortunarũque hominũ: quæ climacteras chaldei appellãt.
Clingere cingere a græco κλειειν dici manifeſtum eſt. Feſtus.
Clipeum antiqui ob rotunditatem coriũ etiã bouis apellauerũt i quo fœdus ſabinoꝝ cũ Romanis' fuerat deſcriptũ eſt. Feſtus. Põ.
Clipat. Pacu. i hermi. Currum licuit clamyde contorta: aſtu clipeat & actũ incallare. Cinna in epigrãmatis. Miſeras audit clipare puellas. Nonius.
Clipei ſcuta maiora: q celent corpus totum.
Clepere ideſt furari ab ictibus: & proprie ſunt peditum: cum ſcuta ſint equitũ: ut Titus liuius. vi. ab urbe cõ. inqt. Ser.
Clipeis ante Romani uſi ſũt deinde poſtq̃ ſtipendarii facti ſũt ſcuta pro clipeis fecere. S.
Clientã ꝑ cliente. Pla. dixit. Fe:
Clienta uerris Chelipo amica fuit quæ illum etiam moriens hæredem fecit. qua in cauſa impune illam meretricem appellat orator Aſconinus.
Clitellæ dicuntur non tantum quibus ſarcinæ colligatæ mulis portantur: ſed etiam locus Romæ propter ſimilitudinem: & i uia flaminea loca quædam deuexa ſubinde & acliuia. Eſt etiã tormenti genus eodem nomine appellatum Fe.
Climax ſcala & figura. quæ gradatio. ut torua leæna lupum ſequitur. & Ouid. uidet hanc uiſamque cupit. Tor.
Clymenæ nympha Oceani & tethios filia mater phaetõtis. altera miniſtra Helenæ herocum æthra. Tor.
Clio muſarum una. a κλεόδ gloria dicta.
Clytæmneſtra Tyndari filia ex Læda uxor Agamẽnonis: mater horeſtis.
Clitomacus philoſophus cartaginenſis lingua patria Haſdrubal. quadraginta annorũ fuit Athenas: audiuit Carneadem cuius ſucceſſor fuit. Tortelius.
Clinias pater Alcibiadis alius certenſis cuius Plato meminit in legibus. Tor.
Clypeus ſecundum Pli. xxxv. a γλύφω quaſi ſculptus non a cluere pugnare. Tor.
Clyſterium inſtrumentum ad purgandum uentrem. Tor.
Clitor inuitator. Inde clitorius fons archadiæ qui ſemel potus odium uini facit. Tor.
Clytius Laumedontis filius. alius apud. Virgilium. Tortelius.
Clitamnus ſecundum quoſdam quaſi clitor inuitator amnis: fons umbriæ ſub Treuio flumen alluit Meuaniam: qui tauros albos facit ut Virgilius.
Clicerna eſt in medio Bononiæ & Rauennæ & aliarum ciuitatum: non longe ab Arimino: per quam iter eſt Romam. Strabo
Clinopale eſt lecti ideſt concubitus exercitatio: a græco deductum: ut ſuetonius: libidinis nimis aſſiduitate concubitus uelut exercitationis genus clinopalem uocabant.
Clupeus & clipeus dicitur.
Cliti patri dedicata eſt terra omnis atque natura qui dictus eſt apud græcos. Pluton quia & recidant omnia in terras & oriantur a terris.

Cliuies melliſſus fœminine dixit. Hora. uero maſculine & ſit melius ut panis.

Cliua auſpicia dicebat quæ aliqui fieri prohibebãt. omnia enim difficilia cliuia uocabãt unde & cliui loca ardua. Fe.

Cliuus publius ab ædilibus plebeis: qui eum publice ædificauerunt. V.

Cliuus publius quod ab eo edificaꝫ ſimiliter. V

Cliuus proximus uerſus capitoliũ. V.

Cliuus uetus ꝙ ibi ſacellum Iouis iunõis. Minerue: & id antiquius q̃ ædis quæ in capitolio facta. V.

Cribrum. Lucil. lib. xxvii. Cribrum in cerniculũ: lucernã in laterem in telam liciũ. No.

Crimen læſæ maieſtatis cauſa contra rẽpublicam. Titus huius. ii. ab urbe condita: id qđ propius fidei eſt a quæſtore Ceſone fabio & L. ualeri. dié dictam & per duellionis dãnatum. Seruius.

Crimen & maledictum quid differunt docet Ci. in tuſcu. maledictum criminatio eſt aduerſarii. Te. in an. ueteris poetæ maledictis reſpondeat. Dona.

Criminat. En. ſaty. li. iii. nam is non bene tibi uult: quia falſo criminat. No.

Cruſtulum a cruſta pultis cuius eo ꝙ ut corium exuritur cruſta dicta. V.

Crocata crocei coloris ueſtis. Plau. in au. cum incedunt infectores crocatarii. Nonius.

Clipeus a cauus. Varro.

Coagulum a coagendo quod eſt colligendo. Varro: eſt modus matulæ. cui nihil iucũdius qcq̃ uiuit hæc ægritudinem ad medendã iuenerũt: hoc hilaritatis dulce ſemiariũ hoc continet coagulum conuiuia. Nonius.

Coaſpis fluuius medorum in tigrim decidens cuius aquam reges perſarum potabant ſemper ob dulcedinem & ſecum deferebãt. T.

Coagululum: quidam pro coagulo addũt lacti de fici ramo: & acetum ſpargunt. V.

Coagmenta dicta ſunt coniunctiones arctæ & cõpares: a cogendo. i. ſtringẽdo. unde & coagulum dicitur. M. T. de ſenectute. Viuendi finis eſt optimus cũ integra mẽte certiſque ſenſibus opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentauit natura diſſoluit. Nonius.

Coctum genus Edulii ex melle & papauere factum. Feſtus.

Cocleæ dicuntur lapides ex flumine rotundi ad coclearum ſimilitudinem.

Coctum a cogendo: quia coquendo coercetur ut ad utilitatem ueſcentium perducatur. F.

Cocytus fluuius inferorum a ſtyge ꝓfluens: dicitur aũt ϰωϰυειν. i. gemere & flere. Ser.

Coclites luſcos dixerunt antiqui. nã & cyclopas coclites legimus dictos unum oculum ꝙ habuiſſe perhibeantur. Seruius.

Cocula uaſa ænea coctionibus apta alii cocula dicunt ligna minuta: quibus facile decoquãtur obſonia. Feſtus.

Coda Varro in taphemenippo. ſed ut canis ſine coda. Nonius.

Codica appellatur ager trans tyberim. ꝙ in eo uirgulta naſcuntur ad caudarum equinarũ ſimilitudinem. Feſtus Pom.

Codicarias naues etiam nũc cõſuetudo appellat: eo ꝙ ĩ fluminibus ſunt uſui. Sal. hiſto. iii. q̃ maximis itineribus per regnũ triobarzanis cõtẽdat ad flumen Euphratẽ: q̃ ĩ parte cappadocia ab armenia diſiũgit: & q̃q̃ ad naues codicariæ occultæ ꝓ hyemẽ fabricatæ aderant. Varro. de. vi. pa. li. iii. ꝙ antiqui plures tabulas cõiunctas codices dicebãt a quo ĩ tyberi naues codicarias appellamus.

Codrus dux athen. Seruius ſuper daphnim & Iuſti. in ſecũdo. Tor.

Cœmiteriũ a ϰοιμωμαι: quia ibi mortui dormire dicantur. T.

Cœnobium ubi cõmunis uita ducitur. T.

Cœna a ϰοινη cõmunis quia in communi cœnabãt plures. unde iuue. ſecreto cœnantes arguit & erat quod nũc prandium dicimus quoque nũc cœnam ueſpernam. Tor.

Cænaculum locus ſuperior. i. ſine ĩferiore taberna & officina ad cœnandum aptuſ & tota ſuperior pars ſecũdũ Var. & pro loco ubi pauperes cœnabãt: in ſignificatu dĩminutiuo. rarus uenit in cœnacula miles.

Cœnatio ꝓ loco ad cœnãdum in imo domus ponunt poetæ. T.

Cœlum uel a cælo ſculpo. qđ a ϰοιλον. uenit quia in ſculptura cõcauũ eſt: & inde cælebs Alii cælum cum æ diphthongon: quod magis placet ut in diphthongo uidebitur.

Cœleſyria caua ſyria. Tor.

Cœus gigas filius Titani & terræ. unde cœa inſula ubi regnauit. T.

Cœnica mẽſuræ genus. Feſtus.

Cœna apud antiquos dicebatur: ꝙ nunc ẽ prãdium ueſperna: quã nũc cœnã appellãt. F.

Cœnacula dicũt ad quæ ſcalis aſcendit. Fe.

Cœnaculum ubi cenabant. Feſtus.

Cœnatus: ut prãſus: ut potus: ut lotus: ideſt cõfecta cœna. Var. de. ui. pa. lib. iii. ut eius cõuiuiũ qui triumpharet in capitolio uidetur eſſe ꝓpriũ: utipſe potius domũ reduceret cœnatus a conuiuio. No.

Cœnitaret a cœno cœnas. Lucil. in tecto ru-

thonis quod fecit in tusculano triclinio habuit & delicate cœnitaret. V.

Cœnitaretur instrumenta gulæ quæ enumerare longū fuit: ingenio excogitata uel studio cōfecta in mirū causæ fuerunt: ptopter quas tot numero leges de cœnis & sūptibus ad populum ferebantur & imperare cœpit in patētibus ianuis pransitaret & cœnitaret ut sic oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus fieret. Ma.

Cogere urgere. M.T. de offi. lib. iii. Diogenes cōtra nimium te soluere coegit: qui ne hortatus quidem est Te. in eu. iubes ne: iubeo cogo atque impero. No.

Cogere mollire subigere. Varro in uirgu. diuina sed pauca arpinæ occiono coactas libamenta legem caduca uetus. No.

Cogere in unum colligere. Sisen. hi. li. iii. Summoti & intra mœnia rursū coacti. Cic. tusculā. lib. i. Cœlum hoc i quo nubes: imbres uentique coguntur. Ter. i eu. quasi talenta ad quidecim coegi. M.T. ad. M. catoné. Coactoque in unum extractaque castra in licaonia apud comum faceret. Vir. in buc. cogere donec oues stabulis. No.

Cogere mulgere. Vir. in buc. Cogite oues pueri si lac p̄cepit æstus. Vt nuper frustra pressabimus ubera palmis. No.

Cogere stringere. Vir. geor. li. iiii. Nam frigore mella cogit hyems: eadēque calor liq̄facta remittat. No.

Cogere imprimere coartare. Vir. li. v. Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis. Scindebant. No.

Cogitare & deliberare hoc differūt. Cogitare ē cōfirmare. Turp. in bœtōribus. Queso cogita & delibera. Idem in philopachro. Certū ac deliberatū ē me illis obsequi. Ser. & No.

Cogitare a cogendo dictum: mens plura i unū coegit unde edicere possit. V.

Cogitatio dicta uelut coagitatio. i. longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi. Fe.

Cogitatōem uulgus minime esse actionem.

Cogitatum aduerbialiter pro cogitare. F.

Cognoscere audire existimare. Lucil. lib. xxvi. Rem cognoscat simul & dictis animi attendat postulo. Pōpo. i pa. sapi. Ego magnis curabo ubi cognouerit oēs una assentiat. Te. in an. Eo pacto & gnati uitam & consilium meum cognosces. Virg. geor. Ne refugis renuisque piget cognoscere curas. No.

Cognoscere diligenter & attente considerare. Te. i ecy. Postq̄ ipse sese & illā & hāc q̄ domi erāt cognoscis satis. Dona.

Cognoscere noscere uel p̄cipere. Vir. lib. xi. ue natu assiduo & totū cognouimus agmen. Idem geor. lib. ii. Nūc quo q̄que modo possis cognoscere dicam. M.T. i hor. unde aūt facilius q̄ ex animaliū monumētis aut bellicæ res aut omnis reip. disciplia cognoscit. N.

Cognoscere & agnoscere. Vir. i buc. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. M.T. de rep. li. i. Cognoscere me hercule inquit consuetudinē istam & studium sermonis. Var. Sexque Vlixe uereor ne me quoque cū ab illo cossim reuertero præter canem cognoscat nemo. Nonius.

Cognitu facilia eadem ratione dicit̄ qua dictu facilia: & perspectu & factu facilia. Fe.

Cognitor q litē alterius suscipit coram eo cui datus ē. procurator aūt absentis nomine auctor sit. Festus.

Cognomē ē eiusdē nois. Affra i diuortio lesiū genus cognomiationis morbo⁹ cognominis. Nonius.

Cogo colligo. Virgilius in buco. Tityre coge pecus. Seruius.

Cognomines dicunt̄ qui eiusdē nois sūt. Fe.

Cognosco quære in uerbo æstimo.

Cognationis nomen a græca uoce dictum ut detur. sic. n. illi uocant quos nos cognatos appellamus Cognati sūt & quos agnatos lex. xii. tabularum appellat sed hi sunt qui patrē. agnati qui ex eadem familia: qui autem p fœminas cōiungūtur cognati tātū nominātur p̄ximiores & agnati sui dicūtur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc interest quod inter genus & speciē. nam qui est agnatus & cognatus est. nō utique aūt q cognatus ē & agnatus. alte⁹ enī ciuile: alterum naturale nomen est. nunc uero non p̄cipimus his nomibus. i. cognato⁹ etiam in seruis. Itaque parētes & liberos fratresque etiā seruorum dicimus: sed ad leges seruiles cognationis non pertinent. Cognationis origo & p fœmias solū cōtingit. frater enim est qui ex eadem matre tātum natus est. nam qui eundem patrem habent. licet diuersas matres: agnati sunt. Paulus de gradibus.

Cõuicium iniuriam esse Labeo ait. conuitium autem dicitur uel a concitatione: uel a conuentu hoc est a collatione uocum. Cum enĩ in unum plures uoces conferuntur: conuicium appellatur quasi conuocium. Conuicium autem non tantum præsenti: uerũ absenti quoque fieri posse Labeo scribit. ꝑinde siquis ad domum tuam peruenit te absẽte conuicium factum esse dicitur. Item si ad stationem uel tabernam uentum sit probari oportere feciſſe cõuicium non tantum is qui uociferatus est: uerum is quoque qui cõcitauit ad uociferationẽ alios: uel qui submisit ut uociferetur: non tamen omne maledictum conuicium est: sed id solum quod cum uociferatione dictum est & siue unus siue plures dixerunt: conuicium est: quod i cœtu dictum est. Quod autem nec in cœtu: nec in uociferatione: dicitur conuicium non proprie dicitur: sed infamandi causa dictum est. Vl. de iniuriis.

Conclusus ex feriarum translatione dictũ. Terentius in andria. Vt ab illa excludar hac concludar & in phormione. Cõclusam hic habeo uxorẽ scæuam. Don.

Conclauatæ dicuntur quæ sub eadem erant claue. Festus.

Conclauia dicuntur loca quæ una claue clauduntur. Festus.

Conclaue est secretior locus in interioribus tectis: uel q̃ intra eum multa loca clausa sint uel cubilia adherentia triclinio. Ter. i eunu. Virgo in conclaui sedet. Dona.

Conclauium similiter annuli genus. Fe.

Concrepuit plus est q̃ crepuit. Nam con ad auctiuum est. Terentius in ecyra. Sed hostium concrepuit. Do.

Condalus auis est dulce canens.Ser.
Condempsere commiscere a græco tractum Homerus Pompo.ī nuptiis partē nisi prius cōclusi:cōdēpsui.No.
Cōdere cōstituere.Salu.in catil.bello. Vrbem Romā:sicuti ego accæpi:cōdidere atque habuere initio troiani .No.
Cōdere significat abscōdere.Vir.æne.libro secūdo:Scandūt rursus equū & nota condunt̃ur in aluo.No.
Condete consecrare.Virgil.æne.li.tertio. Animāque sepulchro condimus.No.
Condere potiri. Virg. li.vii. Optato cōdūtur tybridis alueo.Nonius.
Condere ꝓprie est ī unū & iteriorē locum dare ad custodiam faciliorem.
Quod uerbū nunc significat conscribere nunc facere nūc cōponere:nūc īstruere.F.
Condere cōponere.Fe.
Condicere est dicendo denunciare.F.
Condictio in diem certum eius rei quæ agit̄ denunciatio.F.
Cōdictio est certam legem in,se cōtinēs.Teren. in.an.accæpit cōdictionē.Do.
Condi dicūtur qui statuūt sibi ciuitatem Vir. .vii. Optato cōduntur tybridis alueo.S.
Conditaneum quod cōdi uel condiri potest recte dici.Var.de re rusti.li.i.In agro crasso & calido oleo conditaneum radium maiorē. solētinā horti.tempus causa:sed gratiā obiicerē columniam .No.
Condocefacere.M.Tul.tus.li.v. Nemo est.n. qui eoꝝ bonoꝝ animum putet esse iudicē: eūque condocefaciat ut ea quæ bona mala ue audiātur: possit cōtemnere .N.
Condulus annulus .F.
Conducere emere Plau.in aulu.Ego conduxi illum.No
Conducere ē sicuti usu.Lu.lib.xxix.Magno nō magna mercede magno qdē cōduxeris .M. .T.de off.li.ii.Vt sæpe ī nostra republica uidemus mercede cōducti .No.
Conducere colligere conuocare.Var.in mani. Manius mane suscitat nostrū populum ī foro conducit .No.
Conducere conuertere.Luci.li.xxx.Et uirtute tua & claris conducere chartis .No.
Conducere utile esse:solus nō sibi qui re & quæstu cōducat suo.M.T.de offi. li.iii.Sulte liberi pater conducebat.pōt autem quo reipublicæ utile sit id cuiq̄ iutile esse. Idem de repu. lib.i.Facillima autem ī ea rep.potest esse concordia: ī qua idem cōducat omnibus.Sisen. his.li iiii.Quod in rempulicam suam maxime conducere uidetur.No.
Cōtinentes prouicias accipe debemus eas quæ Italiæ iunctæ sunt:urputa galliā & ꝓuinciam.siciliā magis iter continetes nos accipere oportet:quæ modico freto ab Italia diuidit. Vl.de uer.sig.
Cōtumax ē q tribus ædictis,ppositis uel uno,p tribus.quod uulgo peremptoriū appellat̄ litteris euocatis præsentiam sui facere contemnit.Ermogenianus de re iudicata.
Contra aduersus hoc differunt:q; contra loci est ut cōtra basilicam:aduersus illum facio
Contagium & cōtagio dicitur.S.
Contuacii sunt rhetorum populi ferocissimi. Strabo
Conduntur oppida & urbes quæ intra pome mœria ponuntur.V.
Consecerunt una fecerunt.Fe.
Consœta sus dicebatur quæ cū omni fœtu adhibebatur ad sacrificium.F.
Confectus uulneratus & percussus ut sanari non possit.Terentius in andria.Cura confectus stupet.Donatus.
Conficere colligere.Terentius in phormione Vt conficerē conficit.M.T.ad cæsarem iuniorem libro primo.In singulis tegulis impositis sexcentis sententiæ confici posse. Et in uerrem act. secunda. Per magnam dies eum ex illa re pecuniam confici posse.Lucil libro.xxvi. non te multitudinem tuorum quā in albū inclyta dextera cōficit sibi.No.
Conficere frangere.Lucil.lib.xxix.Malo hercle uero confectores cardinū.No.
Conficere facere.Terentius ī phormione. Bonas me absente hic confeciſti nuptias.Marcus Tullius in hortensio.Et facultas in maioribus nostris eratque confectus senatusconsultis: Et tusculanarum libro quinto. Nihil enim apud istos quod nō eorum turba conficiat.Nonius.
Conficere explicare.M.T.de officiis libro secūdo.Honestatis pars confecta est quam tibi cupio esse notissimam.No.
Conficere consumere finire.Terentius ī phormione. Cum hic non uideant me credant conficere argentum suum. Marcus Tullius ad cæsarem iuniorem libro secundo.Bellum ut opinio mea fert & consensu ciuitatis confectum iam haberemus. Lucilius libro trigesimo. Confecit ipse comestque. Marcus Tullius in hortensio. Quæ est enim confectio ualitudinis: quæ deformatio corporis. No.
Cōficio uerbū cōuenit proprie gladiatoribus

his qui grauissimis uulneribus occubuerũt & cætera require infra.

Confedusti fædere coniũcti.Fe.

Conferre significationem habet manifestam Marcus.T.de officiis libro tertio.omnes curas cogitationesque meas conferebam.No.

Conferre conferere.Vir.libro.ix.Ergo & si cõferre manum furor iraque monstrat.No.

Conferre contollere.Virg.& conferre gradũ & pcedere longius ardet.No.

Conferre comparare.Marcus.T.de officiis libro secũdo.Ad hoc nos studium potissimũ contulissemus.Nonius.

Confectum dicitur occisum exanimatũ.Virg. libro undecimo.hactenus acca soror potui nunc uulnus acerbum conficit.Marcus.T. de supplicis plagis confectum duci a litoribus suis pater ante oculos tuos occidisse.

Confectum defessum.Virgil.libro.xi. Dicitur infœlix æuo confectus Acestes.Lucilius.libro.xxvi.Tum doloribus confectũ corpus aĩo obsistere.Marcus.Tul.de officiis libro secundo.Nec me angoribus dedi qbus essẽ confectus.No.

Confidens etiam non mala significatione ponitur pro constanti.Terentius in and.Nescio quis senex modo uenit ellum confidẽs catus.Donatus.

Confidentia alias pro audacia & improbitate Terentius in andria.O ingentẽ confidentiã Et in phormi.Homo confidens.ergo confidentia interdum in mala significatione:interdum in bona ponitur:sed fiducia semper in bona.

Confidens pro improbo audaci & temerario ponitur.Terentius in phormi.Homo confidens:q̃ illum omnes dii perdant.Et paulo post.o ingentẽ confidentiam.Do.

Confidentia est fiducia.Virgi.libro primo.Et afflictis melius confidere rebus.No.

Confidentia duritia patientia.Plautus ĩ asina. Scapularum confidentia uirtute armorum freti.Nonius.

Confidẽtia rursus temeritas.Pacuuius ĩ atalãta.Grandem atque atrocem coerce confidẽtiam.Idem ĩ.xi.Improbus cõfidens nequã malus uideatur.Turpil.in leucadia.Videtur frigus intensum q̃ est confidens diis tunc produnt.Actius in myrmidonibus. Iram infrenis hostes animis comprimas cõfidentiam. Affranius in uopisco. excludat uxor tam cõfidenter uirum nõ faciet Virg. georgicorum libro.iiii.Nam quis te iuuenũ confidentissime nostras iussit adire domos Terentius in and.Nescio quis senex uenit modo ellum confidens.No.

Confidentia constantia.Marcus.T.de republica libro quarto.Duas sibi res quominus in uulgus & in foro dicere confidentiam ut uocem defuisse.neuius in danae.excidit orationis omnis cõfidentia.Plautus in amphi. Quæ non deliquit decet audacem esse confidenter.No.

Cõfidentia differt in hoc a fiducia.cõfidentia enim in malis rebus.illa uero in bonis.Ser.

Confidentia ueteres pro impudentia audacia dicebant.Virgilius.geor.quarto.Nam quis te iuuenum cõfidẽtissime nostras iussit adire domos.& Terentius.O ingentem confidentiam.Ser.

Confiteri & profiteri hoc distant quia profiteri uoluntatis est confiteri necessitatis. Cicero in manilio. Hic ego non solum confiteor:ueruni etiam profiteor.honestius uel p fiteri q̃ confiteri.Nonius.

Conficere deliberare.Tul. in catone maiore uersus Ennii ponit.Olympia nũc senio cõfectus quiescit.Ser.

Conficio hoc est absumo.Terentius in phormione:cum hic non uideant me conficere credunt argentum suum.Virgiil. æneidos libro tertio.Tum subito e siluis macie confecta suprema.Donatus.

Conficio uerbum proprie conuenit gladiatoribus his qui grauissimis uulneribus occubuerunt.Cicero ĩ catilinam. Gladiatori illi confecto & saucio. Terentius in eunucho. Quam amabat uirginem eam confeci sine molestia.Donatus.

Conficere alligare.Marcus Tulius in uerrem Per magna dies cum illa re pecuniam confici posse. Seruius.

Confore ab eo quod est confit idest perficitur futurum tempus indicatiui modi confore fecit.i.perfectum iri.Terentius in adel.utrũ quod ego dicam hoc confit quod uolo confore.confieri perfici.unde confectum negocium dicitur:uel confecta res quoad plenum perficitur.Idem in and.Et spero confore.Donatus.

Confutare est consumere uel cõmittere.Varro in menone.Harum ædium sũma. atria confutabant architectores.Idem lib.primo Huiusce coquus magnũ aenum quando seruit paula cõfutat trua.Non.mar.

Cõfutare opprimere cõmittere.Ter.in phor. Cõfutauit uerbis admodũ iratũ patrẽ.No.

Confutare commouere.Titinnius seticosus

Magnum exitium quando seruit paula cõ/
futat trua. Nonius.

Confutare & refutare differunt. Confutatio i
persona est: refutatio i re. Teren. i phormi.
Confutauit uerbis. i. confecit. Donatus.

Confluges loca in quæ riui diuersi cõfluãt. Li/
uius in andromada: Confluges ubi conuen
tum campum totum inhumigant. N.

Conflictatio est tactus inuicem corporum &
collisio. Teren. i and. Nam qui cum igeniis
cõflictatur huiusmodi. i. atteritur. Dona.

Conflages loca dicuntur in quæ undique con
flant uenti. Festus.

Confugellam: antiqui confugium dicebant. F.

Congerro a gerra: & græcũ est. Plau. i psa. lã
pol ille hic aderit credo cõgerro meus. In
menechmis idem istud. Var.

Congerminiscere coalescere coniungi uel con
sociari. Quadrigarius i annalibus: Facite ex
empla eoꝝ nos cũ illis cõgerminiscere sciãt
Var. reꝝ humanarum. lib. iii. postea cũ his
unã rempublicam coiuncti & congerminati
tenuere. Nonius.

Congenuare flecti genibus. Cecilius in annali
bus lib. vii. Ipse regis eminius equo ferit pe
ctus aduersum congenuat percussus deiecit
dominum.

Conglomerare inuoluere superaddere. Enni/
us in thieste. Heu mea fortuna ut omnia in
me glomeras mala. Nonius.

Congiarium Augustus cũ ab eo pacuuius Tau
rus cogiarium peteret diceretque: Iam hoc
homines uulgo loqui non paruam sibi ab il
lo pecuniã datam sed tu inquit noli credere
Ma. de sa.

Congrediar. Plau. in epidico. g. si ad eam aut
siciam congrediar. sic hoc est. No.

Congruere dictum est a gruibus: quæ non se
segregant: siue cũ uolant: siue cum pascun
tur. Festus.

Congenulare est gelu replicato cadere. Sisẽna
histo. libro tertio. Agilem dari faciléque ui
ctoriam neque fossas aut bellum renouatũ
Nonius.

Coniectarium efficax perfectum. M. T. de fi/
nibus bonorum & malorum. Illud uero mi
hi coniectariũ sed in primis habes illoꝝ. N

Conieci impetum iniuriamque significat. Te/
rentius in and. In nuptias conieci herilem
filium. Donatus.

Coniector interpres somniorum. Fe.

Coniuratio & consensus differunt. Consen/
sus enim bonæ rei est: coniuratio malæ. In/
de & catilinæ coniuratio dicta est. Terenti/
us in ecyra. Quæ hæc est coniuratio: ut o
mulieres eadem æque studeant.

Comptum genus libaminis est: quod farina
conspersa faciebant. Festus.

Conopeum uelum i modũ tentorioli factum
ad culices excludendos: nam græce κωνοψ
culex latine dicitur. Seruius.

Conquinare deputare. Festus.

Connexum qđ græci dicunt id alii nostroꝝ
adiunctum alii connexum dixerunt idest
connexum tale est si plato ambulat plato
mouetur si dies est sol sup terrã est. Varro.

Conniuere oculorum palpebras mouere Eũ/
dem regulum. Tubero in historiis rediisse
Carthaginem nouisque exemplorũ modis
excruciatum a pœnis dicit: in atras inquit
ac profundas tenebras eum claudebant: ac
diu post ubi erat uisus sol ardentissimus re
pente educebant: aduersus ictus solis oppo
sitũ continebant: atque intendere in cœlũ
oculos cogebãt palpebras quoque eius ne cũ
niuere posset sursum ac deorsũ ductas isue/
bant. Aul. gel.

Conquirere coercere. Festus.

Conquiniscere & equiniscere inclinari signifi/
cat. Plautus in cistellaria. Faciendum est pue
rile officiũ: cõgniscã ad cistulã. Idẽ. Et colo si
conquiniscere si istæc uento simul. No.

Conregione eregione. Fe.

Conruspari conquirere. Plau. Conruspare tua
concilia in pectore. Festus.

Consentia sacra: quæ ex consensu multoꝝ sũt
statuta. Fe.

Consedeo a consedendo uel a sedendo uel as/
sessor. Cassius emina annalium libro tertio
Nemo uicinus consedet. No.

Cõsistere ẽ audacter & constanter stare. Virg.
Constitit in digitos exemplo arrectus uter
que. Terentius in adelphis. Ociose nunc iã
illico hic consiste. Do.

Consiptum apud Ennium conspectum inue/
nitur. Festus.

Consiptum claui pro confixum. Fe.

Consequi significat sequi. Virgi. libro. v. Quẽ
deinde Cloanthus cõsequitur. Marcus. Tul
lius de officiis libro tertio. Ex quo intelligi
põt illũ mentis agitatione inuestigatione/
que earum rerum quas cogitando cõseque/
batur: neque ociosum neque solum unquã
fuisse. Nonius.

Consequi adipisci. Marcus. Tul. in epistola ad
cæsarem libro primo. Tũc cum ea quæ ẽ ab
senatu sũmo cum honore tuo consecutus.
Idem in uerrem actione secunda. Quod

ego meo labore & uigiliis cõsecutus sũ.No.
Consequi exprimere diffinire.M.T.ad cæsarẽ Extrema uero quanta & qualia sũt: uerbis consequi non possum.No.
Conserere dictum est miscere. Vir.æne. libro secundo.Multaque per cæcam cõgressi præ lia noctem Conserimus.No.
Conserere iserere.Vir.geor.lib.secundo.Iuuat Ismaria Baccho conserere.No.
Consecrabor.Plautus in persa:sed qd hic cau/ satus ambulat magnifice:consecrabor.
Conserere manũ dicimur cum hoste: sic ex iu re manu consertum uocare.V.
Consilium a consulendo dicitur uel q̃ in unã sententiam plurimoꝝ mentes consileant & cõueniãt.Sed a silentio credibilius dictum putatur:quo maxime inuenitur.Fe.
Consyderare a contemplatione syderum ui/ detur appellari.Fe.
Consiluere Ennius pro conticuere posuit.Fe:
Consilium quod ut uestimentum apud fullo/ nem cum cogitur consiliari dictum.V.
Consolare.Var.in edippo.thieste.Per idẽ tem pus Athenas exul uenire dicebatur qui con solaret.Nonius.
Consobrini ex duabus editi sororibus de qui/ busomnibus multa exempla sunt in anti/ quis auctoribus:maxime in affranio:& ui/ ris uetustissimis scriptoribus.No.
Consortes a manuũ conserere.V.
Consuus dicitur Ianus.Require in saturnalia Ma.de sa.
Consul nominatus q consuleret populum & senatum:nisi illic potius unde Actius ait i bucco.Qui recte cõsulat cõsul erat dcũs.V.
Consultor est qui cõsilium petit.cõsultus cui cõsulit.Consultũ res ipsa quæ cõsulitur.S.
Consulas antiqui ponebant non tantum pro consilium petas & perconteris:sed etiam p̃ iudicas & statuas.Fe.
Consualia ludi dicebãtur:quos in honorem Consi faciebant:quem deum consilii puta/ bant.Festus.
Consuetionẽ Plau.pro cõsuetudine posuit.F.
Consulum & prætorum proprietas q̃ con/ sulant & præeant populis:auctoritate.Var/ ronis ostenditur de uita patrum libro secũ/ do:q̃ ideo dicebantur cõsules & prætores q̃ consulebant senatui consules.N.
Conscripti dicebantur qui ex equestri ordine patribus ascribebantur: ut numerus sena/ torum expleretur.Festus.
Consponsos antiqui, dicebãt fide mutata col/ ligatos.Festus.
Consternatio quæ ẽ cõcitatio quædam subita ex aliquo metu:a sternutamento deducta ẽ. q̃ eo toto concutimur corpore.Fe.
Consponsor coniurator.F.
Conscribellaui pro conscripsi.Varro in colũ/ na Herculis:idque eas in ceram conscribel lauit ad litem.idem in marcipore.astrologi non sunt qui conscribellarunt pingentes cœlum.Nonius
Conspicilum unde conspicere possis. Plautus in medico.In conspicillo asseruabam palliũ obseruabam.Nonius
Constituere disponere.Virg.æne.lib.i. homi/ nes ne feræ ne quærere constituit. No.
Constituere retinere firmare.M.T.de offi.lib. .iii.Ineuntis enim ætatis inscitia senum cõ/ stituenda & regenda prudentia ẽ.No.
Cõserere inserere .M.T.de senectute.Cõsitio nes non modo delectant:sed etiam insitio/ nes.Nonius.
Constituere parare.M.T.in uerrem acti.secun da.Quod ubi erat Philodemo nunciatum tam&si erat ignarus quantũ sibi ac liberis suis iam tũ mali cõstitueretur.No.
Constituere erigere.Vir.in.vi.Et ferales ante cupressos constituunt.
Consternari rursum erigi.Pacu.in piboia. Cõ sternare animæ ex corpore hic & uoluere consilium subit:omnes qdem denata ẽ mo do:qui pacto inimicis morte:& huic uitam offeras. Idem in doloreste unde exorie quo præsidio fretus:auxiliis quibus:quo cõsilio consternatur:qua ui.cuius copiis.No.
Constat ualet consistit.Lucil.lib:xxxvi. Trado ego alias minimo:porro quod mihi cõstat carius.Ci.tusculanaꝝ lib.i. Animus qui si est horũ quatuor generum unde oia constare dicuntur.No.
Constat compositum ẽ. Lu.lib.xxxvi. Princi/ pio physici omnes ex anima & corpore cõ/ stare dicunt.Sisen.histo.lib.iii. Multitudi/ nem procul hostiũ cõstare uiderunt.No.
Cõstat cõuenit manifestũ ẽ.M.T.ad cæsarẽ ju niorem lib.ii.Cum constet cæsarem luper/ cis id uectigal dedisse qui ante poterat id cõ stare.Et tusc.libro primo. Siue quot agra/ uioribus leuiora natura repellantur: quæ cũ constẽt.Nonius.
Constitit dicitur stetit.Vi.æne.lib.iiii.Hic pri mum paribus nitens.cyllenius ales consti/ tit.Nonius.
Contendere festinare. Vir.æn.lib.i. Quæ p/ xima littora cursu contendunt petere.No.
Consueui hac re & hanc rem ueteres dicebant

Ter. in adel. Quid illi tandem credis fore animi qui illa consueuit? Et cõsuetudinem bonorum & malorum dicimus. Consuescere autem proprie dicitur in stupro. Idem in ecyra. Nã si ipse posset ab ea sese derepente auellere qui cum tot consuesceret ãnos. Et consuetudo proprie de coitu dicitur. Idem in phor. Dũ expecto quẽ ita mox ueniat qui hãc mihi adimat cõsuetudinẽ. Donatus.

Constitit erectus ẽ. Plau. in amph. Fremitu uirũ & spiritu atque anhellitu nebula cõstat: Virgi. lib. v. Constitit i digitos. Cicero tusli. i. Vbi rigida constat crassa caligo infeꝛ. N

Cõtagionẽ esse dicendũ: nõ cõtagium. Fe.

Cõtaminare ꝓprie cũ manibus luto plenis aliquid tãgere & cõtaminare cõtingere: & polluere fœdare aut maculare. Te. in an. Cõtaminari nõ decere fabulas. Idem. Hoc gaudium cõtaminet uita ægritudine aliqua. Do.

Contẽpla. Actius in philoteta. Cõtempla hãc sedem in qua ego nauem hyeme saxo stratus pertuli. Et En. Media hasta atque acernas antiquũ opulentum oppidum contempla Plau. i asina. meũ caput cõtẽples. Neuius. i danae cõtẽpla placide facié & formã. N.

Contestari est cum uterque reus dicit: testes estote. Festus.

Contestari litẽ dicunt duo aut plures aduersarii: q, ordinato iudicio utraque pars dicere solet. testes estote. Festus.

Cõtempturum. Lucil. lib. xxvii. Tu lucilium credo contẽpturꝛ cũ me ruperit sũma oia fecerim. Varro de liberis educandis. Vel maxime illis didici: & isitienti tyriacam mulsã esurienti panẽ clibariũ siligineũ: & exercitato somniũ suauẽ. Nonius.

Contemnificũ. Lucilius libro. xxvi. Ego enim cõtemnificus fieri & fastidire Agamemnonis. Nonius.

Contentio est perseuerantia uel elatio. M. T. de offi. lib. i. Ex cõtentione uocis & submissione: & ceteris similibus: facile idicabimus Sal. histo. li. iiii. Rursus inuẽta nacti ad oppidum ire cõtendunt. No.

Contendere astringere itorquere. Vir. geor. li. iiii. Tanto nate magis contende tenacia uincla. Sisen. histo. libro quarto. Simul & tormenta contenduntur. No.

Contendere iterum significat comparare. Pla. in au. signum recte cõparat huius contendi ãnulum. Lucil. sa. lib. i. ut contendere possim thesiadas lædasque Ixiones alto letheo Item libro. vii. Hũc unq̃ hyacinto hominẽ tortim poteritis deliciis cõtẽdi. Cecil. i thiaste. Ego uitam meam athicam contendã cũ istac rusticana sira. Licinius macer in epistola ad senatum. Illi suã uitã mecũ contendũt quoꝛ in corpore ita crebra sunt uulnera uitæ nouæ cicatrici ut nõ sit locus. Neuius in lycurgo cauesis tuã contendis irã cõtra cũ ira liberi. Actius in thereo. uideo ego te mulier multarum utier ut cõtendas tuam maiestatẽ uiris. V. γνωθι σεαυτον age nũc cõtende alteꝛ genus philoteron ne tibi quid uideat melius. No.

Contendere certare. M. T. de offi. li. i. Miserrima omnino ambitio est honorũque contẽtio. Vir. æne. lib. iiii. Quis talia demẽs abnuat aut tecũ malit cõtẽdere bello. Sal. i iugurtha fretus multitudie militum sperabat armis cõtendere. Ci. tus. libro. ii. ut onera contẽtis corporibus facilius feruntur: remissis opprimuntur. Nonius.

Contendere continuare. Cice. de ora. libro. ii. Id quod eius scripta declarent & contentiones uocis & remissiones cotinuarentur. Et lib. iiii. nihil pernitiosius q̃ sine itermissione contentio. Nonius.

Contendere iterum significat extorquere. Ci. in epistola Cassii. Hoc agit ita contendo ut in eo fortunas meas positas putem. Actius i eurisace. Iã potero icipiã & q diu cõtẽdã ut hic oportet texũ salminẽ habeã. Turpil. in lenonibus. habet potestatẽ: nisi potestatẽ senis p̃cio cõtendas & redẽpto phedria liceat redire in antiquã consuetudinẽ. Varro i serrano. Et petere imperium populi & cõtendere honores. M. T. de offi. libro. ii. Extremum autem præceptũ in beneficiis opera quæ dãda: ne qd contra æquitatem contendas. Nonius.

Contendere festinare. Vir. æne. libro primo. Quæ litora proxima cursu contendunt petere. M. T. in uer. actio. secunda. hæc ubi filio nunciata sunt exanimatus ad id contendit ut etiam uitæ patris & pudicæ sororis succederet. No.

Contendere intendere. M. T. in hor. Magna ẽ animi contentio adhibenda & explicanda. Aristoteli greges. Nonius.

Contendit proripuit uel dixerit signũ. Vir. li. v. Qui tamen aerias telum contendit i auras. Licinius macer: quo die magistratũ obiit repente celeri gradu per forum se in capitolium contendit Pacu. in doloreste. Nihil coniectura qui interpretarier quorum flexi uice contenderet. M. T. de rep. sed audisset credo: tum uero Platone Socrate mortuo

primũ ĩ ægyptũ discẽdi: post Italiã conten/
disse. Turpil. ĩ philopatro. Mea mater hem
qua causa hic opere maxime contenditur.
Affranius. Nõ licet me quo cõtendissem ita
puenire. Salu. in iugu. bello. ex prælio fugit
ĩ puinciã: ac deide Romam contẽdit. Varro
in quinquatribus. Qui tarentũ tuũ ad hera
clidẽ ponticum contẽderit. Non.

Consulis officium est consiliũ præbere manu
mittere uolẽtibus. Vlp. de offi. consu.

Consules cõstituti sunt duo: penes quos sum/
mũ ius uti esset lege rogatum ẽ: nanque ini
tio ciuitatis Romæ constat reges oẽm pote
statẽ habuisse hisdem tẽporibus. Et tribu/
nũ celeꝝ fuisse constat. Is autẽ erat qui eq/
tibus præerat. & ueluti secundũ locum a re
gibus obtinebat: quo in numero fuit luni.
Brutus: qui auctor fuit regis abiiciendi. Ex/
actis deide regibus: consules creari cœpe/
runt: Et dicti sunt ab eo q̃ plurimũ reipu.
cõsulerẽt q̃ tantum ne p̃ oia regimina pote/
statem sibi uẽdicarent: lege lata factum ẽ ut
ab eis prouocatio esset: neue possent caput
ciuis Romani aĩaduertere: in iussu populi
solum relictum est illis ut coercere possent:
& in uincula publice duci iuberent. Pom/
po. de ori. iu.

Consanguineos Cassius diffiniuit eos q̃ san
guine inter se connexi sunt. Vlpianus de su
is & legi. her.

Consolor tam actiua q̃ passiua significatione
antiqui ꝓtulisse iueniuntur. Asinius polio.
sed cũ ab ea quæ sperabam dolebam con/
solabor ab ea quam timui. Prisc.

Consules qui publici consilii duces esse debe/
rent pfecisse: ut per seipsos publicum consi
lium tolleretur. Ci. per se.

Consuasor auctor est consiliatus: utimur ĩ re/
genda. ut Ci. p Quin. hæc oia Quitius age/
bat auctore & consuasore Neuio.

Consul a consulendo uel a iudicando: nam &
hoc cõsulere ueteres uocauerunt. unde ad/
huc remanet illud rogat bonum consulitis
idest bonum iudicetis.

Consultus peritus & doctus: ut iurisconsulti
periti dicuntur. Acron.

Consequor etiam passiue: ut orbilius quæ lux
ab hoibus consequi possunt. Pris.

Cõspicor etiã passiue. ut Var. Pauptas enĩ hæc
noiata ĩtricata ut nunc cõspicaẽ. Prisc.

Consector passiue Laberius dixit: uxorem tu
am & meam nouercam Apollo lapidibus
consectari uideo. Pri.

Cõsi populi sunt iuxta berones ĩ hispania. St.
Consa distat a populonia ferme stad. octingẽ/
tis. Alii sexaginta dicunt: ubi est luna por/
tus & ciuitas. Strab.

Contẽnere plus est q̃ uituperare. Ter. in eun.
Nunquid habes quod contẽnas. Do.

Contẽnor ualde tẽnor. Tẽnor autẽ græcum ẽ ĩ
cedor & reticior: nã ueteres tẽnere sine præ/
positione dicebant. Don.

Cõtẽplari dicit a tẽplo. i. loco q̃ ab oĩ pte aspi/
ci potest: quem antiq̃ tẽplũ nominabãt. Fe.

Contentus cui res etiam parua abundat. Vir.
li. vii. Patriisque sed non & filius armis con
tentus. Ter. in eun. Quia neque tu uno eras
cõtẽta: neque solus dedit. Lucil. xxx. Et iste
uersibus interea contentus teneto. M. T. ad
Brutũ. Sic igitur facies ut me amabis aut cõ
tentandi sũ diligẽs. Idẽ de officiis lib. ii. bre/
uitatis causa familia cõtẽti erimus una. No.

Cõtentum dicitur extensum. Virg. li. v. Hunc
rapidus iamdudum arcu cõtenta parato te/
la tenens. Lucil. li. xxx. hic ut mulipula con
tenta atque scorpius cauda sublata. No.

Contentum colligatum cõiunctũ. Virg. georg.
lib. iii. Contenta ceruice trahunt stridentia
palustra. Noni.

Cõtentũ cõtinuũ pseuerãs. Ci. Tu. li. v. Societa
tẽ ferũt cũ usque ad uesperã cõtentius ãbu
lare: quæsitũque eẽt ab eo: cur id faceret. N.

Contẽptim p̃ cõtẽnenter. Neuius belli punici
libro sexto. superbiter contẽptim conterit
legiones. Nonius.

Contingere est quod uix euenit. Te. in an. hãc
mihi expetiui: contigit. Do.

Contiguum frustum carnis cum septem co/
stis demptum. Fest.

Conticinium noctis primũ tẽpus: quo omnia
qescendi gratia conticescunt: auctores mul/
ti sunt miri: sed auctoritate deficiunt. Non.

Conticinium silentiũ noctis: eo q̃ siletur. Plau
Factum uolo rem conticinio. V.

Conticinium. ĩ asinaria uidebitur factũ: uolo
ad reditum conticinio præsente: a cõticiscẽ
do conticiniũ. siue ut Opilius scribit: ab eo
cum cõticuerũt homines. T.

Cõtrarium æs graue est. Fest.

Contrahi dictũ est honeste quadam tristicia li
berali & sollicitudine aut memoria. Cice.
Tus. li. i. hoc detracto quod totum est uolũ
tariũ ægritudo erit sublata illa mœrẽs. mor
sus tamẽ & cõtractiunculæ quædã cum re/
linquentur. & li. iiii. Itaque hæc prima dif/
finitio est: ut ægritudo animi sit aduersan/
te contractione. Fest.

Contingere euenire. Mar. Tul. libro quito. qd̃

non modo singulis hominibus: sed potentissimis populis sæpe cõtingit. Ennius i thi este. Quoniam mihi maxime hodie contigerit malum. Noni.

Contingere est tangere. Vir. li. ii. funéque manu contingere gaudét. In primo. nequis cõtingere possit. Non.

Continere dicitur qui contra uoluntatem se retinet: unde cõtenti dicuntur in malis durantes. Terentius in phormiõe. Ruri se continebat. Dona.

Continens est abstinens integre. Mar. Tul. ad .M. Catonem. Vtque copiis & opibus fere uix possimus ea mansuetudine & continentia nostra socioꝝ fidelitaté tueamur.

Cõtinens coniunctum continuum. Mar. Tullius in epistola ad senatum. Itaque cũ exercitum ad Cappadociæ partem eam cum cilitia continens iter faceret. Idem in horten. In cõtinentibus quidem terris uestrum nomen dilatari possit. Non.

Conti hastæ lõgiores & robustæ. Virgi. lib. vi. Aut duris detrudere cõtis. Noni.

Cõiungere copulare: dictũ est a iugo. Lucil. li. xxx. Quã mihi q̃tum iter humanũ genus rerꝝ: quæ inter se cõiungat cõmutat. No.

Cõtollere contratollere. Plau. in aul. Contollam gradum. Non.

Cõtubernĩũ dicit cõtubernaliũ habitatio. Fe.

Cõtubernales dicunt a tabernis quæ fiebant ex tabulis. unde & tabernacula sunt dicta: licet ex tentoriis & pellibus fiant. Fe.

Cõtuoli oculi sunt in angustum coacti conniuentibus palpebris. Fest.

Contumax, pprie dicitur contemptor petitorum. Terent. in phor. Præcõtumax rediisti huc nobis Pamphile. Dona.

Cõuallis est planities ex omni parte compræhensa montibus collibusue: uallis ex duobus lateribus inclusa planicies: uallis dimunitiuum facit uallicula. Fest.

Cõuallis cauata uallis. Var.

Cõuallũ neutri generis Scropha inq̃t uitádũ. ne in eam partem spectet uilla in quã uentus grauior ex his partibus efflare soleat: neue in conualli caua & ut potius in sublimi loco ædifices: qui quod perflatur si quod é qđ aduersariũ inferat: facilius discutit. V.

Conuasare est furto omnia colligere. Terẽ. in phor. Aliquid cõuasem atque hinc me cõiicerem, ptinus in pedes. No.

Conuente condictio dicit: cum primus sermo de nuptiis & eaꝝ condictione habebat. Fe.

Conuentus q̃ttuor modis intelligitur, uno cũ quẽlibet hominem ab aliquo conuentũ eẽ dicimus. altero cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta i unũ locũ. Tertio cũ a magistratibus iudicii causa populus congregat. Quarto cum aliquem in locũ freq̃ntia hominũ supplicationis. aut gratulatiõis causa colligit. F

Cõnexũ est ex parte declinatũ: q̃lis est natura cœli: quod ex omni parte ad terram uersus declinatum sit. Festus.

Conuenire placere cõstituere. Sisen. historiarum libro quarto. Signum natus a papo qđ inter eos tolli cõuenerat. No.

Conuenere apta & cõmoda fuere. Ter. i adel. Quæ conuenere in andriam. Dona.

Cõueniſſe non inueniſſe & uidiſſe tãtum: sed & collocutum significat. Ter. in an. Cõueni hodie adueniens quendam mei loci hic atque ordinis hominem. Dona.

Conuenire aptũ esse. Mar. Tul. in horten. Nã qđ uereris ne nõ conueniat. nostris ætatibus ista oratio quæ spectat ad hortãdũ. N.

Conuenire significat obuium fieri. Ter. in eu. Conueni hodie adueniens mei loci quendã atque ordinis hominem. No.

Cõuenire uidere. M. T. de senec. Neque uero eos solũ conuenire habeo: quos ipse cognoui: sed illos etiã de qbus audiui & legi & ipe cõscripsi. Plau. in asi. ætatem uelim seruire libanũ ut conueniam modo. No.

Conuenire colligi coire. Vir. æn. li. i. Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni. M. Tul. in philip. lib. iii. cui quidem hodierno die nũc eni primũ ita cõuenimus. No.

Conuenire constare. Teren. in phor. Cõuenit numerus quantum debuit. No.

Conuenire similem esse. Var. Longe fuit q nos fugit solus rhetor. solus rex. solus formosus fortis secus uel ad ædiliciũ modius purus purissimus adhuc caractera deo pãthus cõuenit caue attigeris hoiem. No.

Conuenire placere certũ fieri. Virg. li. xii. Cesserit ausonio si fors uictoria Turno. Conuenit. Euandri uictos discedere ad urbem. M. .T. de finibus bonorum & malorꝝ libro qnto. uidendi cupiditate icensi oẽs sumus: atque hoc mihi cum tuo fratre cõuenit. No.

Conuenire interpellare. M. Tul. in uerr. actione secũda. Non dubitat quin ubi ipse uerrem conueniſſet. æquitate causa auctoritate sua conuenire hominem possit. Lucil. libro. xxxviii. Hæc tu conuentus tela insidiis locaui. Nonius.

Conuertere magnifice dictum est: ut uerbum

magni moliminis & agminis ingentis. Nam conuertere se dicitur quem pompa præcedit. Et Imperator proprie cõuertit exercitũ Teren. in adel. Ego aũt iam trãsacta reconuertam me domum cum obsonio. Don.

Conuicium a uicis in quibus primo habitatũ est uidetur dictum: uel immutata littera q̃ si conuocium. Fest.

Conuiuiones cõpotatores: a bibendo dicti. Lucil. li. xxvi. Quãdo qdẽ repperi magnã ex cõuiuionibus ex copiis. Nonius mar.

Cõuiuii ꝓprietatẽ. M. T. de senec. demonstrat Bene enĩ maiores accubitionem epularem amicorum: quia uitæ coniunctionem haberet cõuiuiũ nominauerũt. Non.

Conuicium dictum est a uiciis locus qui secũdũ ignobilitatẽ loci maledictis & dictis turpibus cauilletur. Noni.

Conuiuant ꝓ conuiuantur. Põpo. in munda. Si kalendis conuiuant idibus cœnãt foris. Ennius in primo. Srat malo hercle suo conuiuat sine modo. No.

Conuiuium domũ conuiuii esse opinor. Var. Nõ tam lautũ q̃ sine sordibus & conuiuio: legi non omnia debent: sed ea potissimum quæ simul sint honesta & delectant: neque nõ de senis quoque mensis cuiusmodi esse eas oporteat præcepit. A.

Conuiuium ut in urbe aut in umbra: aut in sole pro temporis conditione instruebatur ꝓpterea. Teren. in adel. lectulos inquit i sole iligneis pedibus faciundos dedit ubi potetis uos. Donat.

Cõuoti isdem uotis alligati. Fest.

Conuola occulta. Fe.

Cõuertitur pro conuertit. Plau. in amph. Sed fugã in se nemo tamẽ conuertitur. No.

Conũ qđ cogitur in cacumine uersum. Varro.

Cloacæ fossæ a clodio duce albanoꝝ dictæ. F.

Clodia familia a Clomo æneæ comite est appellata. Festus.

Cloacare inquinare: unde & cloacæ dictæ. Festus Pomp.

Crocotillum ualde exile. Plau. in extortis. Talis tum crocotillis crustulis. Fest.

Crocodillus. require in anguilla. Var.

Crocitum esse uoluerunt propriam coruoꝝ uocẽ. Plau. in aul. simul radebat pedibus terram: & uoce crocitabat sua. No.

Crocatio coruoꝝ uocis appellatio. Fe.

Crotala quod dicam ingenui filii senatoꝝ in ludum saltatoꝝ cõmeabant: & illic crotala gestantes saltare discebant.

Croesus Aliactis filius rex ultimus lydorum a Cyro superatus. T.

Crocus adolescens: cuius amore Similax uirgo in eius nominis fruticem uersa est. & ipe in floré sui nominis. Oui. ut alii. a coryco ciliciæ oppido: ubi optimus ad medicinã secũdum Diasco. T.

Crocodilus animal quadrupes quasi croceus hic præ omnibus ex minimo maximus fit ex ouo ad decem septem cubitos excrescit: & etiã. xx. nocte in aquis: diei maioré partẽ i humo. quiescit quatuor mẽses hyemales secũdum Herodotum nõ comedit: & sola bestiaꝝ nõ hẽt linguã: uide Plinii. Tort.

Crocyla insula apud Homerum. ab aliis corcyra. Torteli.

Crocylus pastor apud Theocritũ. T.

Crotalum instrumẽtum musicum ægyptium in solennitatibus deorum. a κρόυω puto & plaustrũ a sono.

Chromaticus qui nulla uerecũdia coloré mutat: uel coloratus. T.

Chromius uir argiuus secũdum Herodotum & Home. xi. odysseæ. filius Nelei frater nestoris a Diomede interẽptus i bello troiano

Cromna urbis nomen. T.

Chronuus tempus & saturnus apud ãtiquos posteriores chronus tempus chronus saturnus cœli filius ex Vesta cœperit uxoré opẽ sororem: qui cum Titano maiore fratre & deformiore cõuenit ut ipse regnaret: sed nõ tolleret uirilis sexus filios: qđ Titanus fecit: ut sui filii regnarent ita: unde primus iterfectus ẽ. Inde nati sunt Iupiter & Iuno: Iuno ostensa: Iupiter abscoditus inde & i cio patre educatus. Inde Neptunnus abscõditus. Inde Pluto & Glauca nati. Glauca ostensa: quæ parua mortua est. Titan cum resciisset cum filiis qui Titani dicti sũt Saturnum & opem cõpræhendit: & in carcerem trusit. Iupiter cũ magna Cretensium manu Titano uicto exemit patrem in regnum restituit Saturnus inde sorte admonitus ut caueret a Ioue insidias tetendit: quare super eum fugauit: & per omnes terras persecutus est eũ: q randem in Italiam uenit. Hæc ex sacra historia: & scdm Lactantiũ: secutus est eam Ennius: & quia Italia inferior est. q̃ Grecia ubi est olympus finxerit abæthereo olympo expulsum: & falcifer dictus: qa primus uitem Italis putare ostendit & cum uenisset ad loca mari infero uicina dictus est ad inferos relegatũ. est igitur saturnus græce tempus quod a cœlo est. & omnia consumit: ut dicit filios deuorasse. Ideo apud Ciceronẽ

saturnus dicitur qđ saturatur annis. Tort.

Chronica tẽporalia proprie ãnales. Inde chronismos temporalitas: & synchronii contẽporanei. Hieronymus.

Crotapos uir antiquissimus. Aristo.

Croton urbs calabryæ. Oui. xv. Inde crotoniata. qui inde est. T.

Copi ꝑ copioso. Plau. in pseudulo: atque ego nunc me ut glorioſum faciam: & copi pectore. Turpil. in epidico. Te quidem omnium iam pati copem eam rem facit Pacu. in periboea. O multi modis uarie dubium: ut prospex copem diem. No.

Copiantur a copia honeste positum ut lignantur pabulant & aquantur. Cecil. li. i. Armis & magno comeatu: sed præda ingenti copiantur. Vir. georg. libro quarto. Sub mœnibus urbis aquantur. Noni.

Copona taberna a copiis dicta. Fes.

Copulantur pro copulant: passiuum ꝑ actiuo. Plau. in aulu. Ardent consistunt copulãtur dextres. Nonius.

Copiæ cũ de exercitu dicitur: pluraliter efferuntur. Copia uero aliarum rex est. Ouid. met. Ante ait emoriar q̃ sit tibi copia nostri. Tul. ad cornificium. Quantum copiarum haberes. cũ ipsa coniectura consequi poteram tum ex tuis litteris cognoui. Seruius.

Copiantur & romani: inquit Actius: multis armis & magno comeatu prædaque igenti copiantur. Aul gel.

Copia facultas potestasque: ut faciã tibi copiã ideſt potestatem uel facultatem. Neque cũ alio uerbo iungitur q̃ cum facio apud oratores. Pœtæ uero cũ do: ut coram data copia fandi. Cum aliis uerbis copia pro abundantia accipitur: ut copia frumenti: In plurali etiam multitudinem significabit: ut copiæ Pompei: quod etiam in singulari significatur: ut Põpeius ad domitium: ut cum omni copia q̃primum ad me uenias. Lau.

Copula dicit cuiuslibet rei duplex numerus unde tractum est ut matrimonii copula diceretur. Horatius libro carminum. Fœlices ter & ãplius: quos irrupta tenet copula. Ac.

Cops uetustissimi tenẽt hic & hæc & hoc copes & cops ꝑ epulẽtis & copiosis ꝑferebãt. Pris.

Copulatum ut coniunctum: quod græci uocant συνζευγμενον nos copulatum uel coniunctũ dicimus: quod est eiusmodi: P. Scipio Pauli filius: & is consul fuit: & triũphauit: & censura functus est: & collega in cẽsura Lucii Mutii fuit. In omni autem copulato seu coniuncto: si unum est mendacium: etiam si cætera uera sint totũ esse mendaciũ dicitur. Nã si ad ea oía quæ de Scipione illo uerba dixi addiderã: & Hannibalem i africa superauit: quod ẽ falsum: uniuersa quoque quæ in cõiuncta dicta sunt: ꝓpter hoc unũ qđ falsum accesserit: quæ simul dicentur uera non erũt. Varro.

Coquitare pro coqui: cocitare ideſt frequẽter coquere. Plau. posuit. Festus.

Coquinatum ad coq̃ndum. Plau. in aulula. neque ego unq̃ nisi hodie ad bacchas in bachanal coquinatum accessi. No.

Coragium instrumẽtum scænæ. Fest.

Corona cũ uideatur a choro dici: caret tamen aspiratione: siue coronæ dicuntur: q ꝙ honorent eos quibus imponũtur. Fest.

Coram & palam differunt coram enim ad certas personas refertur. Palam ad omnes. Ter. in adelphis. Cur non imperabat coram. & coram præsentes: & coram presentibus dicimus. & coram indiget adiectione. palam non indiget. Donat.

Corolla diminutiuum est a corona. Corollã noua nupta de floribus uerbenis herbisque a se lectis sub amniculo ferebat. Fe. Põ.

Coracẽ est nomen positũ pro coruo. M. Tullide ora. li. ii. Quare coracẽ uestrũ istum patimur nos pullos suos excludere. Noni.

Corradere difficulter comparare. Terentius i adelphis. Minas decem corradet alicunde: & corrasi omnia: & in phormi. Et credo munus hoc corraditur apta in uerbo difficultas. Donat.

Coram ad personas accipitur. Virgil. æneidos primo. Coram quem quæritis adsum troius æneas. Et Seruius Sulpitius ad Ciceronem. Qui si istic affuissem neque tibi defuissem. coramque meum dolorem declarasſem. Seruius.

Corbites dicuntur naues onerariæ. q ꝙ in malo earum summo pro signo corbes solerẽt suspendi. Festus.

Corculum a corde dicebant antiqui solertem & acutum. Plau in cassina. Ego sum liber meum corculum melliculũ. Fe.

Corda frumenta quæ sero matureſcũt. ut fœnum cordũ. Fest.

Cordi est honeste dictum. animo sedet. Lucil. libro. xxvi. Et q ꝙ tibi istæc magnopere cordi est. mihi uehementer displicet. Idemque Si porro tibi istæc res idcirco cordi est. q ꝙ re utilis. Nonius.

Corgo apud antiquos pro aduerbio quod est profecto ponebatur. Fest.

Corinthienſes ex eo dici cæperũt: ex quo coloni corinthũ ſunt deducti: qui ante corinthi ſunt dicti: quã conſuetudinẽ ſeruamus etiam cũ Romanenſes & hiſpanienſes & ſicilienſes negociatores dicimus: qui in alienis ciuitatibus negociãtur. Fe.

Coruſcatum cliuatum locus erat trans tyberi corinthibus dicatus q̃ in lunonis tutela eẽ putabatur. Feſt.

Cornua liberi patris ſimulachro adiiciuntur quẽ inuentorẽ uini dicũt: eo q̃ hoſes nimio uino truces fiunt. Noni.

Cornua q̃ ea quæ nũc ſunt ex ære: tunc fiebãt bubuleo cornu. V.

Cornua a curuo ære dicta: q̃ plæraque curuamus. Varro.

Corripere cõtoquære. Vir. æneidos libro q̃rto. Turbine corripuit. No.

Corripere excutere. Virgil. ænei. libro tertio. Corripio e ſtratis corpus. No.

Corripe raptũ inferre. Ter. in ecy. Ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiam. Donatus.

Corite leue miſſile in modũ ſagittæ. Virgili. æne. lib. x. Coritique leues humeris & lætifer arcus. Noni.

Coritus arcum theca. dicitur etiam forulus ſagittarũ: quã & pharetram nominamus. Virgilius in. xi. Quis tela ſagittæ coritique leues humeris & letifer arcus. S.

Cora Tiburti frater: a quo oppidum uolſcoꝝ Alter orator ſiculus & eteſias primi.

Corax Arethuſæ filius. perſequens leporem: delapſus e petra periit. mater ſe in fõte ſuffocauit. Inde petra coracos & fons Arethuſæ dicitur. xiii. odyſſeæ: ſunt autem in Itacha. Tor.

Coribantes populi cretæ: qui cum curetibus. Iouem infantem aluere. Tort.

Corydalus genus auiculæ. T.

Corycus urbs ciliciæ & portus & mõs ubi optimũ crocũ. ubi ſpecus ãpliſſimus. uel tres potius. quorũ ultimus typhoneus. de quo Luca. Inde corycius. Item coritus colliis iuxta delphos etiam cum ſpecu. Homerus & in hymnis Herodotus.

Cortina quidam græcũ dicũt. ſed potius a coriis ex qbus cõficiebatur primo qbus loca abdita i templis ſeparabantur locus. unde præceptũ oraculi daẽ. Ser. Plinius uero tripodem dicit. Seruius qđ corio phitonis tectus ſit: uel quaſi cortina. uel q̃ cor uatis illic tenditur. T.

Cortyna urbs cretæ. quæ Gortina potius. T.

Corydon paſtor. T.

Corcyra inſula in Ionio. olim phæacũ patria & Alcinoo inde corcyretũ Martialis. Quis corcyreti rei. Tort.

Corylus arbor & fructus auellana. T.

Corymbus fructus hederæ. T.

Corithus urbs achaiæ. a Siſipho latrone Aeoli filio condita: Euſebius prius cercyra: inde Ephira: inde reſtaurata a corintho Oreſtis filio: unde nomen accepit enſe: inde corithiacus & corinthius. Tortelius.

Coritus oppidũ hetruriæ in colle eiuſdem nominis. a Corito rege cõditum: patre dardani uel uxoris exioue. T.

Cordei medorum ſunt montes.

Cordi eſt. ideſt delectat & placet. ut Cice. Ideo que eo mihi magis ẽ cordi. i. magis delectat. Teren. Si hæ nuptiæ ſunt tibi cordi. i. iucũdæ. Aio eſt. i. animus eſt mihi: uel uolo uel conſtituo. ut Cice. ad Terentiã. Nã mihi erat in animo mittere ad Dolobellam. Lau.

Corobius uiri proprium. T.

Corone urbs achaiæ: a qua coroneus. T.

Chorus ſecũdum Fe. a corona: ſed potius græcũ a χάρα ſecũdũ Platonem in. ii. de legibus

Coraſmii populi aſiatici. Hero.

Choraules & muſicum inſtrumẽtum: & pulſantis nomen. Iuuenal.

Chorda græcũ nomen ſecũdum Iulium. Pol.

Chorea. g. ea e longa a bre. Virgi. Choreas & carmina dicunt. T:

Chorebus uiri proprium. T.

Chorineus proprium. T.

Choriambus pes choris aptiſſimus. T.

Corylus. ideſt auellana: quæ ab auellino campaniæ nominata ubi abundat. Seruius.

Corripio raptum perago. Virgil. in ſexto Corripiunt ſpacii medium. Ser.

Corimbus uua hederarum. Virgi. in buccol. Diffuſos hedera ueſtit pallente coribos. S.

Coruos require in alites. Varro.

Corporare eſt interficere: & quaſi corpus ſolũ & ſine anima reliquere. En. in andromeda. corpus contẽplatur unde corporet uulnere. Actius in aſtaſiaſtis uel trophea. lib. i.

Corpore abſtergo es auſus. Non.

Corpulentis. En. pro magnis dixit nos corpulentũ dicimus corporis obeſi hoĩem. Fe.

Cortes ſunt uillarum inter maceriem ſpacia. Varro in pappia papo. Dum uixi promiſcaris meus in corticibus pauit. Idem de re ruſtica. lib. primo. Nec minus & a populo cũ redirent inferes: ſues: porci in corte exteriore. Idem de uita patrũ libro primo. Ad focum hyeme ac frigoribus cœnitabant. æſti

uo tempore in loco propatulo rure in cor/
te in urbe in tabulino: q̄ mœnia non possu
mus itelligere tabulis maculæ fabricatū. N.
Cortina locus ubi oraculum datur: dicitur au
tē cortina uel q̄ Apollinis tripos corio phi/
tonis tectus uel q̄ corte illic uates tenetur.
Nam cauerna quædam in Apollinis tēplo
fuit: ad quā phebas rapta uaticinabaf. Ser.
Cortina cauerna quædam Apollinis fuit in tē
plo: ad quam rapta puella uaticinabatur. i.
phebas. Virg. in. vii. Neque te phœbi corti/
na fefellit. Dicta aūt: uel q̄ cor teneat: aut q̄
tripos apollinis phitonis corio tectus erat.
aut secūdum græcā ethimologiam ὁτὶ τὴν
κόυρην τείνει q̄ puellā extendat: uel q̄ cer
ta illinc responsa funduntur: quasi certina
uel qđ uerius ē: cor illic uatis tēdebaf. Se.
Corte nec minus cū redierint anseres sues por
cæ in corte exteriore. Varro.
Cortumnio dicitur a cordis usu: Cor enī cor/
tumimonis origo. Varro.
Corruscus crispans. Vir. æne. i. Tum siluis scæ
na corruscis. Ser.
Corpus potius q̄ carnē nostrū uiuentium di/
cimus: ut hoiem corpulentum potius q̄ ut
aliqui loquunf: carnosum. ut Quintilianus:
Corpulento litigatori: cuius aduersarius &
cætera. Et Cic. ad Gallū. Ná & uires & cor/
pus amisi: sed si morbū depulero: facile ut
spero illa reuocabo. Et Martialis. Inque
omni nusq̄ corpore corpus erat uidelicet q̄
in corpore illius nō erat caro. Lau.
Corporeū est existens ex materia atque substa
tia corporea: & e diuerso incorporeum ut
lapis & uirtus. Corporale uero existens ex
materia substantiaque corporea: & e diuer
so incorporale: ut domus & legatum. signi/
ficat enī qualitatē substantiæ. Ibi uero de
ipsa substantia: præterea dicimus lapis est
res: uel substantia corporea: non corpore/
us uictus est res incorporea: non autem in/
corporea. Laurenti.
Correptorum uel præsidū puinciaq̄ est no/
tio ex omnibus causis: de quibus uel præse
ctus urbis: uel præfectus prætorio. Itēque
consules & quæstores cæterique quos Ro/
me cognoscunt. Hermogenianus de offici.
præs.
Coram Tício aliquid facere iussus: non uidef
eo præsente fecisse: nisi is itelligat. Itaque si
furiosus aut infans sit: aut dormiat non ui
detur coram eo fecisse: scire autem nō etiā
uelle is debet: nam etiam inuito eo recte fit
qđ iussum ē. floré. de uer. sign.
Corporū genera tria sunt Vnū quod continē
tur uno spiritu: & græce uocatur σωμα ut
hō: lignū: lapis & similia. Alterū qđ ex con/
tingentibus: hoc est pluribus inter se cohe/
rētibus constat. græce uocatur. ut
ædificiū nauis armariū. Tertiū quoque qđ
ex distātibus constat ut corpora plura nō so
luta: sed uni nomini subiecta: ueluti: popu
lus: legio grex. Pōpo. de usucapionibus.
Corona militaris. Coronæ multiphariæ sunt
quarū quæ nobilissimæ sūt: has ferme esse
accepimus. Triūphalem. Obsidionalem. Ci
uicam. Muralē. Castrensem. Naualem. Est
que ea corona quæ oualis dicitur. Est itē po
strema oleagina: qua uti solent qui in præ/
lio non fuerūt: sed triumphū procurant. Tri/
umphales coronæ sunt aureæ: quæ impera
toribus ob honorem triūphi mittunf. Id
uulgo dicitur aurum coronarium: hæ anti/
qtus e lauro erant: post fieri ex auro cæpte.
Obsidionalis est: quā hi qui liberati sūt ob/
dione dantur ei duci: qui liberauit. Ea coro
na graminea est obseruarique solitū ut fie/
ret ex gramine: quod in eo loco generatum
esset: intra quem clausi erant qui obsidebā/
tur. hanc coronam gramineam. S. P. Qu. R
qui Fabio maximo dedit bello pœnoq̄ se/
cūdo: q̄ urbem Romam obsidione hostiū
liberasset. Ciuica corona appellatur: quam
ciuis ciui a quo seruatus est i prælio testem
uitæ salutisque percæptæ dat. Ea fit ex frō/
de quærcea: quoniam cibus uictusque anti/
quissimus quercus capi solitus sit. est etiam
ex ilice: quod genus superiori proximū est.
sicut scriptum est in quadam comœdia. Ce
cilii aduehuntur inquit cum illignea coro/
na & chlamyde dii uestram fidem. Massu/
rius autem sabinus in. xi. librorum memo/
ralium ciuicam coronam tum dari solitam
dicit. cum is qui ciuem seruauerat eodem tē
pore ipsum hostem occiderat. neque locū i
ea pugna relinqueret. Ius ciuicæ coronæ ne
gat concessum. Tyberium aūt cæsarem con
sultū an ciuicam coronam capere posset. q
ciuem in prælio seruasset. & hostes ibidem
duos interfecisset: sed locum in quo pugna
bat nō retinuisset. eoque loco hostes potiti
essēt: rescripsisse eum quoque ciuica dignū
uideri: quod apparet. Erā iniquo loco ciuē
ab eo seruatū. ut etiam fortiter pugnātibus
retineri non quærit. Hæc corona ciuica Lu
cius Gellius uir censorius in senatu Cice/
ronem consulem donari. Aulus.
Corinthiacus sinus ab eueno usque araxum

amnem ſuum circuitum habet ſta. duum milium.cc.&.xxx.ab acheloo uero cemenis augetur ſtadiis.

Corithus duplici mari abluit.ſ.Ionio & ægeo Hora.li.i.car.Bimariſue corinthi.A.

Corim habet ſexagenos milites.

Coricũ uidetur potius eſſe quæ hodie dicitur cortona.q̃ illa quæ dicitur Cornetum.ut quidam putant. Siluius libro qnto. Areti muros coriti nũc diruat arcem.

Corripuit accelerauit. Horatius libro carmin. Semotique prius tarda neceſſitas læti corripuit gradũ.ut Virgili.corripuere uiã. Ac.

Cornu fortunæ dicit diuitias conſueuiſſe largiri.a cuius metaphora dixit. Horatius libro carminum.Hic tibi copia manabit ad plenum benigni ruris honorem opulenta cornu.Acron.

Corona pro ornatu muliebri.Horatius libro carminum.Et ſcindet herentem coronam crinibus.ut uirgo duplicem gemmis auroque coronam.Ac.

Corculum dimminutiuum a corde. Plautus i caſſina. Meum corculum molliculum uerculum. Priſci.

Cornu in u latina ſũt generis neutri. & aptota i ſingulari ut cornu.genu. tonitru. quæ antiquiſſimi inueniũtur in um quoque proferentes in eodem genere.

Epulares qui ĩ quibuſdam ludis noctu epula/bantur. Fe.

Epulã antiqui etiam ſingulariter poſuere. F.

Epulo ab epulando. Ci. de orarore. Tres uiros epulones. Pri.

Epulo pro epulor antiqui protulerũt.

Epulæ quære in uerbo & dapes. Lau.

Equeſtre æs quod equiti dabatur. Feſ.

Equeſter poſſeſſuiũ ẽ ut pellis equeſtris Dicit̃ enim homo eques nõ autẽ equeſter ſicut pe des non pedeſter.

Eques pro equo. Virg. tertio geor. Atque equi tem docuere ſub armis. Ser.

Equitare dicebant antiqui equum publicum merere. Feſtus.

Equiſo pro equite. Va. Troidite trifolio patra/retis eos. nam aut equus qui ad uehendum eſt natus: tamen hic traditur magiſtro: ut equiſo doceat tullutim. idem in marcipore. Quod nautici equiſones per uiã qua doce/rent lora. idem ĩ eumenidibus. neque furẽ/tem equuleum damacrinum ĩſanus eqſo exi mẽdis morbi fluctibus educet unq̃. N.

Equilam equã. Var. in lege meuia. Nemo eſt tã negligens qui ĩ ſũma diligentia eligat aſinũ qui ſuam ſaliat equilã. No.

Equitem pro equo. Vir. tertio geo. Atque equi tem docuere ſub armis. Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos. En. annalium.

li. vii. An non q̃drupes equites eqtare uide/
bat. Lucil. equitẽ dicit cũ sit hominem equũ
insedentis quis hunc currere equũ nõ equo
eqtare uidebat: is equitat curritque oculis.
Nonius.

Equites consuetudine aut magistratus equoꝝ
aut assessores apellamus. Vir. æn. ix. Interea
præmissi equites ex urbe latina. Et li. x. Ef
fusumque equitem super ipse secutus. No.

Equites. Vir. iii. geor. equos dici uoluit. Impo
sitique dorso atque equitem docuere sub ar
mis: Insultare solo & gressus glomerare su/
perbos. No.

Equitare ab equite inclinatũ est. Eques uero
uel homo utens equo: uel equus ipse est sub
homine gradiens. Vir. Atque equitem docu
ere sub armis pro equo equitare etiam utrif
que est Lucil. Qui hinc currere equũ nos at/
que equitare uidemus. A. g.

Equitare omnes antiqui scriptores ut homi/
nem equo insedentẽ ita & equũ cũ portaret
hoiem eqtẽ uocauerunt: & equitare non ho
minẽ tantũ: sed equũ quoque dixerũt. M.

Equisones non tantum equorũ moderatores
aut magistros: sed omnes quibus regimẽ cõ
ceditur cuiuslibet rei dici posse ueteres uo/
luerũt. Var. i marcipore. Hic ni ambiuio na
uẽ cõscendimus plaustrem quã nautici eq/
sones per uiã conducerent loco. Nonius.

Equiter ꝑ æque. Pacu. in atalanta. Concertare
ac dissentire partem da cursũ æquiter. Acti/
us in antenoridis. Ad populum intelligo re
ferendũ quoniam horũ equiter sententiae
fuere Liuius in egisto. Nam ut pergam accẽ/
sa ac prædam per particeps æquiter partita
est. Nonius.

Equidem ubique apud Vir. ego quidẽ signifi/
cat: ut est illud Haud equidẽ talis me dignor
honore. Sed in aliis & pro equidẽ tantũ po/
nitur. Ci. Equidem ego cæteras tempestates
& Persius. non equidẽ hoc studeas amborũ
fœdere certo consentire dies. Et idẽ per me
eqdem sint omnia protinus alba. Ser.

Equidem. Non ab ego equidẽ composita con/
iunctio. sed simplex est. Salu in ca. Equidem
ego sic existimo. p. c. Nam si eẽt cõposita nõ
subiungeretur ego. Pri.

Equi Romæ appositi sunt: uicini fuerunt cur
ribus equorũ urbes Tarquinius priscus ex
tinxit. Stra.

Equimelium quod equa melii domus publico
spatium est quod regnum occupare uoluit.
Is locus & busta gallica dicitur. Va.

Equinoctiũ ꝙ sol eo die sistere uidebatur aut
qđ sol ad nos uersus proprium est solstitiũ
cum uenit in medium spacium inter brumã
& solstitiũ & dies equus sit ac nox equino/
ctiũ dictum. V.

Equile ab equo ut ouile ab oue. V.

Equirine iusiurandũ. p Quirinũ. F.

Equo uehi flamini diali non licebat: ne silon/
gius digrederent: sacra negligerentur. Fe.

Equus Marti imolabatur ꝙ per eius effigiem
Troiani capti sunt. uel ꝙ eo Mars delectari
putatur. Fe.

Equus equulus format diminutiuũ. Ci. i uer.
de signis. Equulos argenteos nobiles qui ma
ximi fuerũt aufert. Pri.

Equulũ domare posse sunt qui dicunt post an
nũ & sex menses: sed melius post trinum a
quo tempore farrago dari solet. V.

Equula ab equa diminutiuũ. Pri.

Equuleus diminutiuũ ab equus. Cic. in hor/
ten. dici uoluit: ut igitur domitores equoꝝ
nõ uerbera solũ adhibent ad domandũ: sed
cibũ etiã sæpe subtrahũt ut fame debilitef
equuleorũ nimis effrenatauis. Varro in eu/
menidibus. neque furentem equuleũ dema/
trianũ isanus equiso exhibebis morbi fluctu
bus educet unquam. Pomponius in decima
fulonis ubi insiluit incoleratũ equuleũ ibi
tolutim tortor. No.

Errabũdus ut populabũdus. i. affatim errãs &
populans. uel idẽ significat qđ participia fre
quentatiuoꝝ ut erratitans & populatitans.

Eracleũ promontoriũ ẽ colaꝝ. & fluuius eius
nominis & loci.

Eracliũ locus est in Hispania iuxta gades ad or
tũ. Stra.

Eraclũ ciuitas est in agro romano econspectu.
Stra.

Erasinus fluuius Nemeæ: adeo uehemẽter flu
it ut ripis contineri nõ possit. Suntqui dicũt
esse fluuiũ licoæ.

Erasinus Achaiæ fluuius ex tymphalide palu/
de profluens per nemeam siluam labens ut
deiiciat arbores & absorbeat exit i argolicis
Herodotus.

Erasistratus medicus ex aristotelis familia ab
ἐρως & σρατὸν. quasi amor exercitus. T.

Erate Oceani & tethyos filia.

Erato musarum una ab amore dicta.

Ercimia multis siluis nomen est inditum: sed
apud germanos maxime que apud græcos
orcinia dicitur ab eluetiis ad nemetum turi
acorũque fines protenditur: & ad dacos &
danubiũ: inde ad alias gentes lõgitudine sex
dierũ multis feris abudãs.

Erebus pars inferni: ubi morabantur q̃ ad elysios erant profecturi. T.

Erectum a coercendo dictum. unde & hercisce dæ & hercisci tũ uocatũ a ciendo. F.

Erebũ Vir. interdũ obscuritatẽ quandã esse describit apud inferos. cum ait. Imas erebi descendit ad umbras. Interdum flumẽ eiusdẽ loci dicens. Magnos nos erebi tranauimus amnes. Varro uero erebo natam noctẽ ait. unde ẽ illud. Erebo creatam fuscis crinibus noctẽ inuoco. No.

Eretheus uir uerax: alter quem Minerua educatum Athenis regẽ statuit.

Eremus desertum. Eremita colens deserta.

Eretria oppidũ Euboie. T.

Erembi populi.

Eretrum uicus potiusq̃ est sabinis supra Tyberum iacens. Strabo.

Ereuthaliõ uir diuus quẽ Nestor interemit.

Eregione positũ ẽ ex aduerso. Cice. academicorũ lib. iiii. Nec ego non ita uos & dictis eẽ e regione nobis in contraria parte terræ q aduersus stent ad contra uestigia. N.

Ergasilus proprium nomẽ uiri.

Ergastulum taberna uel officina. Ergastulus p operario qui agriculturã exercebat. Plinius libro. xviii.

Ergo correptũ significat idẽ qd apud græ. ουν pducte idem qd χαριν hoc est gratia: cũ. s. gratia itelligitur p causa. Sed istud superius etiam sine exemplis notum est hoc inferius sic sumatur cũ dicimus de aliquo statua donatus ẽ honoris uirtutisque. ergo ideſt causa. Festus.

Ergo sẽp addimus ut hortemur eos q aliquid tarde faciunt. Virgili. Ergo age chare pater. Ter. in adel. Dic ergo locũ. Ergo ultima circunflexa causam significat. Donatus.

Ergo positum pro ea causa. Vir. vi. æn. Illius ergo uenimus ad magnos erebi tranauimus amnes. Sisen. histo. libro quarto. Milites ut lex calphurnia concesserat uirtutis ergo ciuitate donati. No.

Ergo & igitur breuioribus adhibetur conclusionibus. & fere post aliquam rem iteriectã Quare. quamobrem. quapropter maioribus nisi dixeris nescio quare sic loq̃ris. Lau.

Ergo propter aut causa significat. Virgi. in. vi. Illius ergo uenimus & magnos erebi ideſt p illũ aut illius causa. habet autem accẽtum in fine circunflexum. Seruius.

Erectum citũ qd̃ fit iter consortes. ut in libris regũ Romanorum legitur erectũ a coercẽdo dictum: unde & erciscunde & erciſci. citum autem a ciendo. Festus pompeus.

Eridanus mons est dyrrachii: uel nullius ẽ ut inquit Strabo.

Eridanus fluuius qui padus dicitur a phaetõte qui padus dicebatur ibi mersõ. hũc græci inferorum fluuium dixerunt: & ad superos scaturire. forte quia e ueseuo monte propin quo mari infero in mare superum influit.

Erimantus mons ĩ Arcadia ubi Hercules apr̃ superauit. Euristeoque detulit.

Erimanthus mons Arcadiæ & silua & fluuius ĩ alpheũ deflueus. Pli. quarto.

Erimanthus qui lites disseminando diuinat q̃ si litis uates Iuuena. Aut disiphilus aut erimanthus.

Ericumne boetiæ fluuius ad trophoniũ deũ. penes quẽ duo sunt fontes: quorũ alter potus memoriã affert. alter uero obliuionem facit.

Erigonus fluuius ẽ prope durchiopũ: qui ex Illyrico per Perniam fluens: maximum flumen efficit.

Erigone Icarii filia. Tortelius.

Eritudo seruitudo. Festus.

Eripuisti atque abstuliſti. Eripuisti quicqd auri gẽmarum. Abstuliſti quae in unaquaque re beneficio. S. P. q. R. iuris habuit. Asco.

Eritrasalcos fluuius ĩ corporibus gignẽs filios.

Eripere cum datiuo fere in malam partem Cũ ablatiuo uero in utranque: ut eripuisti me a periculo: uel eripiam abs te filiam. præripere est in suos proprie usus neque temporis significat antecessionem. ut Cicero pro Gallo. Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator. In passiuo uero significat antecapere: ut morte præreptus. dicimus etiã morte præuẽtus: Rapere est auferre: ut raptas sine more sabias. uel uim afferre atque uiciare: ut de uirginibus. ut Seneca. rapta raptoris aut mortẽ aut idotatas nuptias optet Laurentius.

Eripere causam significat doli pro eo qui tenetur oppressus. Virgilius Tu nc hinc spoliis indute meorum eripiare mihi. Terentius ĩ phormio. Atque ex hoc crimine antiphonem eripiam quasi ex incendio. Do.

Eriboea nouerca mercurii: ideſt Iuno ex ερις & βοιον buccula siue iuuenca quasi lis buc

culæ: quia isidem persecuta est. T.

Erithia quas gades dicimus insulasque uicinas. feretides enim uidetur erithiam appellasse gades.

Ericates proprium uiri: interprætatur enim ira infractus ex ἔρις ira & κατέαγσσω infringo. T.

Erichthonius ex ἔρις lis χθόνος terræ natus ex uulcani semine cum palladi uim moliretur sparso cũ pedibus anguineis: unde curru usus est: ut eos tegeret inuenit argẽtum: ut inquit Pli. Dicitur etiam erictheus.

Erycina uenus ab eryce monte.

Erillus & pyrrho phi. de quibus Cice. de finibus. & de offi. meminit.

Erimyes uel ut quidam dicunt erines furiæ infernales.

Eriphyle uel eripile porta litis talaonis argiuorum regis: uel telestoris filia amphiarei uxor: capta monili a uulcano facto.

Eriphysa insula ex æoliis quasi ἔριν litẽ. φυσα ideſt sufflans. T.

Erisitos uir qui cererẽ aspernabatur ex ἔρις & σῖτος quasi lis cũ fruméto.

Erythron rubrum fuit filius persei & andromadae: a quo rubrũ dictũ est.

Erithea ísula in gaditano ubi existimãtur habitasse geriones: uel alia contra lusitaniam. Pli. in fine quarti.

Erythinus uiri & urbis proprium.

Eripillus apud nos serpillus: q̃ radices eius lõge serpant. eadem & matris animula: q̃ mẽstrua moueat.

Eryx siciliæ mons drepano propinquus: ubi templum ueneris ab eryce eiusdem filio Bericiorũ rege ab hercule uicto. T.

Ercini lauinio & albæ uicini erant: ac romæ non longe distat a ricia & helenæ errantiũ

Erodius auis: in quam pallas conuersa est cũ faueret ulyxi exploratori.

Erotima interrogatio: ut quo res sũma loco pantu. T.

Errabũdus pro errans. Virgi. Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris: Errabunda bouis uestigia. No.

Errare pascere. Vir. i. æne. Tris littore ceruos prospicit errantes. S.

Errare cũ securitate pasci. Vir. Mille meae siculis errant. & cætera. Ser.

Errare uestigare. Vir. i. aene. Vidistis si quam hic errantem forte sororũ. Ser.

Errare a graeco ut inquit Cloatius uerus Aulus ge.

Erratio & error differũt. Est enim erratio pedum error animi & loci in quo erratur. Te. in adelphis. Et minor est erratio. Do.

Erronẽ pusillũ fugitiuum. Labeo definit: & ex diuerso fugitiuum magnũ erronem esse: sed proprie erronem sic diffinimus qui nõ quidem fugit: sed frequenter & sine causa uagatur: & tẽporibus in res nugatorias consumptis serius ad dominũ redit.

Euriſina urbs in ipsa latina uia: quam & teucus amnis radit ingens ad interamnem inter duos confluentes in unũ flumẽ iacentẽ lirim: & alterũ cassiniam.

Eruũ & eruilla a grae. sunt dicta: quia illi eruũ ὀροβόδ eruillam ἐρεβίν appellabant. Festus pom.

Erumpere pro emitt[illegible]: & quasi exire: & erit actiuum uerbũ po[illegible]um pro neutrali. Aut erumpere pro exclamare: ut erũpere uocẽ dicitur qui exclamat. Terentius in eu. Iam ne erũpere hoc mihi licet gaudium: & mihi pro a me. Do.

Erugere semel factũ significat qđ eructare sæpius. Illud enĩ perfectæ formæ est: hoc frequẽtatiuae. Fe.

Es antiquius dictum randus: a quo porta randuscula romæ. Asco.

Es pro esto. Lucil. in. xxvii. Colligete ac bono animo es uideo de ripis præmitur: de panibus. Nonius.

Es imperatiui modi tẽporis presentis: esto futuri est. Terentius in adelphis. Bono animo es. Donatus.

Esar fluuius ex appẽnino delabitur: fluitque iuxta pisas. Strabo.

Escariæ mẽsæ quadratæ uocantur: in quibus homines epulantur. Anclabris ea quæ sacrificando diis anclaratur: qđ est hauriatur ministraturque. Fe.

Esca quære in dictione pastio.

Escit erit. Fe.

Esculentum & escarium ab escis & abedendo dictum. Mar. Cato libro de liberis educandis. Fortuna se illos non natura præstare si quid datum sit his esculentum. Plau. i menæchmis. Ea enim uere lenta uincla sunt escaria. Nonius.

Esculentũ ab esedulia: & quod græce γωλεῖ latine gustat. V.

Esculetũ ab esculo dictũ. V.
Esculus arbor grandifera: quæ licet ab esu dicta sit: tamen æ diphtongo scribitur. Ser.
Esculũ ciuitas est in agro piceno. Strab.
Esculapii fons athanis ẽ: & quæ in eo mergũtur in phalerio flumine ĩ atrino campo delata comperiuntur.
Eserina ciuitas ẽ ĩ samia. Strabo.
Esis fluuius inter achone labitur & senegalliam: & in achiticum excurrit pelagus. Est aũt fluuius esis in principio piceni agri. St.
Esion ciuitas est in umbria: quæ ex ocriculis ariminũ permeãti ei a dextera occurrit. St.
Esipium tegmen equi ad mollẽ uecturam paratũ. M. C. de libe. edu. Mihi puero modica fuit una tunica & toga sine fascis calcia mẽti: equus sine esipio: balneũ quotidianũ alueus rarus. No.
Esperus mons æthiopũ ẽ sub aphrico situs.
Ephæstos promontoriũ cretæ ody. T.
Esse pro nominari antiquorũ more dictum. Te. in phor. Quẽ semp te esse dictitasti. D.
Esse præsentis semper tẽporis est. Ouid. meramorpho. Esse quoque in fatis reminiscit affore tempus. Ser.
Esseda uehicula apud belgas galliæ populos primo reperta. Vir. iii. geor. Belgica uel molli melius feret esseda collo. S.
Essedones scythărũ populi ĩ asia: q funera parentũ cantu prosequũtur: & ex ossibus capitũ pocula faciũt. Pli. iiii. T.
Estas ab estu: hinc æstiuus: ni forte a græco. Varro.
Estie promontoriũ bosphori est.
Esti pro estus. Pacu. in chrisi. Esti forte exarido. Varro.
Estiua sunt loca umbrosa in quibus per æstatem uitatur solis calor. Statius. & umbrosis patuere æstiua licæi. aestiua quoque ꝑ ipis gregibus in aestiuo morantibus. Vir. iii. ge. Nec singula morbi corpora corripiunt: sed tota aestiua repente. Ser.
Esum es est dicebãt antiqui: & sic seruare analogiam debes. ut erã eras erat: ero eris erit. & caetera. Fui qđ est tẽpus praeteritũ perfectũ male cõferunt: cuius series sibi ut debet ĩ oĩbus personis cõstat: qđ est fueram fuisem fuero. Varro.
Ex syllaba conuicionẽ facit.
Et pro quia similiter quæ neque nec. M. Tul. Non solum nobis nati sumus: ortusque nostri partẽ sibi patr a uendicat: partem amici duplicantur interdum in rebus diuersis ut te admirantur & ciues & hospites. Virg. O qui res hoiumque deũque: & initio sententiarũ cõpetit. Quintil. Et finitæ quidẽ sunt partes duæ eiusdẽ nature ẽ: ac & atque. M. T. Ac si uolumus eius rei quæ uocatur elocquentia & cætera. Idẽ. Atque cæteri imperatores qui de illo triumpharent. Interdũ affectui seruit: ut pro milone: & sunt q de uia appia loquantur taceant de curia. interdũ neque affectũ nec copulam significat. Cice. Et uidetis annos meos: ideſt defendi legem uoconiam: & sum tam senex pro etiam uel quoque. Vir. Natus & ipse dea. Quintil. sit hostis & meus. Ci. dixisset etiam meus uel meus quoque. Similiter nec ꝑ nec etiã. Quintil. Persolui gratia nõ potest nec malo patri Nec & neque per & non resoluitur. Laurẽ.
Etsi tametsi idẽ sunt. Pli. Tametsi quid homini dari potest maius q̃ gloria hoc nõ posset poni nec q̃uis nec licet. Lau.
Etalia littori populoniae propinquior est q̃ corsica. quæ trecẽtũ abest stadiis q̃tum distat a corsica. Strabo.
Ethearchus rex oaxis cretæ urbis.
Etheocles oepipodis thebane regis filius.
Ethemon proprium de quo Vir. lib. decimo æne. Et clarus ethemon lycia comitatur ab alta. T.
Etymologia uerborũ originẽ inquirit: notatio a Cicerone dicta. Inuenit enim apud aristotelẽ dictũ. ὄνωμοΛον ideſt nota uerbum ex uerbo ueriloquium. T.
Ethimologus principia uerborũ postulat. V.
Ethimologicen dicũt omnium uerborũ posse dici causa. Var.
Ethnicus gentilis.
Ethos mõs. unde Iuuenal. Cacethos ab ethos aliquando ithos: & tũc morem qui ẽ habitus animi & uirtus. ut in primo ætichorũ. aliquando pro ĩdole & ut deriuatio cognosceretur aeticha: per ae dixerunt: ut longũ ostenderent. Tor.
Etiam pro adhuc. Te. in an. Nihil suspicãs etiam mali. Aduerbium est consentientis uel reminiscẽtis. Te. in ecy. Etiã cognouisse annulum myrrina. Cice. etiã quod pœne præterii capella est mire facta. etiam hic reminiscentis est praeterea. Terẽ. in an. Etiã puerũ inde abiens conueni cremis. Do.
Ethymologia notatio. Quintil. Quod reformidauit. Cice. sunt qui originationẽ dicant nam originem inquirit. T.
Et quid aliquantũ ne significat. Cice. in catil. Quid ẽ & quid attendis: & qd animi aduertis horũ silentium. Teren. in eu. Et qd nos

amas de fidicina hac. Do.

Ethilia ſeptẽtrionalis fluuius ẽ permaximus: maior eufrate eſtate creſcens: ut nilus a maiori burgaria deſcẽdens i caſpium mare.

Ethimanius fluuius eſt indiæ uariis flexibus incuruatus: qui cum ab incolis irrigationis cauſa diſtrahitur: tenuis & iam ſine nomine in mare recipitur.

Ethna mons in medio ſiciliæ igneos globos emittit: aut ſulphure fumidam caliginem. in cacumine duos habet crateres: unde olim flamma erumpebat habet fructeta & fõtes: & ſubter tiphei caput gigãtis: unde uapor ſulphureus & terræmotus creber ubi olim fuit oppidũ eiuſdẽ nominis.

Ethiopicus oceanus longo tractu diffunditur hæc littora ab arabico oppido incipiẽs habet oculos macrobios ſupra hominũ ætatẽ duplicato ſpacio ducũt: quorũ pars dicitur autumalis forma præſtantes regem præſtãtem moribus & uiribus & pulchritudine ſibi eligant.

Etheodoria mõs eſt græciæ termopolis ſuper ueniens.

Fuadere exire tendere. Te. in phor. Quid hic ceptat aut quo euadet hodie. Lucil. li. xxvi. Euadat ſaltẽ aliquid: aliqua conatus ſum. Plau. in aſina. Demiror quid ſit: & quo euadat ſũ in metu. No.

Euadere eſt liberari. Saluſt. in iugur. At ni marius ſigna inferre atque euadere oppido properaſſet: profecto cũcti aut magna pars ſicenſium fidem mutauiſſent. Vir. lib. nono. Noſtras ne euadere demẽs ſperaſti te poſſe manus. Luci. libro uigeſimoſexto. Iccirco omnes euaſuros cenſent ægritudinẽ. Euadere aſcendere. Vir. æn: libro. ii. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Euadere appare/re. Vir. æne. li. ii. Vt tãdem ante oculos euaſit & ora parẽtũ. No.

Euadere ideſt exire uel peruenire. Te. in ãdria Quorſum euadat. Et euadere ẽ p obſtantia & quãcũque difficultatẽ ad aliquid peruenire. Idem in eadem. & heri ſemper lenitas uerebar quorſũ euaderet: ideſt ad quã partem erumperet. Do.

Euadere eſt per ardua & iterrupta uenire. T. in an. uerũ nimia hæc licentia euadet ad aliquod magnũ malũ. Do.

Euadere aſcendere. Vir. æne. li. ſecũdo. Euado ad ſumma faſtigia culminis. No.

Euadere pro fieri recte ac frequentiſſime uſitatum eſt. M. T. in philip. libro ſecũdo. An uerberare ne nõ putaremus nõ potuiſſe te improbũ euadere. Ser.

Euantes bacchantes a libero: qui euan dicitur Vir. vi. æne. Illa chorũ ſimulãs & euãtis orgia circũ. Ducebat phrigias.

Euallẽ dictum eſt excludam & quaſi extra ualium mittam. Titin. in prælio. Quã ego hodie extorrem: ac domo faciam pilatricẽ pellia euallauit o pulchre. Varro.

donec foras nos intus euallauerũt. No.

Euan interiectio laudantium bacchũ: quã qdã interprætantur bone puer. T.

Euãne martis filia ex thebe uxore aſopi uxor capanei. Tortelius.

Euænetus cãnei filius: dux lacedaemoniorũ: cũ themiſtocle contra xerxem ad cuſtodiã introitus theſſaliae. T.

Euaemon rex hormenii pater eurypili. T.

Euander & euandrus bonus uir interpraetatur: Pallantis arcadum regis nepos: mortuo patre nicoſtratæ matris ſuaſu ad italiam uenit: & pallanteũ condidit. T.

Euander dixit Vir. undecimo. Pallas euãder in ipſis. & in octauo dixit. Rex euãdrus ait. Item in eodem. Cũ pater euandrus. Pri.

Euax interiectio quae exultantem ſignificat. Ser. in ar.

Euax apud Plau. euax iurgio uxorẽ tandẽ abegi ab ianua. Euax uerbũ nihil ſignificat: ſed effutitũ naturaliter eſt. V.

Euboia. grae. diph. oi. nos diuidimus. iſula & ciuitas: unde euboicũ mare tam prope continentem ut dubium ſit an inſula appellanda ſit. T.

Euboicũ mare i mediterraneo duplex ẽ: aliud in aegaeo: aliud in campano ſeu tuſco mari quod in aegaeo euboiae adiacet inſulae a q̃ denominatũ eſt. Quod autẽ in tuſco cumarũ baiarũque alluit oram ab euboicis aduenis & cumarũ conditoribus nũcupatũ.

Eudiceon lineũ filũ: qđ medici extremo incliſterio relinquũt: pqđ chymos emittit. Fe.

Eucalegon mons eſt haud longe a ſygeo troianorũ promontorio.

Euclides geometra inſignis ex oppido megaris iſtmo adiacenti: ſiue gelonus contemporaneus ſocrati. T.

Euchariſtia bona gr̃a dici poteſt ex ευ & χα/ρισ. T.

Euchion nomẽ bacchi ab εὐχή. ideſt uotũ & precẽ: quaſi dignus uoto & prece.

Eudamidas archidami filius: algidis fr. Plut.

Eudemonidas ꝓpriũ nomẽ uiri: ab ε & δαί/μονιδησ. i. bene intelligens & diſcernẽs

Eudora bonũ donum oceani & tethios filia.

Eudoxus bene glorioſus Δοξα enim gloria. Cnidus aeſchinis filius: geometra & aſtrologus: medicus & legifer. audiuit ſocratem & ægyptios ſacerdotes primus deprehendit annū. Inde hipparcus: inde cæſar. T.

Eudoxia bona gloria. T.

Eudon fluuius antiochiam alluit. a thebaida ueniens: ubi pigmeos fuiſſe tradunt.

Eueltho rex ſalaminæ.

Euemenes uel nius cardianus uir clarus: clarior ſi par fortuna uirtuti charus philippo: deinde alexandro: de quo multa dicunt. T.

Eumeus ſubulcus: qui ulyxem poſt lōgos errores in patriā reduxit.

Euellatū uētilatum: unde uelabra quibus frumenta uentilantur. Fe.

Eueriator uocatur qui iure accæpta hereditate iuſta facere defūcto debet: quia ſi nō fecerit: ſeu quid in ea re turbauerit ſuo capite luat. Id nomē dictū a uerrendo. nā euernae ſunt purgationes quædam domus: ex q̄ mortuus ad ſepulturam ferēdus eſt: quæ fit per euerrationē certo genere ſcoparū adhibito ab extrauerrendo dictarum. Fe.

Euerriculū genus eſt raetis piſcatoris a uerrēdo dictum: uel q̄ trahatur: uel quicqd fuerit piſcū nactū euerrat. Ad hoc. M. T. uerrinarū libro quīto de ſignis: quod nunq̄ uides huiuſcemodi euerriculum ulla in prouincia fuit. No.

Euēra cur non euēta quoque rerū ac negociorū alia efficiūt in chaldæis: alia in gætulis. alia apud danubiū. alia apud pecidiū. Au. g.

Euentus bonorū dicitur. Te. in ecy. Nunc uidere ſaepe optabamus diem cum ex te eſſet aliquis qui te appellaret patrē. euenit. habeo gratiam diis. Do.

Euenos fluuius eſt qui & lycorū.

Euganeus mons eſt uenetiae: quem hodie incolae dicunt paduanū a patauio.

Eugiū media pars inter naturalia muliebria. Lucil. i epodis hymnis. ſine eugio & inteſtina. Laberius in centenaria. Quare tam arduum aſcendas: an concupiſti eugiū ſcindere. Nonius.

Euirare dicitur uirilitatē amittere & effœminare. Varro i marcipore. Spatulae euirauit omnes ueneri uaga pueros. No.

Euireſcat. Var. in prometheo libro quindecimo. Atque ex ſāguinibus dolore euireſcat colos. Nonius.

Aeuiternū ab aeuo qđ factū eſt aeternū: quod græci. Id ait criſippus eſſe ab eo. Plau. Non omnis ætas ad perdiſcendū eſt ſatis. hīc poetæ æterna tēpla cœli. V.

Eū antiqui dicebant pro eorum: ab eo quod eſt is. Feſtus.

Eumenides furiæ infernales: per contrarium quaſi non mites.

Eumelus admeti regis theſſaliæ filius: ex alceſti uxore. Tortelius.

Eunuchos a perſis inſtitutos putant ex captiuis. a babylonibus enim alanicus antiquior exiſtit id habuiſſe. Te. in eu. Eunuchum quē dediſti nobis: quas turbas dedit. figura eſt. Vir. Vrbē quam ſta tuo ueſtra e: ſubducite naues. Qua figura multū ueteres uſi ſunt. Nam quotiens uno nomine aut pronomine a diuerſæ declinationis enūciatione compræhenduntur: neceſſe eſt quod alteri accōmodatū fuerit ab altero diſcrepare. ut quē dediſti: quas turbas dedit. Donatus.

Eumilus græcus fuit in bello troiano.

Eumonides thebanus. Plutar.

Euneus triū ſyllabarum: iaſonis filius ex Hyſyphile thoantis filia regis.

Eunuchus uirilibus exectus.

Euocati milites ſunt: q̄ collecti ex diuerſis locis in exercitum coeunt: quod genus intelligit. Vir. ix. æne. Mittitur & magni uenulus diomedis ad urbē q̄ petat auxilium. Hi aūt non milites: ſed pro militibus appellantur. unde Saluſt. Neu quis miles non p̄ milite. Itē alibi. Ab his omnes euocatos & centuriones. Seruius.

Euomam in eam omen hoc quod mihi ægre eſt. apud Terentiū in ecy. Bene euomā qui aegritudinē ſolet uomitus releuare. No.

Euonyus inſula ex æoliis ī fraeto ſiculo. T.

Eupilis lacus eſt galliæ ciſalpinæ: in quo progreditur lambrus fluuius ī padū defluens.

Euproſepon promontorium ſyriae non longe a ſydone.

Euphonia bona ſonoritas. Quintil. uocalitas melius licet graece ευφωνια ex duobus compoſitū ſit quod debemus aequare uel ſuperare ſi poſſumus. Tor.

Euphranor iſthmius ſtatuarius: de quo Pli. trigeſimotertio & trigeſimoquīto etiā optimis ſtudiis deditus. Tor.

Euphrates fluuius magnus diuidit babyloniam: in rubrū mare cadit. Tor.

Euphroſina una ex gratiis: ut in charites uidimus ab ευχραινομαι laetor. Tor.

Euryale minois filia: quae neptūno orionē peperit. Alia proeti regis. Alia ex gorgonibus una. Tortelius.

Euphrepia decor ex εὖ bonū: & τρέπτον decens. Tortelius.

Euryalus dux ex peloponneso ad troiam: mi ræ pulchritudinis. Alius apud uirgiliū: alius histrio. Iuuenal. T.

Eurybates itachus: quē ulixes peæconē habebat: qui cum talthybio ad achillē p brisēida missus est ab agamemnone. T.

Europa ad septentrionem & aquilonem iacet. Varro.

Europam tertiam orbis partē: ab europa agenoris filia certum est appellari. sed alii de amore iouis in taurum uersi narrāt. Alii eā a prædonibus raptam: & nauem quæ iouis tutelam tauri effigiē habuerit in eam regionem delatam esse. Quidam ob pulchritudinem regionis per simulationem raptæ filiæ occupatam terram ab agenore & Phœnicibus ferunt. Fe.

Eurotas fluuius laconiæ præterfluens lacedæmona: secundū liuium sacratus apollini: qa ripæ lauro abundant. Tor.

Euripus sinus in ægæo mari inter euboiam insulam & boetiam seu phocidem in longum arctumque pductus. reciprocas agit uices. Ideo carinis infidū refunditur inter mōtes incontinenti & i insulas. T.

Euribya nympha quæ stellas & luciferum genuit. Hesi. in theo. filia alisenis. Orphe. T.

Eurybiades unus ex ducibus xerxis.

Eurytion faber argētarius. de quo Virgi.

Eurycratidas lacedæmonius apud plutarchū Tortelius.

Euryclea nutrix ulixis.

Eurydamas troianus somniorū interpres. T.

Eurydame uxor Leuthychidis regis spartanorum.

Eurydice orphei uxor ab aristēo amata. Altera Climenii filia: nestoris uxor: ex qua septem filios & filiam suscæpit. Tor.

Eurylochus Polybii filius fidissimus Vlixis socius.

Eurimachus phelegiorum rex: qui teste pherecyde thebas destruxit. Tor. ante cadmū.

Eurymedon prædæ cuiusdam filius auriga ptholemaei cuiusdam: pater periboiae ex q̄ neptunnus nausithonū patrem alcinoi peperit. Alter athenae dux cū demosthene: de quo iustinus. T.

Eurymone nympha oceani: & tethyos filia uxor orcami: mater leucothoes. altera apollinis filia. quae Talaoni peperit Adrastum regem argiuorum: & Eriphilem amphiarei uxorem. Tor.

Euryon amyntae macedonū regis filia: quae patrem a matris insidiis liberauit. T.

Eurypedes tragicus clarissimus: quia eo die natus est: quo athenae cum psis in euripo bellum gesserunt: de quo Gellius. T.

Euripus inter boetiam uel phocidem & euboiam alterno cursu septies in die & totidem in nocte. Tor.

Eurypus herculis & casiopes filius regnauit in coo: augur peritissimus graecorum: non tamē ut calcas. Alter exormenio euaemonis filius: qui cum quadraginta nauibus ad troiam se cōtulit.

Eurysteus stheneli mycenarum regis filius: qui astu iunonis herculi imperabat. Tor.

Euricyon centaurus odi. xxi. qui cum laphitis pugnauit.

Euryus œcaliae rex: pater ioles. ide euritis patronymicum. Alter centaurus scaeuissimus de quo ouidius ait. Tor.

Europa oceani & tethyos filia. Hesi. Altera agenoris phœnicū regis rapta a ioue. Oui.

Eustathius potius q̄ eustachius: propriū.

Eustratius philosophus: qui in aeticham aristotelis scripsit. Tor.

Euterpe una ex musis ex εὖ bene: & τέρπω delector: quasi bona sit delectatio. T.

Eutyces nomen haeresiarchae.

Eutychides proprium: de quo Plutar.

Euthymedon philosophus quidam per contrarium.

Euxinus fluuiu propontidis. quē ab euxino mari in quod effluit denominatum quidam uolunt.

Euxinus mare quod pontū dicimus ex εὖ bonum: & ξεῖνος hospitium uel amicus q̄si bonum hospitium: sed per contrarium: qa i locis asperis ē: prius dictus axenus. Pli. T.

Euzonos ex εὖ & ζώνη bonū cingulum strēnuus: quoniam cinctos qui militant dicimus: inde praecinctos strēnuos: ut discinctos: inabiles & iefficaces. To.

Exanclare exhaurire. Fe.

Exanclare est perpeti uel superare. Ci. academicorum lib. quarto. Credoque clathomacho ita scribenti: ut herculi quēdam laborem exanclatum. & tus. lib. i. Quod cū exāclauisset omnes labores tū incideret i mortis malum sempiternum. No.

Exanclare significat exhaurire. Plau. in sticho. Nae iste aedepol uinū poculo exanclauit. Idem in penulo. Saepe exanclatum merum citissime. No.

Ex quoque modo qd extra accipitur: ut exclu

do:extermino:extorris:exlex:expex:exanimis·modo perfectum:ut explico· exeo. expedio·extirpo.modo intĕtiuum:ut expleo exoro.efficio·effundo·extendo. Pri.

Ex & ab præpositiones nō unum significant Nec enim unum est a theatro uenire & ex theatro.A theatro enim uenire ē a loco :q ē iuxta theatrum·E theatro uero ex ipo theatro.his præpositionibus cōtrariæ sunt ad & in. Ser.in ar.

Examen est æquamētū & iudicii niuestigatio examinatio & apū congregatio uel locustarum.Fe.

Ex animo ut natura fert figura epheſegeſis.nā ex animo est ut natura fert:uidelicet ut fert naturalis ingenita actio.Do.

Examussim regulariter.amussis est regula fabroꝝ·uel ut alii uolunt ferramētum quo ī poliendo utuntur·Fe.

Examussim dicitur examinate ad regulā uel coagmētū·Est enī amussis regula fabrorū: quam architeti cum opus probant :rubricaque illinunt.Plau.in amph. Si uera hæc loquitur hæc examussim est optima·Idem in milite.Ineſt in hoc amussitate sua sibi ingenua indoles:ideſt examinata.Idem ī menæchmis.Vt hanc rem uobis examussim disputem.Var.quare si diligens ē adamussim per me licet assumes teneo·Idem ī questionum plautinarum li.iii·amussis est æq̄men leuamētum·ideſt apud fabros tabula quædam q̄ utimur ad saxa coagmētata·N.

Exagonem euectionē.Fe.

Exactum transcursum præteritū·Vir.geor.li. tertio·At tribus exactis ubi quarta acceſſerit ætas.& in eodem .Exactis grauide tum mēsibus errant.No.

Exanclari perfici.Pacu.in periboea. Non potest menalippe hic sine tua opera exanclari clauos.Nonius.

Exanclari etiam significat perpeti.En. in andromache.Male torquētis cū erumnis illū exanclari diem.Acti·in diomede·Fere exanclauimus tyrannis scæuum ingeniū atque inexecrabile.Idē in amphi·ptolerarem uitā cladesque exanclarem impatibiles.Lucil·libro trigesimo.Quantas quoque modo erū nas quantosque labores exanclaris. Noni.

Exanimus & exanimatus hoc differunt .hic enim timēs:exanimus uero mortuus ē·Virgilius primo æne.Exanimumque auro corpus uendebat achilles.& exanimata sequēs impingeret agmina muris.& Te.in an. Ibi tum exanimatus pamphilus bene dissimulatum amorem & cœlatum indicat.Ser.

Exanimatus & exanimus differunt·exanimatus enim est perturbatus & pterritus.Exanimata sequēs.Te.in an.Sed quid pamphilum exanimatum uideo·Exanimus ē mortuus·Vir·Corpus ibi exanimū·Do.

Examen proprie filum est quo regitur. Vir. undecimo æne.Iuppiter ipse duas æquato examine lances.S.

Exaudio quære in uerbo audio.Lau.

Exanclare effundere.Var.ī eumenidi. Nisi patre materno sanguine exanclando ulciscerer .Nonius.

Exactæ pecuniæ uerbū non solum ad solutionem referēdū ē:uerū etiam ad delegationē

Ex bonis quæ bona existimamus:plus mali capimus:cū aut amissuros non credimus aut amittimus q̄ boni cū habemus.Do.

Excudere procudere:& incus ipsa a cudendo dicta sunt.Festus.

Exciet excutiet.Fe.

Excidionem urbis a cædendo dictum manifestum est.Fe.

Excipuum quod excipiatur:ut præcipuū qđ ante capiatur.Fe.

Excuriari curia excludi.Var.Alponū ideo excuriant:quia nihil habebat.No.

Excordes concordes uecordes ex corde significantiam ducunt.Ci.tus. Aut unde magna dissensio ē:aliis cor ipsum animus uidetur unde excordes concordes uecordesque dicuntur.No.

Excantare significat excludere.Plau.in bachidibus.Nā credo cuius cor excantare potest Lucil.saty.li.secūdo. Quae ego nūc emilio præcanto atque exigo & excanto.Var.ī eumenidi·Vbi uident se cantando ex ara excantare non posse deripere incipiunt.No.

Excogitare ē per cogitationē inuenire. idque ad res tantum incorporeas pertinet.

Excogitare ē consilii. Reperire uero fortunæ Ouid.Tu non inuenta reperta es. Inuenire autē ē ex cōsilio & casu:siue corporeas siue incorporeas reperire.Offendo idē fere qđ reperio.Nactus sum pro inueni siue reppери·Est præterea prius cogitare deinde excogitare.Non enim quicqđ cogitat statim & excogitat.Lau.

Excessit a uita quære in uerbo decedo.Lau.

Exculpere ē extorquere. Plau.in cistel.In quæstione uix exculpsi ut diceret. Lu.saty. lib. .ii.Nūc nomē iāque ex testibus ipe rogādo exculpo hæc dicam.Itē uti exurienti leoni ex ore exculpere praedam.No.

Excãdescentia iracundia feruentia. Cice.tuſ. libro quarto.Ludis ne ira excadeſcẽtia:odium:inimicitiae:diſcordia.Idem in eodem.
Excandeſcẽtia aut eſt ira naſcens & ſine modo exiſtens.No.
Exceſſis pro excedas:ut faxis pro facias.Te.in an.Caue quoq̃ ex iſtoc exceſſis loco.Do.
Exciſatũ laniatũ nulneratum.Plau.in ciſtella. Capillo ſciſſo atque exciſatis auribus. No.
Excipere excuſare uel caelare.Plau.in aul. nec parẽ tibi adeo cuius in diſpicis neque furẽ excipies.No.
Excipere manere habere.Vir.geor.li.iiii.Ergo ipſas q̃uis ãguſti terminus aeui excipiat.N.
Excipere dolo capere. Vir.Excipit incautum patriaſque obtrũcat ad aras.Ser.
Excipere ẽ ſeiungere ſeparare.Vir.lib.octauo Ipſũ illũ clypeũ criſtaſque rubentis xecipiã ſorti.No.
Excipere eſt ſuſcipere.Vir.aene.iii.Heu qs te caſus deiectam coniuge tanto excipit.M.T. in uer.de ſuppli. Filiorũ ſuorũ poſtremũ ſpiritũ ore excipere liceret.No.
Excipere captare.Ci.de ora.li.iii.Quaedã dari ex hac uita ad pertractandos animos hominũ & ad excipiẽdas eorũ uoluntates. N.
Excipit opprimit uel circũuenit.Vir.aene.li. tertio.Et ſcelerũ furiis agitatus horreſtes excipit incautũ. M.T.ad põpeium libro.iiii. Quos iſepultos reliqſſent eos:quos e mari propter uim tepeſta is excipere nõ potuiſſent innocẽtes necauerint.Vir.i buc. Nõne ego te uidi damonis Peſſime caprũ excipere iſidiis.No.
Excutere emittere. Vir.li.viii.Excuſſus acõtheus fluminis in morem. No.
Excutere dicitur cõmouere.Vir.li.duodecio. Gaudentque comãtis excuriẽs ceruice thoros.Ci.li.ii.de of.Explica atque excute itelligẽtiam tuã.No.
Excutere excludere deiicere.Vir.iiii.aene.Excutimur curſu caeciſque erramus in undis. Lucil.li.trigeſimo.Ipſo cum domino calce omnes excutiamus.No.
Excutere eligere.Ci.i philip.li.ii.Iuuentutem omnem ex tota italia excuſſimus.No.
Excidere in obliuionẽ dare.Vir aene.libro.i. Nec dũ etiam cauſae irarũ ſaeuique dolores exciderant animo.No.
Excidere cadere.Cice.i philip.li.ii. Excidant Clodi cruẽta arma de manibus.No.
Excidere diſſentire.Lucil.li.xxviii.Metuo ne fieri poſſit ego ab archioloco excido.No.
Excludere liberare.Luci.li.xxvii. Primũ qua uirtute ſeruitutẽ excluſerit No.
Excludere ſignificat eiicere.Te.in.eu.Excluſit reuocat: redeam.No.
Excœlſitas.Ci.de of.li.iii.Etenĩ magis ẽ ſecundum naturam excœlſitas animi & magnitudo.No.
Excipio inſidiis opprimo.Virgi. aene. Excaeptum triton ſi credere dignum eſt.Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda.S.
Excubiae & uigiliae differunt:q̃ ille diurnae ſunt.uigiliae uero nocturnae.Ser.
Excubiae diurnae & nocturnae.uigiliae tantummodo nocturnae.Lau.
Excuſare quære in uerbo cauſari. Laurẽtius.
Excuſſor & emiſſarius hic uocantur conſiliatores futurorum:quae a magiſtratibus cõmittuntur.Aſco.
Excipit pro ĩcipit:cum praeteſtatus ludricas uoluptates neque ſuis poematibus aſſuetas neque ante cœtum tam ſerum producendas excipit ſimachus.Ma.
Excretus ab excreſco.Vir.excretos haedos.La
Excello legimus crebro apud ueteres.ut Cice. de repu.Excellunt inquit.Itẽ de orato.antecellũt & primo de diuinatiõe. Gracchus præterea ſimiliter cohortationẽ cõcionabula antecellunt.ueruntamẽ.M. Aemilius cũ laudẽ excellet omnes.Diomedes.
Exceptio dicta eſt quaſi quædã excluſio:quae interponi actioni cuiuſque rei ſolet ad excludendũ id quod ĩtentionem condẽnationemue deductũ eſt.Replicationes nihil aliud ſunt q̃ exceptiones:& a parte actoris ueniunt: quæ quidẽ ideo neceſſariæ ſunt: ut exceptiones excludant.Semper enim replicatio iccirco obiicitur:ut exceptionẽ oppugnet.illud tenendum eſt omnẽ exceptionẽ uel replicationem excluſoriam eſſe. Excæptio actorem excludit: replicatio reũ. Sed contra replicationẽ rurſus & deinceps multiplicãtur nomina:dum aut reus aut actor obiicit:ſane ſolemus dicere quaſdam excæptiones eſſe dilatorias:quaſdam peremptorias:utputa dilatoria eſt excæptio quæ differt actionem:ueluti excæptio pecuniatoria dilatoria eſt.Náque dicit non licere p̃curatorio nomine agi non prorſus litem ĩficiatur:ſed perſonam euitat. Vl.de ex.
Excaeptiones aut perpetuae et perẽptoriae ſũt:aut temporales & dilatoriae.perpetuae atque peremptoriae ſũt quae ſemper locũ habent:nec euitari poſſunt: qualis eſt doli mali rei iudicatae:& ſi qd cõtra leges ſenatusue conſultũ factum eſſe dicetur.Item

pacti conuenti perpetui: ideſt ne omnino pecunia petatur: tẽporales atque dilatoriæ ſunt: quæ non ſemper locũ habẽt: ſed quæ euitari poſſunt. qualis eſt pacti tẽporalis. i. ne forte intra quinquẽniũ ageretur: procuratoriæ quoque exceptiones dilatoriæ ſũt: quæ non ſemper locũ habent: ſed interdũ euitari poſſunt. Caius eodẽ titulo.

Exdorſua dorſum confringe. alii exime. Fe.

Exductæ exuuiæ. Fe.

Exdorſuare dorſo nudare. Plau. in aulul. Tu macherio concrũ murenã exdorſua q̃tũ potes. Nonius marcellus.

Exequor quaere ĩ uerbo obeo. Lau.

Exercitus eſt militũ copia & homo multis negociis exercitatus: ſed ſuperius quarti ordinis hoc ſecũdi eſt. Fe.

Exercirent ſarcirent. Fe.

Exercitionẽ exerciti dicebant antiqui. exercitationẽ exercitati. Item exercitionem exercitiſſimũ: ſicut ab exercitato exercitationem exercitatiſſimũ. Fe.

Exemplũ ẽ quod ſequamur aut uitemus. Fe.

Exemplar equo ſimile faciamus: illud animo eſtimatur: illud oculis conſpicitur. Fe.

Exẽpla dicũtur noua & mira tormẽta: quae p exemplis narrentur: aut quae documento ſint cæteris ne delinquant. Te. in eu. Vterque exẽpla in te ædent: q̃q̃ dabũt exempla imago. collatio. ſpecies comparationis. Te. in ecy. ad exẽplum amborũ mores earum exiſtimans. Do.

Exemplar & exẽplũ differũt. Exẽplar enim ẽ unde aliquid ſumitur. exemplum quod ſumitur eſt. Do.

Exeſto extra eſto: ſicut enim lictor ĩ quibuſdam ſacris clamitabat hoſtis uictus mulier uirgo exeſto: ſcilicet intereſſe prohibebatur. Feſtus pom.

Exeqae dicũtur ab eo q̃ homines pompam poſt ſequũtur. Te. in an. Funus interi procedit: nos ſequimur. Do.

Fxequiant ex exequiis ut cõuiuãtur & epulantur. Varro in bimarco. Ipſum propter uix liberti ſemianimati exequiantur. Feſtus.

Exedra. M. T. de finibus bonor& & malorum li. v. ſunt ĩ ipſis locis iudicia ſummorum uirorũ: tamen ego moueor illa exedera: & de orato. li. iii. Tũc dedita opera quieſcẽtibus aliis in eam iam exedram ueniſſe: ĩ q̃ Craſſus poſito lectulo requieuiſſet. No.

Exercere agitare uel commouere. Cice. li. i. de of. Exercenda etiã ẽ facilitas & altitudo animi. Vir. æne. libro quinto. Nate iliacis exercite fatis. No.

Exercere fatigare. Te. in adel. Sane ego te exercebo hodie ut dignus es ſilicernium. No.

Exercere inſequi. Vir. iiii. æne. Tũ uos o tyrii ſtirpẽ & genus oẽ futurũ exrecete odiis. N.

Exercere ſolidare. Salu. in iugur. Nabdalſa exercito corpore. Cice. tuſ. lib. Equidem meos caſus in quibus me fortuna uehemẽter exercuit. No.

Exercere imponere imperare. Vir. geor. lib. ii. Tum denique dura exerce ĩperia: & ramos compeſce fluentis. Pla. ĩ amphi. Sĩ in me exerciturus quæſo ĩ parietẽ prius domes. N.

Exercere in melioré uſum & fructũ formare. Vir. geor. libro. i. Exercetque frequẽs tellurem atque imperat aruis. No.

Exercitorius actionẽ ſignificat q exercet. Lau.

Exemplũ eſt ex quo ſimile facimus. Quintili. decimo. Sic litteram ductus ut ſcribendi ſi at uſus pueri ſequuntur: ſic muſici uocẽ dicentium. pictores opera priorum: ruſtici p batam experimento culturam in exẽplum intuentur. Exẽplar animo quoque eſtimaf. Ci. de ora. lib. v. Illa oratio fuit mihi exemplar benedicendi. Ponũtur & pro eodem. Ci. pro murena. Domeſticũ te habere dixiſti exẽplũ ad imitandum. & idẽ. ad imitandum uero tã mihi propoſitũ exemplar illud ẽ q̃ tibi: Cæterũ eſt ipſa res quam imitamur aut deuitamus eſt exẽplũ: ut in Catone. Exemplaria multa ſunt ut unius exempli redditæ binæ litteræ. i. eiuſdem formæ & duo uel tria exemplaria æneidos. i. multi codices eodẽ exẽplo: & exẽplar ab exẽplari ſumitur: non ab exẽplo. nã exẽplũ ĩcorporale eſt quaſi forma. exẽplar plærũque corporale. Ci. ad appiũ. Ex his litteris quarum ad me exẽplũ miſiſti. & ibidẽ. Tũ plautus exẽplar eius chirographi Ticio miſi hic de pagina ſcripta intelligendũ eſt: quod corporale eſt ille de ſententia: quæ in pagina continetur uel potius ex pagina percipitur Ouidius tamẽ de triſtibus. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Reperitur etiam exẽplariũ pro exẽplar. Plinius. Juba haec omiſit in hoc tractatu: niſi exemplarium uicioſum ẽ. Exẽplũ ẽ etiam exornatio. Lau.

Exercitũ nõ unam cohortẽ aut unam alã alitum: ſed numero multos militũ: nam exercitui praeeſſe dicimus eum qui legionẽ uel legiones cum ſuis auxiliis ab ĩperatore cõmiſſas adminiſtrat.

Exercitus nomẽ ab exercitatione traxit.

Execrarent. Affra. in incẽdio experiurabant

execrabant se ac suos. Nonius.
Exerciti pro exercitus. Acti. in armorum iudicio. In quo salutis spesque summas sibi habent summâ exerciti. Var. de uita patrum. li. secundo. quibus cum tempore fecerant fretus: sine publico cõsilio dederũt hosti quot quot Decius imperator propter exerciti salutẽ fœdis manibus deouit. No.
Exerceo fatigo. Virgi. in ænei. Nate iliacis exercite fatis. Seruius.
Exequi ꝑ declarare ac exprimere positũ est. Cicero in epis. ad. M. Var. Habeo multa occultiora quæ uix uerbis exequi possũ. Seruius.
Exercitus quos exercitando sit melior. Varro.
Exfir purgamentum. unde adhuc manet sufficio. Festus pompeus.
Exfiliati. i. extra uestimẽtũ filo cõtextũ. Fe.
Exfuti exfusi: ut mertat pro mersat. Fe.
Exfundere a fundo auertere. Cecilius antipater libro septimo. Respublica amissa exfundato pulcherrimo oppido. Nonius.
Exgregie egregie idest egrege lecte. Festus.
Exhaurio finio termino. Vir. quarto. æn. Heu quibus ille iactatus fatis: quæ bella exhausta canebat. Seruius.
Exhaurio finio. Vir. secũdo ge. Cui nunquam exhausti satis est. Seruius.
Exhaustant efferunt. Fe.
Exhorreo hanc rem idem quod expauesco. postulatque semper accusatiuum. Lau.
Exhibere negociũ illud facere uel facescere negociũ illi ẽ labore uel molestia afficere: frequenter per accusationẽ nã negociũ pro labore sæpe accipitur. Ci. de natura deoꝝ. Dii nec habẽt negocium ipsi nec alteri exhibẽt. Quiti. si negociũ inocẽti facit. idẽ. si inocẽtẽ reũ facit isectatur & ad pœnã uocat. Lau.
Exhiberi inferri. M. T. de of. li. iii. Quod cum audiuisset adolescens filius negociuni exhiberi patri. Seruius.
Exhibere est q præstat eius de quo agitur præsentiã & corpus ita exhibere est præsentiam corporis præbere. Seruius.
Exibius uel exibiis liguribus dictus est ad reliquum latus massiliæ portus. Strа.
Exilis etiam a græco factum denominatiuorũ seruauit regulam. Pri.
Exitani i hispania ciuitas est eletanorũ iuxta malã itra angustias ad fretũ & calpen. Strа.
Exhibere est facere i publico potestatem ut ei qui agit experiundi sit copia.
Exhibere est materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere.
Exhibere i publicũ deducere & uidendi tangẽdique hominis facultatẽ præbere. ꝑprie aũt exhibere est extra secretũ habere.
Exhibet qui præstat eius de quo agitur præsentiã. nã etiã qui sistit præstat eius de quo agitur præsentiã. nec tam eum exhibet qui mutũ aut furiosum aut infantẽ exhibet non potest præstare uideri eius præsentiam. nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest: ita apud Labeonem scriptum est Pomp. de. uer. sig.
Exilium triplex est: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga ut ominum locorum interdicatur præter certum locum: aut insulæ uinculum idest relegatio in insulam Martianus de interdic. & re.
Eximẽdi uerbũ generale est ut pomponius ait
Eripere enim est de manibus auferre ꝑ raptu. Eximere quoquo modo auferre: utputa. Si quis non raperet quem: sed moram faceret quo minus in ius ueniret ut actionis dies exiret uel res tempore amitteretur: uidetur exemisse: quamuis corpus non exemerit. sed si eo loco retinuerit non abduxit. his uerbis tenetur. Pau.
Existimatio ẽ dignitatis illesæ status: legibus ac moribus cõprobatus: quæ ex delicto nr̃o auctoritate legũ: aut minuit aut cõsumit. minuit existiatio quotiẽs manẽte libertate circa statum dignitatis pœna plectimur. sicuti cũ relegat quis: uel cũ ordine mouetur: uel cũ ꝓhibetur honoribus publicis fungi uel cũ plebeius fustibus cæditur. uel i opus publicũ detur: uel quom in eã causam quis iudicit: quæ edicto perpetuo ifamiæ causa memoratur. Consumitur uero quotiẽs magna capitis dimminutio interuenit idest cum libertas amittitur: ueluti cum aqua & igni interdicit quæ in psona deportatorum euenit uel cũ ẽ plebeius in opus metalli uel in metallum datur nihil enim referre nec diuersa est pœna operis & metalli: nisi quæ fugæ operis non mortis sed pœna metalli subiiciuntur. Pau.
Exiles exilia' tenuitate uiarium quas græ: in chartis martisica appellant: ita uidẽtur esse dicta. Festus.
Exilica causa quæ aduersus exulẽ agitur. Fe.
Exitium antiqui ponebant pro exitu. nũc exitiũ ꝑessimũ exitũ dicimus. Fe.
Exinfulabat exercebat. Infulas enim sacerdotũ filamẽta uocabãt. Fe.
Existimare dictũ ab existimatiõe. Fe.
Eximiũ inde dici cœptũ aiunt q̃ in sacrificiis optimum pecus ex grege existimabatur: uel

quod primũ erat natũ.Fe.

Exin exide: proin & proide dicimus.Do.

Exin metri causa pro exinde.Fe.

Exiurare & deiurare idest ualde iurare & deamare.Plau.in amph.Exiurasti mihi te dixisse per iocum.No.

Exigor pro a me exigitur.Cecil.in excino.Ego illud minus nihilo exigor portuoriũ.No.

Exinanita euacuata.Sisen.hist.li.quarto.Denique exinanitis castris Romani qui clausi se loco potuerant expedire.No.

Exigere ui extorquere.Cic.de diuinatione:Et cũ esset tritici modius sextertiis duobus p frumento in modios singulos duodenos sextertios exegisse.No.

Exigere inquirere uel perdiscere.Vir.i.æneid. quærere constituit sociisque exacta referre. Nonius marcellus.

Exigere ẽ excludere.Plau.in au. Itaque omnis exigit foras.Te.in an. Spectãdæ an exigendæ sint uobis prius.Affra.fratris retinebitur uir ut uoluntate una probabili prægnãtẽ quod non exigat. Neuius i danae.Indigne exigor patria innocẽs.Ci.in phil.li.ii.Claues adeũt foraſque exigit.Lucil.li.xxvi.uestimẽtis frigus atque horrorẽ exactus puter.No.

Exigere debitũ repetere.M.T.in epis.ad cassiũ Sed non urgeo:lõgiores enim expectabo uel potius exigam quando hercle ego temere exigam.Nonius.

Exigere significat agere.Plau.in captiuis.Soluẽti dare & tu cuius causa hãc erumnã exigo. Vir.i.æn.Omnis ut tecũ meritis pro talibus annos exigat.Ter.i ecy.Illique exopto ut relinquã uitã exigat Luc.li.uigesimonono.Cũ cognoueris uitã sine cura exiges.No.

Exigere facere cogere.Vir.ii.æn.quos improba uentris exegit cæcos rabies.No.

Exigere definire cõstituere.Vir.li.iiii.æn. Decreuitque mori tempus secum ipsa modumque exigit.Nonius.

Exigere extra agere explodere expellere.Te.in an.Spectandæ an exigende uobis prius sint. Idem in ecy.Nouas qui exactas feci ut inueterascerent.Do.

Exigeret expelleret:quænam ratio est cur mulierem tuã rã acerbã domo nõ exigeret. Ag.

Exisio & esio faciũt estiti.& significant eminet & supereſt.primũ cũ motu.alterũ sine motu.ut illud sic prodit uel exurgit: hoc uero superstat.Ci. de diuinatione: Summersus equus uoraginibus nõ existit.de rebus quoque mẽtis dicitur existere ut idẽ existit hoc loco quæstio subdifficilis de extare.Vir.Tot pẽt mole noua & summis uix cornibus extant.ide dicuntur extare libri qui demortui non sũt quasi extra stare.Ci. Quæ ut scis extat oratio.Lau.

Existimatio in malam partem.M. non solum existimatas sed multatas quoque a iudice mulieres refert non minus si unũ in se q̃ si pbũ & adulterũ amisissent.A.g.

Exire manifestam habet significationem. Te. in eunuco.Exi sceleste foras:ac etiam resistis fugitiue.Nonius marcellus.

Exire uitare.Virgi.libro quinto.Corpore tela modo atque oculis uigilãtibus exit.Nonius

Exire erumpere.Virgilius libro secundo æne. Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit.Nonius.

Exigo exquiro. Virg.primo æn.Quærere constituit sociisque exacta referre.Ser.

Exigo expello.Te.in an.Spectandæ an exigendæ sint.Seruius.

Exiles sunt porci qui nati hyeme propter frigora qui matres aspernantur propter exiguitatem lactis.Varro.

Eximium quod eximitur.eximias hostias dixit Virgilius quæ ad sacrificiũ destiatæ eximantur a grege: uel q̃ eximia spe numinibus offerendæ eligantur:ut quattuor eximios præstãti corpore tauros.Macro.de satur.

Exit pro euitauit.Virgilius noue posuit:Corpore tela modo at oculis uigilantibus exit. Macro.de satur.

Ex legibus uerbum sic accipiendum est:tam ex leguni sententia q̃ ex uerbis.

Exoletus ab exolesco adultum significat adiectiuum. Plau. Reliqui domi exoletam uirginem.Sed substantiuum scortũ masculũ significat:& præcipue iam adultũ.Lau.

Exoleo exoleui unde exoletus.Plau.in medico domi reliqui exoletam uirginem iam grandem quæ exoleuerat.Pri.

Exoche eminẽtia uel excellẽtia:quare catexochen per excellẽtiã interpretatur.T.

Exochus eminens.T.

Exorcismus adiuratio.ab ἐξορκίζω.T.

Exoletus qui adolescere.i.crescere desiit.F.

Exodiũ exitũ.Festus.

Exodiũ non ab ὠΔΗ.& ideo nõ per œ: sed ab ἐξοΔίζω quod est erogo uel expendo. Erogatio:Iuue.Notum exodium idest consueta contributio & erogatio quæ ex ludis ducebatur.Suetonius: Attellanico ex odio proximis ludis.T.

Exodium est finis a græ.tractũ. quasi ἔξωτης ὁΔου.idest extra uiam.Varro.cum in uin-

eulis publicis esset & iam bibisset in exodio uitæ. item eos puto uel peto uitæ cursum ut cognoscere possẽ & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Itẽ in taphemenippo. Quod cœperas modo in uia narra ut ad exodiũ ducas. No.

Exoriri dicitur qui expectans iuadit aliquem Te. i ecyra. Tu sola exoriere quæ præturbas hæc tua ipudẽtia. exoriere idest existas. Do.

Exoriri surgere. Fe.

Exomides sunt comici uestitus exertis humeris. Festus. pompeus.

Exordiũ ẽ initium. unde & uestis ordiri dicitur cũ instruitur detexenda. Virgi. quarto. æne. Quoniã reginã ambire furentem Audeat affatu quæ prima exordia sumat. Cice. in horté. Perge quæso nec enim imperite exorsus. Luci. li. uigesimonono. Verũ tristis cõtorto aliquo ex pacuuiano exordio. Ci. in timeo dicit. Facillimũ autem est in omni conquisitione orationis exordiũ. Varro i onos lyras: qui fabulas collocãt exordia. No.

Exorbebo pro exorbeam. Plau. in epidico. Iam ego me conuertam in hyrundinem atque horum exorbebo sanguinem. Turpilius in leucadia. Iã ego istã tibi tristitiã xorbebo. N.

Exoluere expedire. Te. in ecy. Illas errore & te simul suspitione exoluas. Do.

Exos dicitur sine osse. Luc. li. trigesimo. Exos & exãguis tumidos pfluctuat artus. No.

Exornare ornare extruere instruere. Plau. in aulula. Repudium rebus paratis exornatis nuptiis. Virgi. quarto æneid. Pulchramque uxorius urbem extruis. Cic. in tuscula. Modo est aliqua patiẽtia si nulla est quod exornamur philosophia. Nonius.

Exoticum aduenticium a græco. Plau. in mustellaria. Non omnes possunt olere unguenta exotica. Noni.

Exoticum dicitur peregrinũ uestimentũ. Plau. in epid. Basilicum aut exoticum. No.

Ex ordine sine intermissione. Virgi. quarto geor. Septem illa totos perhibent ex ordine menses: fleuisse. Seruius.

Exorare impetrare. Vir. secundo ænei. Hic elenus primum cæsis de more iuuencis exorat pacem diuum. Te. in an. Gnatam ut det oro uixque id exoro. Seruius.

Exoticus peregrinus & externus aduentitius Plau. in mustel. Non omnes possunt olere unguenta exotica. Ser.

Exoraui munus idest orando impetraui. exoraui patrem idest orando induxi. La.

Exornare fœdare. Te. in heau. Ego nẽ si uiuo adeo exornatũ adeo depexũ dabo: ut dum uiuat meminerit semper mei. Nonius.

Exornare ornare. Ci. i uer. de signis. ornat ample magnificeque triclinium. Ter. in eu. Ita uisus est dudum: quia uaria ueste exornatus fuit. Cice. lib. primo de ora. quin omnes eloquentes fuerũt & orationẽ suã & reipubli. dignitatem exornabant. N.

Experrectus a corrigendo seuocatus: quod fere facimus recentes surgẽtes a somno. Fe.

Expreta antiqui dicebant: quasi exptia habita Festus.

Expatare in locum patentem se dare: siue in spatium se conferre. Fe.

Explorare antiqui ꝓ exclamare usi: sed postea prospicere & certũ cognoscere cœpit signi ficare. itaque speculator ab explorore hoc distat: quod speculator hostilia silẽtio ꝓspicit. explorator peccata clamore cognoscit. F.

Expapillato brachio exerto: ꝙ cum sit papilla nudatur. Festus.

Experitos imperitos. Fe.

Expectorãt. ꝓ ex pectore eiiciũt. Fe.

Experrectus ẽ ꝙ per se uigilare cœpit. Fe.

Expergitus ab alio excitatus: quẽ solemus dicere expergefactum. Fe.

Exporgere porro agere Fe.

Expes sine spe. Actius in euryса. Ille orbis expes liberum medea exuli inter hostis expes. expers. Nonius.

Expectorare ẽ extra pectus eiicere. Acti. i phœnissis: Incusant ultro a fortuna opibusque omnibus desertum abiectũ afflictum exanimo expectorant. Idem in epigono. Eloquere propere ac pauorem hunc meum expectora. Ci. de ora. lib. iii. Tum pauor mihi sapientiã omnem exanimato expectorat. No.

Expirare dictum est a spiritu effuso: uel a spiraminibus. Lucil. lib. tertio. Expirans animã pulmõibus æger agebat. Idẽ uigesimosexto Vt illuuiem facere per uẽtrẽ uel curatiõibus distẽto corpore expiret uis. No.

Expediti & impediti ex una ꝓprietate habẽt uocabuli causam. aut ex solutis pedibus: aut ex illigatis. Sisen. histo. libro tertio. Inermes armat impeditos expedit sine ullo suorum uulnere cũctos interficiũt. No.

Exporrectum extentum. porrectum est enim tẽtum idest porro iactum. Varro i eu. Quæ res insomnium decideris eris iterum experrectus. No

Expapillato brachio quasi usque ad papillam denudaro. Pla. i milite. Idẽ cõnexũ i humero leuo expapillato brachio. No.

Expetunt pro uoluunt. Pacuuius in Iliona. Dii me etsi perdiunt: tamen esse ad uitam expetunt cũ priusq̃ intereo spaciũ ulciscendi dabunt. Nonius marcellus.

Expalpare eligere. Plautus in penulo. Quid faciam exora: blandire: expalpa. Pomponius in collegio. Si quid expalpare possum ab illo. Plau. in aulu. Nũc seruus argentũ a patre expalpabitur. Nonius.

Expergo pro expergefacio. Actius in antig. Heus uigiles pro parte expergite pectora tarda sopore extergite: satra nunciis bacchis exemplo excitæ uadit quia genitrix & omnis uocis expergite somno. No.

Expeto quære in uerbo appeto. Lau.

Explodere quære in uerbo cõplodere. Lau.

Exploratum esse quære in uerbo compertum est. Laurentius ualla.

Expostulo est cũ quærela apud amicos requiro: & quasi officium amicitiæ in alio desidero. ut Terentius in adelphis. Quam ipsi fecerunt ultro iniuriam. expostulant. Frequẽtius cum ablatiuo. Lau.

Exponere per exempla boni ostentare. Ci. in academicis libro secundo. Frangere auarici am scelera ponere: uitam suam exponere ad imitandum iuuentuti. Nonius.

Expulsim dictum est a frequenti pulsu. Varro in serta. peracte purgatum scito: quoniam uidebis Romæ in foro ante ianuas pueros pila expulsim ludere. Nigidius in cõmento libro trigesimo. Cuiusmodi genus aduerbiorum aduerbii motu qua euenitur ut pulsim. cursim. No.

Explorare est intentius obseruare. Virgilius libro nono. Necnon & trepidi trœs formidine portas explorant. Marcus Tullius de officiis libro tertio. Hac ui non utatur nisi exploratũ quidem habeat id omnino neminẽ unquã suspicaturum. No.

Explorare uerũ inquirere. Vir. æn. lib. primo. Exire locosque explorare nouos.

Explorare probare. Ci. in uerrem. acti. secunda Tum in reliquis explorata quidem atque perspicua. Lucilius libro uigesimonono. Certum scio esse ita ut dicis nam mihi erant de illo explorata omnia. Marcus Tullius. de senec. Quis est tam stultus quamuis adolescens: cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum. Noni.

Explorare siccare. Virgilius primo georgicorum. Et suspensa focis explorat robora fumus. Nonius marcellus.

Experiri est pati sentire. Virgilius primo æn. Vos & cyclopea saxa experti. T. i ecy. Nã fuisse erga me miro ingenio expertus sũ. No.

Experiri tentare. Virg. quarto. æn. Ne quid inexpertũ frustra moritura reliquat. Te. i eu. Omnia prius experiri cõsilio q̃ armis sapiẽtem decet. Lucil. libro trigesimo. Sũmatim tantũ experiar rescribere paucis. Plau. in asi. dignos indignos adire atque experiri certũ est mihi. Noni.

Experiri scire. Marcus Tul. in epistolis ad Brutũ. li. vii. His contraria atque parata ut esse soleat expertus sum. Vir. ix. æn. Experto credite. quãtus in clipeũ assurgat.

Expedire utile esse. Te. in heau. Expedit bonas esse uobis. nobis quibuscum res est non sinunt. Lucil. lib. uigesimosexto. Ego enĩ aut pueritiã ut me amare expediat dictis. Te. in phor. Atque ea si potest uerba expedi. No.

Expedire liberari. Vir. ii. æn. Flammam iter & hostis expedior. Te. in ecyra. Teque hoc crimine expedi. Sisen. histo. lib. quarto. Funis expediunt claustra foribus imposita pergli tantur. Nonius.

Expedire proferre. Vir. prio æn. Cereréque ca nistris expediunt. M. T. in Ver. de supplicis Hominem proripi atque i foro medio nudari ac deligari ut uirgas expediri iubet. N.

Expedire colligere. M. T. ad cæsarem iuniorem libro primo. Cæteris autem generibus tunc pecunia expedietur cum legionibus uictricibus erũt quoque stipẽdia persoluenda. No.

Explere dicitur implere. Lucilius. libro trigesimo atque expleri bonis rebus satiarique nunquam. Virgilius quarto georgicorum. Improbus illuuiẽ ranisque loquacibus explet. Nonius.

Explere minuere. Virgilius libro sexto. Discedã explebo numerũ rebarque tenebris. N.

Exponere ostendere. Cice. de signis: Vocat ad cœnam deinde ipse prætori exponit copias suas omnes. No.

Exponere deponere: Virgili. ix. æn. Socios de puppibus altis exponunt. No.

Exponere differere. M. T. in phi. libro primo. Exponam uobis breuiter consilium profectionis & reuersionis meæ. No.

Expugnare quære in uerbo debellare. L.

Exprobrare quære in uerbo opprobriũ. L.

Exponere abiicere. T. in heau. erat hic chorinthia anus haud impura ei dedi exponendã Nonius marcellus.

Expositũ subiectum. M. T. in Ver. actione secunda. Cum tibi exposita esset ad prandiũ omnis Pamphilia. No.

Explanare manifestare.exponere. T.in phor. quem amicum fuisse tuum ais istum explana mihi.Do.

Explicare ostendere explanare. Cice.in uer. de signis. Vitam alterius totam explicare. Idem de officiis libro tertio. Vt quædam sibi concedantur quo facilius quæ uolunt explicēt. Nonius marcellus.

Explicare emittere extendere.quæ uirtus præter cæteras totā se ad alienas utilitates porrigit atque explicat. Var.sexque ulyxe. uias stelligeras æthereis explicans ære cauo sonitum his in coturnis. Explicare exercere. M. T. de.offi.lib.iii. Explica atque excute intelligentiam tuam ut uideas quæ sit mea species firma notio uiri boni.No.

Expectare sperare.M.T.de officiis.libro secundo. Fit enim deterior qui accipit atque etiā ad expectandum semper paratior. Virgilius primo ge. Sed illos expectata seges uasis elusit aristis.Nonius.

Expectare desiderare. Virgilius.expectata uenis. Terentius in andria. Expecto quid uelis & deest scire:ut sic desidero scire quid uelis nam si tantum dixisset quid uelis nihil desideraret exp.Do.

Expectatio & spes differunt. Nam expectatio certoꝝ est. Spes incertorū. & expectatio propinquarū rerū. Spes longinquarum. Expectatio destinat tēpus. Spes non destinat. Expectatus etiam dicitur odiosus & molestæ uitæ. Nam filiis parentes aut amabiles sunt aut expectati.amabiles boni expectati mali. quorū mors in dies singulos expectanda & exoptanda est. Expectamus ante diem: Speramus ad diem:unde auidior intelligitur ille qui expectat:q̄ ille qui sperat. Te.in adel. Potiusq̄ ubi te expectatū eiecisset foras.Do.

Expectare experiri. Idem in phor.Ita eum expectarem:& expectare sperare. Cice.in catilina.quid expectas? Donatus.

Expectare & sperare differunt. expectamus.n. tam bona q̄ mala. speramus bōa. Teren. in. an. Atque expectabam quidem cōtinuo præter spem euenit. Do.

Expectare est a deo poscere. No.

Expectare transferre euadere. Plau.in amp. Sua si quid pro culpa expectare mortalem ut sinat. Nonius.

Expectare accipere. Pla.in amph.ergo expectāt multa iniqua. Nonius.

Expleri & satiari habent differentiam. expleri est tantummodo plenum esse satiari supra modum. Lucr.libro sexto deinde animi ingratiani naturam pascere speratque expleri bonis rebus satiarique nunq̄. Ci. de rep.lib. sexto Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt atque imperant quæque expleri ac satiari nullo modo possunt eos quos illecebris suis incenderunt. Nonius.

Exprobratio est cōmemoratio beneficii cum enumeratione factorum. Do.

Expuere est cum fastidio aliquid deiicere & expellere. Nam expuere est ex ideſt extra pus mittere. pus enim est omnis humor corpori onerosus. Te.in eu. Illam ubi expueret miseriam. Donatus.

Expiscari est diligētissime quærere ubinam pisces lateant. ergo tractum uerbum a piscatoribus. Te.in phor. Proinde expiscari quasi non oris. Donatus.

Expergisceret ꝓ expergiscereturPomponi.in agamennone. Suppositio nequis miretur cū tam clare conuenit:ut siquis dormitaret expergisceret. Nonius.

Expalpabitur pro expalpabit:qd̄ est extorquebit. Plau.i aulu. Seruus a patre argentum expalpabitur. Nonius.

Exprobrat qui commemorat quæ præstitit. opprobrat qui opprobrium obiicit:hoc est uicium. Caper.

Expugno uero expunxi diximus. Pri.

Expergiscor quod a pergo est experrectum facit:quamuis uetustissimi expergitus dicebāt Lucil.libro tertio. E somno pueros cum mane expergitum clamas Celius:& si ego obdormiero tute ipse ubi eris experrectas.

Exponere disserere. Ci.in philip.lib primo.exponam uobis breuiter consilium profectionis & reuersionis meæ.

Exploratores qui secreta nunciāt hostibus ꝓditores sunt:capitis pœna luunt.

Expugnatur nauis cum spoliatur aut mergitur. aut dissoluitur:aut pertunditur:aut funes eius exciduntur: aut uela conscinduntur:aut ancora inuoluitur de naui.

Experientia usus non doctrina. Virgilius primo georgicorum. Atque apibus quanta experietia parcis. Ser.

Exploro delibero. Vir.primo æne. Tuus est regina quod optes explorare labor. S.

Explodo eiicio uitupero. Cice.primo offi. Aristonis pyronis & erilli iampridem explosa sententia est. Ser.

Expleri sic distinguitur a satiari.ut expleri tāmmodo plenū esse. satiari uero ultra modum. Lucil.libro sexto expleri bonis rebus

satiari nunq̃.S.

Explicauit Cicero dicere maluit:q̃ explicuit qa iucũdius ad aurem cõspectiusque quod esse iam usitatius cœperat.uerba sunt hæc ipsius in oratione quam de imperio Cn. pompei habuit. Testis est Sicilia q̃ multis undique cinctam periculis non terrore belli:sed cõsilii celeritate explicauit.ac si explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborũ sonus clauderetur. Aulus ge.

Expensum ferre est scribere & pecuniam dedisse. As.

Exquiria ludi quos Romulus. Marti instituit per equorũ cursum.qui in cãpo martio exercebatur.Festus.Vel equiria ab equoꝝ cursu. eo enim die currunt in campo martio ut inquit.Varro.

Exquirine iusiurandum per Quirinũ.Fe.

Exquisitum.Varro in aiace.Stramentitio ac re æger medicos exquisitũ ut cõualesceret.No.

Exquilinæ secundæ regionis alii has scripserũt ab excubiis regiis dictas. Alii ab eo quod excultæ a rege Tullo essent.Var.

Exquiliæ duo montes habiti quod pars cespes mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur.Varro.

Exquilinus lucus Romæ fuit sub monte quirinalis oppius dicitur.

Exquilinus ẽ cespius mõs septiceps apud ædẽ iunõis lucinæ ubi æditimus haberi solet.V.

Exrhodus æque est mæsie fluuius.

Erogare est ex lege ueteri aliquid eximere per nouã legẽ.Festus pompeus.

Expes dicitur quasi sine spe. Actius in eurysa. Ille urbis expes liberũ medea exuli iter hospes expes expers.Nonius.

Exquirunt noue positum a Virgi. Pacemque per aras exquirunt.Macr.de satur.

Exta dicta quod ea diis præsecentur quæ maxime extant eminentque.Festus pompeus.

Exter quoque inuenitur.Statius in.xi.Sed qd apud tales quis nec pignora sua cura exter honos.Ex quo Virgi.in quarto: æneid.Extera quærere regna.Pris.

Extimus quoque pro extremus antiqui dicebant. Pli.in sexto natu.histo.Duchiũ canusium Apuliæ extimum.Pri.

Exterior extremus uel extimus. Plaut. in truculento. Bona perdidi mala repperi. factus sum quasi extimus a uobis.Pri.

Extingo extinxi cuius simplex stinguo raro est in usu.Virgi.iiii.æn.Cum genere extinxem meme super ipsa dedissem pro.extinxissem protulit.Cice.tamẽ in arato.stinguens participio usus est: qđa uerbo stinguo nascitur:quẽ neque tempestas pertimet neque longa uetustas interimet:stinguens præclara insignia cœli.Idẽ passiuũ eius uerbi i pronosticis.protulit.Vt cum luna means hipperionis officit uerbi stinguntur radii cæca caligine tecti.Pris.

Extricata expedita liberata.Hora.li.car.ceruã plagis extricata.Acron.

Extimum extremũ significat:ita ut intimo sit contrarium.Festus pompeus.

Exterraneus ex altera terra. Festus pompeus.

Exterricineus quoque dicitur is qui ante tempus natus uel potius electus est.dictus autẽ exterricineus ut q̃ eũ mxter exterrita aluo eiecit.Festus pompeus.

Externus ex alia terra.Fe.

Extorris dicitur extra terrã uel terminos.Actius in euriface.Nunc per terram uagus extorris regno exturbatus mari. Turpil.i lemniis. Neque durare possunt:ita hæc insciti a atque dementia facit extorrem. Salu.in iugur.Sicuti uidetis extorrem patria domo in opem & coopertũ miseriis effecit.No.

Exterminatũ est extra terminos missum. Luc. li.uigesimonono. Non rediret ad se atque illam exterminare miseram.M.T.de officiis li.iii.Atque omne gẽus pestiferũ atque ipiũ ex hominũ cõmunitate exterminãdũ ẽ.N.

Exterebrare est uel aliquid extorquere & scrutari & curiosius quærere.Plau.in astraba.cũ curiosius loqueretur terebratum quidem pertundit.Nonius.

Extundere est extorquere uel inuenire.Affra.in epistolis.Itaque adeo extũdo exofficio datur mihi custodiẽdus.Vir.i.geo.Vt uarios usus meditãdo extũderet artes.Paulatim.No.

Extiguere iter & opprimere interesse uoluit. Tulli.de amici.ut sit maius opprimere q̃ extingere.primũ dãda opera est.nequa amicorũ diffidia fiant:sin tale aliquid euenerit: ut extinctæ potius amicitiæ q̃ oppressæ uideant.quasi quod extinguitur possit reclamari:quod opprimitur nõ queat.No.

Extispices ꝓprie aruspices dicti sũt ꝙ extra aspiciãt.Acti.i medea.Principio extispiciũ ex ꝓdigiis cõgruẽs ars te arguit.Var.i serano.Te in cõsulẽ mihi pedũ cedere subsidio & hostia: sed extispici disputãti relinquo.

Extrarium quasi alienum. Affra. in suspecta ut me esse in hac re ductat abs te extrariũ.No.

Extrarium ab extraneo sic distiguitur.extrarius q est extra focũ sacramẽtũ iusque sit extraneus ex altera terra quasi exterraneus. F.

Extrahũt ꝓ exibunt. Affra. in actio. Simul limen itrabo illi extrahũt illico. No.

Exterritũ pauefactum significat. Virgi. quinto æn. plausumque exterrita pennis, dat tecto ingentem. Varro in eumenidibus. Videmus populũ furiis instinctum tribus diuersum ferri exterritum formidine. No.

Exterritum acccensum inflammatum. Virgi. geor. li. iii. Sæuit agris asperque siti atque exterritus æstu. N.

Extollere differre. Cecil. in plocio. Abi intro atque hæc aufer: tamen hodie extollet nuptias. Nonius.

Extundo studiose reperio. Virg. i. geor. Vt uarias usu meditãdo extũderet artes.

Extemplo illico. & est augurũ sermo, tẽplũ. n. dicitur locus manu designatus in ara: post quẽ focũ illico captãtur auguria. Vir. æn. Extẽplo Aeneæ soluũtur frigore mẽbra. S.

Extẽplo est uerbum augurum qui uisis auguriis extemplo surgebant. Ser.

Extendere egredi. Fe.

Exterminauit ut conterminauit dementem fecit. Catul. Ha miseria assiduis quam luctibus exterminauit spinosa eritina ferens in pectore curas. No.

Extorquere & torquere differũt. Torquemus enim hominẽ extorquemus ueritatẽ. Te. in adel. Immo hercle extorquere. D.

Extimare unde eximias pecora dicũtur quæ a grege accæpta sunt ad usus dominorũ suoꝝ ut uberius pascantur. Sed ꝓprie eximii sunt porci maiores: q ad sacrificãdũ excæpti uberius pascantur. & boues qui ad hoc electi sũt egregii dicũtur. & oues lectæ. Vir. Mactant lectas demore bidentes. Ter. in ecyra: ut eximium neminẽ habeã. Do.

Extrudere ꝓprie dicitur q manibus expellit. Et est uerbũ necessitatis. Teren. i ecyra. Eo amãte inuitũ Pamphilũ extrudit pater. nũc translatiõe utitur cũ dixit extrudit. Do.

Extrema linea. Quinque lineæ perfecte sũt ad amorem. uisus: colloquium contactus: oscula: coitus. Donatus.

Exillare est gutture exponere: & extillare ipm corpus guttatim finiri. Terentius in phormione. Lachrymis si exillaueris. Do.

Exui est exolui. Vir. secundo æneidos. Sustulit exutas uinclis ad sidera palmas. No.

Exui nudari. Virgi. quinto æneidos. Magna ossa lacertosque exuit. No.

Exui liberari. Lucil. li. trigesimo. Vnde domũ uix redeat uixque hoc exuat se. No.

Exuere deponere. Vir. æneidos. li. iiii. Et sigs precibus locus exue mentẽ. No.

Exulo duobus modis dicitur: & de loco i quo exul est. & de loco i quo eiectus est. Terẽtius i eunuco: Nã domo exulo. Do.

Exultare sæuire. Marcus Tullius de repu. li. quarto. Quæ sãguine alitur: quæ omni crudelitate exultat ut uix hominũ acerbis funeribus satietur. No.

Exultare est gestu uel dicto iniuriã facere. Lucil. li. xxx. Quin totũ purges de bella siue decueras exultes sollicites. Vir. quinto æne. Exultãtiaque haurit corda pauor. No.

Exultare cũ iactantia gloriari. Virgilius decimo æneidos At medias inter cædes exultat amazon. Marcus Tulius in hortẽ. Imbecillis autem est pudoris magister timor qui siquã do aberrauerit: statim spe impunitatis exultat. Et de senectu. Hãnibalẽ iuueniliter exultanté patientia sua molliebat. N.

Exultare supra modũ exilire & efferri. Marcus Tul. de rep. Est igitur quiddam turbulentũ in hominibus singulis quod uelexultat uoluptate uel molestia frangitur. No.

Exuuias & spolia non solũ hominũ tegmina aut uestes dici posse Virgilius auctor est libro secundo georgicorum dicens de serpẽte. Cum positis nouis exuuiis nitidusque iuuenta uoluitur. Lucretius. Nam sæpe uidemus illorum spoliis uere uolitantibus auctas. Nonius.

Exurint silueſtrem animum Virgilius dixit noua ex cogitatione intellectus. Macrobius de satur.

Exuuiæ ab exuendo dictæ. Fe.

Exules dicuntur extra solum. Virgilius tertio georgicorum. Lõgeque ignotis exulat oris & sequentibus. Et stabula aspectans regnis excessit auitis. No.

Exurigo fames Varro in thaphemenippo Vbi iubet ire accubitum accedo strẽnuus sublimus quod exurigo fundebat costas. Nonius marcellus.

Latinæ dictiones: græcæ uero per ph ut phirne phalanx: faleræ facile Caper.

Faberis: hic & farfarus dicitur. fluuius sabinoꝝ est. & corrupte faber nũcupat a pluribus.

Fabam nec tangere nec nominare diali flamini licet q ea putatur ad mortuos pertinere. nã & lemuaribus iacit laruis & parẽtalibus adhibetur sacrificiis. & in flore eius luctus litteræ apparere uidẽtur. Fe.

Fabacia carneam deam: quæ uitalibus præest

templo sacrauit antiquitas: cui pulte fabacia & laritudo sacrificatur: quo diis maxime rebus uires corporis roboretur. nam & kalendæ luniæ fabariæ uulgo uocãtur: quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibẽtur. Macro.

Fabellæ. Marcus Tulius de finibus bonorum libro quinto. Libenterque se cum his congregant dantque se ad ludendum: fabellarũ que auditõne ducuntur. No.

Fabitronem fautorem. Lucil. li. xxi. fabitronẽ tibi me amicum amatorem putes. Nonius.

Fabulæ a uerbo fari ut tragœdiæ & comœdiæ dicta. Varro.

Fabula siue comica siue tragica quinque actus habere debet. Asco.

Fabruarium mensem dicauit Numa Februo deo qui lustratione potẽs creditur. Macro. de satur.

Fabre quære in cistella. Ful.

Fabros tignarios dicimus non eos dũtaxat qui tigna dolarẽt: sed omnes q ædificarẽt.

Facessere significat interdũ facere. ut est iussa facessunt. Interdũ uero pabire ponit. Pacu. Facessite omnes hinc & abite. Fe.

Facessere est facere. En. in annali. libro primo. Hæc affatus ubique latrones dicta facessunt Affra. in inuis. Multa atque molesta es potiri ut dictis facesses. Virg. quarto æn. Imperio læti parẽt ac iussa facessunt. No.

Facessere significat recedere. En. in eume. Dico uicisse Horestẽ: dico hinc facessite. Titin. in gemi. ut aliquis uestrorũ nunciet gemino ut res suas pcuret ædibus facessat. Pacu. ĩ teucro. Te repudio nec recipio nec dico facesse itẽ. facessite hinc omnes parumper tu mane Cic. de legibus li. primo. Pauli sper facessant rogemus. Affra. in liberto. Nolo hic te uideat dominus est: puer facesse hinc. Plautus in rudente. Siquis sis impudicus hinc facessas. M. T. in horten. Facessant igitur omnes qui docere nihil possunt: quo melius sapiẽtiusque uiuamus. No.

Facessere facere & pducere duas res significat. T. in phor. Hæc hinc facessat & huc te fac: dicitur pro huc accede. Do.

Facem ĩ nuptiis in honorem Cereris præferebant: aqua etiam spargebatur noua nupta: siue ut casta puraque ad uirum ueniret: siue ut ignẽ atque aquã cũ uiro cõmunicaret. Fe.

Facetus est qui facit uerbis quod uult. Te. ĩ eu.

Facete laute lepide & dicta & prouerbia & adagiones q̃ rem agant facetis hominibus ascribuntur. Donatus.

Facere apertam habet significationem. facere rem diuinam religionibus exhibere. Plau. in au. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Virg. in buc. Cũ faciam uitulam pro frugibus ipse uenito. No.

Facere aliquãdo est recipere ut facere. stipẽdia.

Facere inde facinus. facere enim quis & homicidium dicitur. Commerui minoris culpæ est. Peccaui multo minoris & leuioris. Terẽtius. in andria Quid feci aut commerui pater. Donatus.

Facere: fingere inuenire in hoc differunt. fit quod uerũ est. Fingitur quod falsũ. inuenitur ne temere fiat. Teren. in andria. Facite fingite inuenite. Do.

Facere oportere etiã hanc significationẽ habet ut abstineat quis ab eo facto quod cõtra cõuentionẽ fieret & curare ne fiat.

Facere uerbũ omnẽ omnino faciẽdi causam cõplectit dandi uindicãdi ambulandi.

Facere & incipere differũt. Facimus mediocria Incipimus magna. Donatus.

Facere rem diuinam religionibus exhibere. Virgilius ĩ buccolicis. Cum faciam uitulam pro frugibus ipse uenito. Et Cicero pro Murena. Nolite a sacris patriis iunonis sospitæ: cui omnes consules facere necesse est domesticum: & suum consulem potissimum auellare. Seruius.

Facesso frequentatiuum est uerbum. Virgilius æneidos. quarto. Imperio læti parent & iussa facessunt. Ser.

Facesso a facio discedere significat. Teren. Hic nunc facessit.

Faciem totius corporis formam ideo os posuit antiquitas prudens. ut ab aspectu species & a fingendo figura. ita a factura corporis facies. Plautus in penulo. Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi: statura non magna: corpore aquilino ipsa ẽ. Pacuuius. Nupta ætate integra: feroci ingenio: facie procera. Salustius libro secũdo. Sardinia ĩ aphrico mari facie uestigii humani ĩ occidẽtem q̃ in orientem latior. No.

Facessas ideo est recedat suadeo in conuiuiis in quibus læticiæ insidiatur ira uerbis stomachicis ideo occultis delusiõibus & facetis dictis facessas. Seruius.

Facinus factũ. Salu. ĩ catil. Qui aliquo negocio intenti præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. Teren. in heau. Non sit sine periculo facinus magnũ & memorabile. Marcus Tullius de offi. libro tertio. Promissũ potius non faciendum q̃ tetrum facinus ad

mittendum fuit & de senectute. Nullum denique scelus. nullum facinus esse ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impelleret. Nonius.

Facinus rursum scelus. Salu. in catil. Sed in cõiuratione fuit Quin. Curius haud obscuro loco flagitiis atque facinoribus coopertus. Marcus Tullius de officiis libro tertio. Ab hoc nulla fraus aberit: nullum facinus. Nonius marcellus.

Facio æstimo. Ci. ad. C. Cæsarem. Eius libertũ apolliniũ iam qui cum uiueret ipe & magni faciebam & probabam. Ser.

Facio te certiorem: nõ certum dicimus: neque ago. Virgilius uero metri causa dixit. Anchisem facio certum remque ordine pando. Itẽ facio tibi gratum: facio ludos: rem diuinam sacrificium: solennitatem: iacturam: damnum naufragium. non ago. Quinti. In portu naufragium fecimus. Item feci fugam p fugi: feci timorem idest timui. feci iter: feci uiam. Copiam rerum nostrarum potestatẽ: non egi uel dedi: feci lucrum: non acquisiui lucrum: feci urinam: stercus: nõ emisi. Item facio tibi iniuriam contumeliam. Item afficio te iniuria: contumelia: afficio te molestia non autem facio tibi molestiam. feci sermonem potiusq̃ habui. habui orationẽ: non feci. Laurentius.

Facies ingenitus cuiusque rei aspectus haud facile mutabilis modus & factura: non os tantum ac genæ: quod græci πρωσωτον uocãt ut enim ab aspectu species: a fingendo figura: ita a faciendo facies: ut egregia litterarũ facies: & montis facies: ut etiam Plau. in pennulo pro totius corporis coloriſque habitu posuit. Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi: statura non magna corpore aquilino ipsa est: species uenusta: ore atque oculis pinguis.

Facio ad corpus. Vultus ad animum refertur atque uoluntatem. unde descendit a uolo uultum supino antiquo. Inde uultus mœstus iratus. Inde superficies non discrepans a facie: ut facies maris hominis illud qd primũ intuemur in homine: dicimus tamẽ cõfuse: fædata facie: fædato uultu. Lau.

Facies antiqui dicebant ut fides. Fe.

Facies ideſt species. Virgi. vi. æn. Quæ rerũ facies o uirgo effare. Ser.

Facies similitudo. Virgi. secudo georgicorum. Nec pingues unam in faciem nascuntur oliuæ. Seruius.

Facies huius facies declinabant antiqui: sicut dies huius dies. Virgilius. Libra dies somni quæ pares ubi fecerit horas: ideſt libra diei somnique. Similiter dicebant fames famii: pernices pernicii: progenies progenii: luxuries luxurii: acies acii: dies dii. Virgi. Murena lætitiaque dii. i. diei. A. g.

Faciunt notum esse nõ dissitebere: qd ad diem xii. kalendas Ianuarias. Herculi & Cereri faciunt fuæ prægnante panibus mulso. Macrob. de sa.

Facitur quoque & facio pro fit protulerũt auctores. ut Hora. in tinico. sine me hercle purgant & deorum cura non satis facitur respublica. Titin. in qnto. Consilium bonũ gratia paruifaciant. facessiſ quoque. Ci. pro Cluẽtio protulit. Sed hoc polliceor omnibus si cui forte hac lege negocium facessitur. unde igiſ in plæriſque uerbis compositis actiuũ ẽ. ut facio perficio & proficio. Pri.

Faciundum: legendũ: scribendum: dicendũ: uigilandũ: totũ hoc necessitati semp adiũgiſ. Te. in eu. Faciũdum fuit. Dona.

Facilis exorabilis ad ignoscendũ paratus. Virgi. iiii. geor. Et facilẽs uenerare napeas. Ser.

Facilis & clæmens in hoc differunt: q facilis ẽ cuius ira cito soluiſ. Clæmens qui non irascitur. Te. in adel. Re ipsa repperi facilitate nihil eẽ hõi melius neque clæmẽtia. Dona.

Facile & ferme aduerbia sunt existimatõnis & confirmãtis: & ferme pro facile ponitur & facilitatẽ significat Te. i and. Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirũ ideſt liquido & manifesto. Et facile pro certo ueteres dicebant. Cice. illius ciuitatis facile princeps ferme aduerbium ẽ festinantis. Te in and. Iam ferme moriens. Do.

Facile pro non dubie superlatiuum desiderat ut facile utilissimus. comparatiuũ quoque & nomina significantia diuersitatem. ut facile dissimilis: & cõposita a præ: ut facile præstar. Laurentius.

Factio & factiosus initio honesta uocabula erãt. unde adhuc factiões histrionũ & q̃drigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis seditio & arma uocantur. Fe.

Factio dicitur malorum consensus & conspiratio. Salusti. in catil. Inter bonos amicitia inter malos factio. No.

Factio. itẽ significat opulentiã. abũdantiam & nobilitatem. sed iam metuo hercle cæso ne nimis stulte fecerim qui ex tãta factione aut opibus ea sum ausus aggredi. Plautus in aulula. Istas magnas factiones. Idem in trinummo uestras cum nosti factione s atque

opes. Turpilius in transylione non utilitate factione frætus interdicere. Ceci. Famã filiũ occultabat factio. Nonius.

Factio ẽ diuisio ciuiũ in diuersa studia: cũ aliq principes in ciuitate fieri conãtur: iter quos ẽ æmulatio qui factiosi dicũtur: ciuiũ qsque multitudiné ad se trahens cõsilioque qui dicũt cliẽtes. Seditio uero a seorsum sedendo uel eũdo. Vir. hoc scribẽs ait. Ac ueluti magno i populo cũ sæpe coorta est seditio. Dicitur seditio i exercitu i classe: i schola. Lau.

Factio ẽ diuisio ciuiũ i diuersa studia iter quos æmulatio ẽ: qui ciues & factiosi dicũt: ac trahentes ad sẽp phas nephasque multitudinem clientum.

Factiosi ab una faciendo: sic ab una agẽdo actiosi dicti. Varro.

Factiosus q̃ factionem amat. Lau.

Factor non dicitur: sed auctor. Lau.

Factũ iri audio illi iniuriam: factũ iri audio contumeliã: dictũ iri uulgo qđ ita dici uulgo. & is nũc etiã figurã iam i mediã loquendi usus Iccirco exẽplis supsedeo. Sed contumelia illi uel iniuria factũ itur: paulo ẽ remotius. Exẽplũ igitur ponemus. M. Cato p̃ se cõtra. C. Cassiũ. Atque euenit ita quirites. ut i hac cõtumelia quæ mihi p̃pter huiusmodi petulãtiam factũ itur rei quoquæ publicæ medius fidius miserebar quirites. Sicut aũt cõtumeliam factũ iri significat ad contumeliã faciẽdã operã dari quo fiat contumelia: ita factũ itur, casu tantũ mutato. Idem dicit. A. g.

Facul antiq dicebant & faculter. unde facultas & difficultas uident dicta: sed postea facilitas mox̃ facta est facultas rerũ. Fe.

Facul p̃ faciliter: huic cõtrariũ ẽ difficul. Lucillius lib. vi. Peccare ipune rati sũt posse & nobilitate facul propellere iniquos. Pacu. in Teucro. Nos illũ interea proficiẽdo propitiaturos facul remur. Affr. i acti. Haud facul ut ait. Pacuuius: fœmina iuenier bona. Actius in meleagro: Erat uirile istuc ferre aduersam fortunã facul. Varro i bimarco. Quod utrũ sit magnũ an puũ facile an difficul. No.

Facũdi ad hæc eandẽ uocẽ qui facile fant facũdi dicti. Varro.

Faciendi uero reddendi etiã causa continetur

Fatur is homo qui primũ significabilẽ emittit uocẽ: ab eo anteq̃ ita faciant: pueri dicãtur infantes: cũ id faciunt iam fari cũ hoc uocabulorũ a similitudine uocũ pueri ac fatuus fari id dictum. Varro.

Faciundũ puto ut paucis rationẽ nostri consilii demus. Cicero inquit fuit qđ faciendũ putauit & factũ. Quintil. q̃ si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse ut principiis operum suorũ musas inuocarent: Hic uero aliud est quod facit: aliud autẽ propter quod facit: cõmitto sicut differũt ponit.

Facto opus ẽ: fieri opus ẽ: dici opus ẽ & dicto: pugnari opus ẽ & pugnato: p̃ facto dictu pugnatu. Quomodo. n. ifinita rẽ uerbi significant. sic hæc participia pro infinitis uerbis ponũtur & significant passionẽ. Supina in u magis significant noiatiuo iungũt. ut nec dictu facilis: nec usu effabilis ulli. Vir. Statius uero cũ uerbo iunxit quẽ tũc uenientem limine primo expectat.

Faelis cata ẽ: licet alii esse animal qđ uulgo suinã appellant. Cice. li. v. tusc. Aegyptiox̃ morem quis ignorat: quox̃ imbute mẽtes prauitatis erroribus q̃is carnificiam prius subirent: q̃ ibi aut aspidẽ aut faelem aut canem aut cocodrillum molent.

Faecelmus Siciliæ fluuius ẽ pelloro iunctus et Dianæ templo conterminus.

Fagus arbor glandifera. antea quidẽ hoies glãdibus uescebant. Ser.

Fagutal sacellũ Iouis. in quo fuit fagus arbor: quæ Iouis sacra habebatur. Fe.

Fagutal a fago. unde etiã Iouis fagutalis: qđ ibi sacellum. Varro.

Falacer deus quidã pater pomorũ.

Falarica telũ maximũ. Vir. i. xi. Sed magnũ strides cõtorta falarica uenit. Fulminis i modũ. En. Quæ ualidæ ueniũt falarica missa. Et dictũ hoc genus teli a falis. i. turribus ligneis. Nonius.

Falarica genus teli missile quo utunt ex falis. i. ex locis extructis dimicantes. Fe.

Falcones dicti quox̃ digiti polices itus sũt curuati: a similitudine falcis. Fe.

Falces & arpagæ armox̃ genera murox̃ oppugnationibus apta. Sisen. hist. li. iiii. Falces iniectas cõminuũt puteos collatis arpagis prius deiiciũt. mittunt e turribus. N.

Falces a farre littera cõmutata. hæ i cãpania seculæ a secãdo & a quadã similitudine: harũ aliæ falces fœnariæ: aliæ adoreæ: aliæ dumariæ quæ & scirpiculæ: quibus secãt dumeta Varro.

Falernus regio ẽ. Cãpaniæ uini fertilis. Acron.

Falernus ager. Liuius libro. xxii. Castris ad uulturnũ amnẽ cõmutatis. Asdrubalem cum equitibus in agrum falernum prædatum dimisit usque ad aquas sinuessanas. Est autẽ ager falernus qui a Caleno oppido ad Casilinum ideſt castellucium protenditur. Liui

us uero agrum falernum a Campano diuidere uiderur.

Falerium promontorium est corcirae insulae ex quo in mare protenditur scopulus quē a similitudine Vlyxis nauem fuisse dixere uetusti.

Falernum. Quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium non fit: qđ far comparandum Campano? quod triticum apulo? qđ uinum falerno? qđ oleū uenafrano? non arboribus cōsita Italia est. sed ut tota pomarium uideatur. Varro.

Fale turres sunt ligneae. Enn. libro. xv. Malos diffundūt, fiunt tabulata falaeque hae sunt. Et Cic. q̄ apud ueteres propter spectatores e lignis erigebantur. No.

Falae dictae ab altitudine: a falēdo qđ apud hetruscos significat coelum. Fe.

Faleratus honestus atque ornatus. Terenti. in phor. Adeo te esse negociantem atque impudentem Phaedria ut faleratis dictis seducas me. Donatus.

Falerii oppidulum est i mediterranea Tuscia falerios pergentem quidam esse faliscos propriis sermonibus ciuitatem posuerunt. aliqui eam sinfalistum appellant in uia flaminia iacentem. Strabo.

Faleri oppidum a fale dictum. Fe.

Faliscum oppidum ē in mediterranea tuscia. Quidam faliscos gentem per se esse aiunt. Strabo.

Fallere exurgere. Varro in memialip. Tam eū ad quem ueniunt & hospitium lac humanum falleſſe. Nonius.

Falleræ sunt bellica ornamenta. Salu. in iugur. bello. At si res postulant hastas uexillum falleras alia militaria dona. & Virgilius æneid. libro nono. Eurialus falleras ramnetis & aurea bullis cingula. No.

Fallam pro fallaciam. Neuius in decuriis. Me non uocabit ob eam rem hanc feci fallam. Nonius.

Fallarica telum est ingens torno factum habens ferreum cubitale & rotunditatem de plumbo in modum speræ: & in ipsa summitate dicitur etiam ignem habere affixū hoc autem telo pugnatur de turribus. quas phalas dici manifestum est. Iuuenal. Consuluit ante phalas delphinorumque columnas. Ergo a phalis dicta sunt phalarica. sicut a muro muralis. Sane phalaricam & Lucanus dixit neruis mitti tortilibus q̄ quandam machinam: ut hunc tortilibus uibrata phalarica neruis obruat. Virgilius uero ait. Turnū manu iaculari potuisse. unde En. libro nono. Sed magnum strident contorta phalarica uenit fulminis acta modo. N.

Fallaci loquentiae. Mar. Tulli. de finibus bonorum & malorum libro quarto. Quae diligētissime contra Aristotelem dicuntur a Crisippo ex ea difficultate ille fallaci loquentiae Nonius marcellus.

Falsius & falsior cum rationabiliter dici possunt: non tamen consuetudine. Festus.

Falsum quid sit quaeritur & uidetur id esse falsum: si quis chirographum alienum imitaretur: aut libellum uel rationem intercidat uel rescribat: non qui alias in computatione uel ratione mentitur. Pau. de falsis.

Falsum tutorem eum uere dici qui tutor non é. Paulus respondit: siue habenti tutorē datus est: siue non. sicut falsum testamentum qđ testamentum nō est. & modius iniquus qui modius non est. Pau. de uer.

Falsū habuit pro fefellit. Salu. in iugur. Neque ea res me falsum habuit. Nonius.

Falsus animi pro animo ueteres dicebant. & ingens uirium pro uiribus: & diues opum ,p opibus. Virgilius diues opum studiisque asperrima belli. Terē. in eu. ut falsus animi est. Donatus.

Falsus. Virgilius primo georgicorū. Solū quis dicere falsum audeat. Salu. Multos mortales falsos fieri coegit. Seruius.

Falsum & fallacia propterea dicuntur q̄ fādo quem decipit: ac contra id quod dixit faciat Itaque si quis re fallit in hoc nō proprio nomine fallacia: sed trāslatio. ut a pede nostro pes lecti. Varro.

Falsū uanū & fictū differūt. Falsū ē quo tegit id qđ fieri nō pōt Vanū qđ fieri nō pōt. Fictū qđ non est factū: quod fieri potuit. Vel falsū est fictum mēdacium simile ueritati. Vanū nec possibile nec uerisimile. Fictū totū sine uero. sed uerisimile. Falsū loq mēdacis ē. Fictū callidi. Vanū stulti. Falsū loqui culpae ē Fictū uirtutis. Vanū uecordiae. Falsis decipimur. Fictis delectamur. Vana contēnimus. Terē. in eu. Sin falsū aut uanū aut fictū continuo palam est. Do.

Fama a fando dicta ē. Fe.

Fama spes ,p futuri noie. Vir. iiii. æne. Nos munera tēpli quippe tuis ferimus famāque fouemus inanem. No.

Fama ē rursus infamia. Virg. quarto georgic. Neque. n. spe famaque mouent. unde & famosus dictus ē ifamis. Te. i adelp. Maledicta fama meū amorem & peccatum in se tran-

stulit. Plau. in asina. Qui me miserũ fecit fama flagitiis tuis. Luci. libro prio. Quin optimus ille iure tantũ pater huius & famosus fuit: utrique primo adolescens posterius clarestius sese. Turpil. in epedico. Quæso omitte ac deseri meretricem quæ te semel macta é: semper studuit perdere detegere dispoliare opplere te adeo fama ac flagitiis. M. Tul. de republi. libro quarto. Atque etiam siqua erat famosa & cognatio sæculum non ferebat. Salu. in iugur. Is postq̃ largitionem regis famosam impudẽtemque. Neuius desubito famam tollunt siquã solum uidemus in uia. Noni.

Fama a fari hinc famosus & famigerabilis. V.

Fama est opinio secundum consuetudinem. Virgilius tertio æneid. Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducẽ. No.

Fama atque rumor pars altera consensum ciuitatis & uelut publicum testimonium notat. Alteram sermonem sine ullo certo auctore dispersum: & cui malitia initium dederit: incrementum credulitas: q̃ nulli non etiam continentissimo possit accidere fraude inimicorum falsa uulgantium. Quintil.

Famosam infamen. Cice. de ora. lib. secundo. Non pol iquit audeo: nam me ad famosas uetuit mare accedere. No.

Famosus pro infami turpi. ut famosa mulier quæ noscitur impudica. Noni.

Famelicosam terram paluſtrem uocabant. Festus pompeius.

Famelicus a fame & edendo dictus: quasi famedicus. Dona.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur quorum dux & princeps generis uocabatur pater & mater familiæ. unde familiæ nobilium Pompeiorum: Valeriorum: Cornelio rum. & familiares ex eadem familia. postea hoc nomine famuli etiam appellari cœperunt: permutata i in u littera. Fe. pom.

Familia uarie accepta est. nam & in res & í personas deducitur. In res ut in lege duodecim tabularum his uerbis. Agnatus ꝓximus familiam habeto. Teren. in heau. Decem dierum uix mihi ẽ familia. In personas aut natura: aut iure sub unius potestate subiectus uti filios neposq̃ & deinceps seruitutes quoque appellare familiam. Fe.

Famino dicito. Festus.

Familiaris romanus priuatus. Fe.

Familiariter ferre idest grauiter & moleste. Terentius in andria. Huius mortem tam fert familiariter. Nam quæ nobis sunt familiaria: sunt animo nostro chara. Donatus.

Famuli origo ab oscis dependet apud quos seruus famul nominabatur. unde & familia uocata. Festus.

Famulant pro seruiũt. Mar. Tul. de republi. li. tertio. Est. n. iniuste seruitutis cũ hi sunt alterius qui sui possunt esse: cũ hi aut famulãtur. Et de offi. lib. iii. Quam hi seruitutis famulatus & seruientis uoluptati. No.

Famulitas é seruitus. Actius in Andromada. Nã postq̃ famulos uos oppressit famulitas. Pacu. in atalante. Quas famulitas: uis: ægestas: fama: formido: pauor. Noni.

Famulanter pro suppliciter. Actius in thereo. Denunciat mane natum semel affare & famulanter pete. Nonius.

Famulicium dum multa narrantur unus e famulicio euangelium adesse nunciat.

Famul famulus. Ennius libro nono. Mortalẽ summum fortuna repẽte reddidit summo regno famul: ut optimus esset. Noni. mar.

Familiæ appellatione omnes qui í seruitio sũt continentur unius seruus familiæ appellatione non continetur: nec duo quidem faciunt.

Familiæ appellatione & ipse princeps cõtinet fœminarum liberos in familia earum non esse palam est. Quia qui nascũtur patris nõ matris familiam sequuntur.

Fana q̃ fando consecrantur. Fe.

Faneta Orpheus dixit Solẽ: idest a lumine atque illuminatione. Fe.

Fanisce id esse cellas quasdam & cisternas quæ in area sub terra essent ubi reponi solerent signa uetera quæ ex tẽplo essent & alia quædam religiose donis consecratis fanisas esse dictas cellas quasdam & specus quibus ædi tui capitolii uterentur ad custodiendas res uetetes & religiosas. Aulus gel.

Faunus deus agrorum & siluarum. Horatius libro carminũ. Nisi faunus iuturus dextra leuasset. Acron.

Faunus quidam incubum dicunt. Horatius libro carminum. Lucretilem mutat liceo faunus. Acron.

Faunus est deus quidam.

Fando passiue protulit. Virgilius ut fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Gerũdia enim communium uerborum commu nem habent significationem. Fari quidẽ nõ erat antiquitus.

Fatcimina a fartura extorum appellata ab eo in quo est tenuissimum intestinum fartum Festus pompeius.

Farrago ex segete ubi sata admixta ordeum & uicia & legumina pabuli causa uiridia ferro cæsa farrago dicta: aut i se qđ primũ i farraria segete seri cœpta ea equi & iumenta cætera uerno tẽpore purgant ac saginant. Var.

Farrago appellatur id qđ ex pluribus satis pabuli causa dat iumentis. Fe. pom.

Farsenũ uirgulti genus. Fe.

Farsarus Syriæ fluuius in radicibus libani mõtis emittit & per antiochiam fluens in Syriaco miscet mari apud simeonis portũ.

Fareũ genus libi ex farre factũ. Fe. pomp.

Fartores nomenclatores qui clam uelut infartiant nomina salutatorum in aurem candidati. Festus pompeius.

Fartores qui isicia & farcimina farciunt. Terẽ. in eunucho. Cupidenarii omnes cetarii: lanii coqui: fartores. Dona.

Farrus nomen est maris ubicunque facta quocunque casu diuisione furens incidit utputa inter Italiam & Siciliam quas quidam existimant olim fuisse coniunctas ex terremotu postea separatas. a qua separatione id mare qđ medium inter eas impetu fertur: pharus dicitur. nam pharos græce latine diuisio sonat: uerum hoc nomen Siciliæ pharus præ cæteris seruauit. seu quia mãifestior fuit diuisio seu qa notior græcis atque latinis: huic supereminet ab Italia Rhegium & a Sicilia Messana ciuitas inclyta.

Fasces quã habeãt significationem manifestũ est. Virgilius secundo georgicorum. Illum non populo fasces non purpura regum. Flexit. Nonius.

Fas. Horatius libro carminum. Fas paruitates est mihi tradas. Fas non significat non licet: sed possibile est. uult enim se agnũ esse mysteriis. Acron.

Fas genitiuum non habet. nam siue faris seu furis uel fassis dicamus: aliud potest significare. Priscianus.

Fascem pondus onus. Virgi. in buco. ego hoc te fasce leuabo. Noni.

Fascem consulem posuit. Virgilius secundo georgi. Iniusto sub fascc uiam dum carpit. No.

Fasceam pro cortice. Varro in gerunto didascolo. In quibuslibet sacraturi fasciis cingit fore liber pro corpore. Virgilius georgicorum libro quarto. Vdoque docent inolescere libro. Nonius.

Fascinum cloatius uerrius fascinum appellat quasi bisquanium. & fascinare cõmode ac sane conducentur. A. g.

Fascinũ & fas a fando nominant. Fe.

Fasius diuinũ & ad religionem pertinens. Ser.

Faselus nauicula breuis. Virgilius quarto georgicorum. Et circumpictis uehitur sua rura faselis. Seruius.

Fastigiũ ædificii summũ. Fe.

Fastigium ima altitudo. Virgilius secundo georgicorum. Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæris. Varro de re rustica libro primo. Aquam quæ cœlo uenit recipere põt: aut fastigium ut exeat fundo aggeris. Noni.

Fastigium summæ & imæ partis possumus dicere. Virgilius secundo georgicorum. Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæris. & primo æneidos. & fastigia suscipit urbis. uti & altum mare & altum cœlum dicimus Seruius.

Fastigia consuetudine summæ altitudines dicti purantur: cum sint & imæ significãt fines Virgilius secundo georgicorum. Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæris. Cicero de offi. lib. tertio. Sed quo opere inchoato, prie tamen absoluto tibi fastigium imponimus. Nonius.

Fastis diebus iucunda fari licet. nefastis quidẽ non licebat fari. Fe.

Fastidiliter fastidiose. Varro. Credo hodie uel quibus in stabulis animus ardens mutabiliter habere & non fastidiliter inconstanti pectore. Nonius.

Fassi confessi qui fari id quod ab aliis quæsitũ hinc professi.

Fasti dies quibus certa uerba legitima sine piaculo prætoribus licet fari. Varro.

Fastidiosus actiue ponitur pro eo qui fastidit.

Fastorum libri appellantur in quibus totius animi fit descriptio. Fasti enim dies festi sũt Festus.

Fasga mons est supra iordanem: in terra Moab contra Ierico sub quo genua ciuitas in cãpo Moab.

Fascinium. deterſa enim lingua fronte mulieres amputare se fascinium infantibus putant. Acron.

Fasces honores. Horatius libro carminum. Superbos Tarquini fasces. Acron.

Fastus. Horatius libro tertio carminum. Per memores genus omne fastos per fastos autem consules uult accipi qui nobilitatis i posteros memoriam testarentur qui dat noia fastis. Acron.

Fasti dies sunt quibus ius fatur id est dicit. unde nefasti quibus non dicitur. Pri.

Fastus a fando uerbo quartæ declinatõis quando uero, p ãnali accipitur a fastis & nefastis

diebus dicitur secundæ & quartæ: ut Lucanus in decimo nec meus eudoxi uincetur fastibus ānus. Et Varro in ephimeride. Postea honoris uirtutum causa Iulii Cæsaris: q fastos correxit mensis Iulius appellatus est.

Fatur is qui primū homo significabilem ore emittit uocem ab eo anteq̄ ita faciant pueri dicantur infantes. cum id faciunt iam fari cum hoc uocabulorum a similitudine uocum pueri ac fatuus fari id dictum: Var.

Fatuus qui fatur qđ puer primo fatur. Var.

Fatum ab hoc tempore qđ tum pueris constituant parce fando dictum fatum & res fatales. Varro.

Fatidici dicti qui futura prædiuinando soleāt fari. Varro.

Fatigare cohibere comprimere. Mar. Tulli. de offi. libro tertio. Qui non uerbis sunt & disputatione philosophorum: sed uinculis & carcere fatigandi. Nonius.

Fatigare cōmouere perturbare. Virgilius primo æne. Quæ mare nunc terrasque meru cœlumque fatigat. No.

Fatigare percutere. Virg. li. ix. Versaque iuuencum terga fatigamus hasta.

Fatigare excitare uel increpare uel hortari. Virgilius æne. quarro. Socioſque fatigat præcipites uigilate uiri. Noni.

Fatigare positum pro fatigari. Virgilius libro octauo. Olim remigio noctemque diemque fatigant.

Fatigare īstigare cogere. Virgilius libro. ix. Collecta fatigat ex longo rabies. & siccæ sanguine fauces. Nonius.

Fatigare ad lassitudinem deducere. Virgilius quinto ænei. Veloces iaculo ceruos cursuque fatigat. Et libro. ix. Quos nulla fatigat Prælia. Nonius.

Fata dicūtur q augures finem auspiciorū cœlestiū extra urbem agri sūt effati.

Fatanf multa fantur. Fe.

Fatiscere ē aperire rursum uel deficere. Acti in epinausimache. Tam ut fatiscar qui tuā implorem fidem. Pacuuius ī doloreste: ut si ita sunt ꝓmerita nostra æquiperare ut queam uereor nisi nūq̄ fatiscere quod qui boni. N.

Fatiscunf qui fatiscunt. Actius in epinausima che. Tantum haud fatiscat qui tuam implorem fidem. Nonius:

Fatiscit abundanter aperitur. Fatim enim abūdanter dicimus. unde & affatim. Virgilius primo æne. Accipiūt inimicum imbrem rimisque fatiscunt. Ser.

Fatisco soluo abundanter aperio. Virgilius. i. geor. Neu puluere uita fatiscit. Et. i. æneid. rimisque fatiscūt. dictum aūt a fatim. i. abūdanter unde affatim & hisco. Ser.

Fatigatū de corpore dicimus. Ser.

Fatua dicif etiam terra a fando. qđ infantes partu editi non prius uocem edunt q̄ attigerint terram. Mac. de sa.

Fatum est connexio rerum per eternitatem se inuicem: tenens quæ suo ordine & lege uariant ita tamē ut ipsa uarietas habeat æternitatem. Cicero.

Fatum significat decretum & uoluntatem. Virgilius ænei. libro octauo. Heu stirpem inuisam & fatis contraria nostris Fata phrygū. Idem in eodē. Filius huic fato proleſque uirilis nulla fuit. No.

Fatū nutus. Vir. fatis lunonis iniquæ.

Fatuos & faunos siluestres a fando. Fe.

Fatuus & insulsus differunt. Fatuus ē inepta loquens & a fando fatui dicuntur. Fatuus est uerbis ac dictis. Insulsus corde atque animo Terenti. in eunucho. Fatuus est insulsus tardus: stertitque noctes & dies. Fatui dii quoque sunt qui & fauni dicūtur & non stulti: sed multum fantes. Dona.

Fatuus quære in dictione stultus. Lau.

Fatale. Horatius lib. car. Daret ut catenis fatale monstrum ideſt maiorem q̄ sexus exigebat. animositate fatalem uixit aut turpem. unde & prostantes fatales dicūtur: ut ē Romæ non caste: aut uelit monstrum saris sibi reseruatū: ut fato Romano subiectū. Acrō.

Fatisus olim dacoꝝ fluuius.

Fatiloquus fatiloquentior format & fatiloquentissimus. Lau.

Fauni a fando: siue a faudo: hoc est dum pontifex maximus dedicat certa uerba fatur. Festus pompeius.

Fauni & uates olim canebant uersus fauni dei latinorum. ita ut faunus & fauna sint in uersibus quos uocant saturnios: in siluestribus locis traditum est solitos fari quos fando fatuos dictos. Varro.

Faui a fauēdo. Festus pompeius.

Fauiani & Quitiliani appellabāf lupercia. Fauio & quintilio præpositis suis. Fe. pompe.

Fauentia bonā ominationem significat. nam præcones clamantes populū sacrificiis fauere iubebant. Festus.

Fauere silere: fauere linguis fauere uerbis. Vir. Ore fauete omnes. Teré. i an. Fauete adeste æquo animo. Dona.

Fauere hoc uerbum nō ut plærique existimāt a fauore trahitur sed paratur silentium ut

rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstrepente. Sene. ad gal.

Fauere enim est bona fari: ac ueteres poetæ p silere usi sunt fauere. Fe.

Faustulũ porcellum fœturam porcorum. F.

Faustum & festum hoc differunt. est enim faustum quasi a fauendo dictum ac per hoc prosperum & propitium. Festum autem solenniter lætum & feriatum. Virgilius secundo eneid. Festosque dies de nomine phœbi. T. O. faustum & fœlicem diem. Noni.

Fauétinus a fauétia. & Rheatinus a rheate. V.

Fauna dicitur terra q̃ omni usui animantium fauet. Macro de satur.

Faustitas nouæ fœlicitatis dicta. Hora. lib. car. Tutus enim bono faustitas per mare nauæ complexi. Acron.

Fauétia é i medio bononiæ & Rauénæ & aliarum ciuitatum per quam iter est Romã. St.

Fax pro face. Varro in gerunto didascolo. Cõfluit mulierum tota Roma quæ noctu fieri initia solita & nunc pinea fax indicat. Idem sexagesi. Adest fax inuoluta incendio. Idem de uita patrum libro secundo. Cum a noua nupta ignis in facie affertur fuco eius sumptus cũ fax ex pinu alba esset: ut eam puer igenuus afferret. Nonius.

Faxim pro fecerim. En. in phœnice. Plus miser sum si sceleſtũ faxim qd dicam fore. No.

Faxo pro faciam. Virgilius æneidos. libro duo decimo. Ego sidera faxo firma manu. Ser.

Febris proprietatem habet a feritate morbilis mali ut a calendo calorem uel caldorem. V. in andabatis. Aperiendum putat id qd alterum appellamus a calẽdo calorem. alterum a feruore febrim. Nonius.

Febris a feruore dicta é. Ser.

Febris fanum in palatio & ædem & aram malæ fortunæ ex qbus cõsecratã uidemus. Cic.

Februare positum pro purgare & pura facere. Varro de uita patrum libro primo. In eorum sacris liba cum sunt facta iniicere solẽt sarris semine ac dicere se ea februare ideſt pura facere. Nonius.

Febrem appellant motum corporis contra naturam. Vlp.

Febreius. Ditis pater cui mense februario sacrificatur. Ser.

Februatim rex cum ferias menstruas nonis februariis faciebat diem illum februatim appellabat. Februum sabini purgamentum dicunt. & id sacris nostris uerbis non & lupercalia februario: ut in antiquitatum libris demonstraui. Varro.

Februarius ut dicunt scriptores ab diis inferis appellatus q̃ cum his parentetur. ego magis arbitror februarium a die februato: q̃ tum februatur populus ideſt lupercis nudis lustratur átiquum oppidũ palatinũ gregibus humanes cinctum. Varro.

Februarius mensis est a quo frequens senatus postulatis: pronunciatis: legatis audiendis datur & consulum designatorum nomẽ expectant & extimescũt. Asconius ped.

Februarius mensis dictus est q̃ tum ideſt extremo mense anni populus februaretur. ideſt lustraretur ac purgaretur: uel a Iunone februata quam alii februalem. Romani februatam uocant: q̃ ipsi eo mense sacra faciebãt: eiusque feriæ erant lupercalia. quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo lunonis ideſt pelle caprina quã ob causam is quoque dies februarius appellãtur. Quæcũque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur februa appellatur. Id uero quod purgatur dicitur februariũ. F.

Feciales apud Romanos qui sancto legatorũ officio ab his qui aduersum populum Romanum aut rapinis aut iniuriis hostili mente conuenerant pignora fracto fœdere iure repetebant: nec bella indicebantur. quæ tã pie uocabãt priusq̃ fuisset qui fecialibus denunciabatur. Varro de uita patrum libro secundo. Itaque bella tarde & magna licentia suspiciebãt q̃ bellum nullum nisi pium putabant geri oportere priusq̃ indicerent bellum his a quibus iniurias factas sciebant. feciales legatos res repetitum mittebant quatuor quos oratores uocabant. Idem in tertio. Si cuius legati uiolati essent qui id fecissent q̃is nobiles essent ut ciuitate delerentur statuerunt fecialesque. xx. qui de rebus iudicarent statuerunt & constituerunt.

Feciales q̃ fidei publicæ inter populos præerant nam per hos fiebat ut iustum cõciperetur bellum: & inde desitum ut fœdere fides pacis constitueretur. ex his mittebant anteq̃ conciperentur qui res peterent: et per hos etiam nunc sit fides q̃ fœdus. En. scribit dictum iure militari. Varro.

Felicata patera dicta quæ ad filicis herbæ speciem sit celata. Fe.

Felinones mali & nullius usus: a filice dicti. Festus.

Feneſtræ a græco uocabulo conuersum est in latinum ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Cicero tuscu. libro primo. Non eas partes quæ quasi feneſtræ sunt animi. Nonius.

Ferialia ab inferis & ferēdo qđ ferrent tū epulas ad sepulchrum. quibus ius sibi parentare. Varro.

Ferialia diis manibus sacrata festa a ferendis epulis: uel a ferēdis pecudibus appellata. F.

Ferabite positum pro agresti. Sisen. histo. lib. quarto. Et partim ferabite: partim lauro et arbusto ac multa pinu ac myrteris abundāt Nonius.

Ferentarii auxiliatores in bello: a ferendo auxilio dicti: uel quia fundis & lapidibus pugnabant quæ tela feruntur non tenentur ita appellata. Festus.

Feria a ferendis uictimis appellata. Fe.

Feriæ furiales sunt in fastis a furia dictæ.

Ferias antiqui festas uocabāt: & aliæ erant sine die festo & saturnalia quibus adiungebant epulationes ex ꝓuentu fœtus pecorum frugumque. Festus.

Feriæ dictum ꝙ ferientes feruntur. Festus.

Ferus ager & incultus. Festus.

Feretrius Iuppiter dictus a ferendo qđ pacem ferre putatur ex quo in tēplo sumebant sceptrum per qđ uiueret & silicem quo fœdus ferirent. Festus.

Ferocit apud Catonem ferociter agit. Festus.

Ferre ostentare. Virgilius libro decimo. Captiuo siue ut se ferret in auro uenati ix. Nonius

Ferre consuetudine portare dicimus. Virgilius libro quinto. Vix illam famuli phegeus sabarisque ferebant. Fere habere. Virgilius libro quinto. In mago munere cisseus ferre seu dederat monumentum & pignus amoris filium suum ferre nomen uoluisset. Cicero in officiis. filiū nomen suum ferre uoluisset. Nonius.

Feri canem foras permulgate consuetudinis ē dictum: hoc est feriendo canem foras eiice. Terentius in eunucho. Homo quatietur certe cum dono foras quatietur uerberabitur: uel uerberibus impelletur foras: non expulsione & detrusione ut deuersū ut sit foras uersum. quatietur idest uerberabitur ut fugiat foras. Donatus.

Ferre & perferre differunt. ferre enim in certo tempore. perferre finem spectat affectus feruntur onere. Perferuntur supplicia. Terentius in andria. Sic uita erat facile omnes perferre ac pati cum quibus erat. Donatus.

Ferre & portare de maioribus negociis dicit Virgilius. Si uera feram. si magna rependā. Ter. in phor. Cedo quid portas obsecro. D.

Ferre pati. Virgilius secundo æneid. Miserere animi non digna ferentis. Lucil. libro. xxii. Cæterum quicquid sit quid non sit fero aio ferociter prælio captiuos prædones nō posses eam amplius perferre tamē suadet & notat. Terentius i heau. Nam quem feret si parentem suum non fert. Nonius.

Ferre cōserere. Virgilius libro quinto. Quibus acer erix in prælia suetus ferre animum. N.

Ferre disturbare. Virgilius primo æne. Quippe ferāt rapidi secum uerrātque per auras. Et libro secundo. Alii rapiunt incensa ferūtque Pergama. Nonius.

Ferre dicere nominare; Virgilius secūdo. æn. Et scelus expendisse merentem Iachoonta ferunt. Et lib. tertio. Quæ nunc Samothracia fertur. Nonius.

Ferre dare exhibere. Virgilius libro tertio. Sacra Dioneæ matri diuisque ferebam. No.

Ferre offerre. Virgilius libro undecimo. Legati responsa ferunt. M. T. de supplici. Prohibetur suis liberis cibū uestitūque ferre. Lucil. libro. xxx. Colligere auxilium tā & si est indigna ut feram. Nonius.

Ferre dirigere ducere. Virgilius li. sexto. Hinc uia tartarei quæ fert acherontis ad undas. Lucil. libro. xxx. & sola ex multis nunc nostra poemata ferri. Nonius.

Ferox ē sæuus & indomabilis translatum a feritate. Virgilius quarto æneidos. Ac frena ferox spumantia mandit. M. T. de offi. libro primo. ut equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate: exultantes domitoribus tradere solent. T. in eunucho. Adeone ferox quia habes imperium in beluas. Nonius.

Ferox sum illa re dicitur: ut illa re sum fretus & arrogans. Titin. in fullonibus. Videā ego te uirginem formosam esse sponso supbam esse: forma esse ferocem. Pla. in milite: ut domatum equum qui forma est ferox. Acti. Neque ui tanta quisq̄ est: neque tam abundans fortunis ferox. M. T. ad cæsarem iunior em libro primo. Itaque uereor ne ferociorem faciant tutam præclara iudicia caleo. Nonius.

Ferox cordatus uel facetus. Plau. in milite. Nātum quāuis potis sis facere ut fluat facetus: & quia tecum eram propterea non eram ferocior. No.

Ferus item significat ceruū. Vir. li. vii. Petebatque ferū puroque i fonte lauabat. Et item ꝙ equo li. ii. Inque feri curuā cōpagibus aluū contorsit. Actius i mædea. Perite in stabulis frenos imminens feris. No.

Ferire usu significat percutere. Virgi. in buc.

Cornu ferit ille caueto. M T. ꝺ ſuppli. Feriũ tur ſecuri letaris tu ĩ omnium gemitu & tri umphas. Non.

Ferire ſanctire firmare. Virgili. li. x. Haud mo/ra tarchon iungit opes fœduſque ferit. No.

Ferus & ferox hoc differũt. Ferus eſt ſcæuus. fe/rox fortis. Salu. Ille aĩo feroci negat ſe fuſam inuidiam pertimeſcere Vir. ſecũdo ænei. Fe rus oĩa Iuppiter argos tráſtulit. Idẽ ĩ quarto. Et frena ferox ſpumantia mãdit. No.

Feruor cum ex igne fit & ex flammis ex contra rio ex frigoribus poſitus inuenitur ut ſit fer uere nõ ſolum ex incendio calere, ſed et qui buſdam moleſtiis pturbari. unde & fluctus marini & animi æſtuatio ſub hac ſignifica/tiõe recte poſiti ſentiũtur. Vir. ſecũdo geor. Omnia tunc pariter uento nimbisque uide bis feruere. No.

Ferocia pro ferocitate. Pacu. ĩ teucro. Niſi iuſti tia ferocitate atque ferocia. No.

Feruitur ea quæ ꝓ feruit. Affra. in uopiſ. Quã tũ uociferatiõe feruiẽt. Heu. miſeræ mihi. N.

Feruere aquã a ſonitu eius rei dictũ. V.

Ferentarii leuis armaturæ milites: ut quicquid opus eſſet auxilio ferrent: ex curſu leues ar/mis grauibus nõ impediti. Cato de re milita ri. Inde partem æquitatus ferentarioſque prædatũ miſit. Saluſtius ĩ catilina. Poſtquã eo uentum eſt unde a ferentariis præliũ cõmitti poſſit. N.

Ferẽtarii q̃ leuiter armati ad prælium cõmittẽ/cũ iſtructi ſũt enſe & telis. Salu. ĩ catil. Poſtq̃ eo uentũ ẽ unde a ferẽtariis præliũ cõmitti poſſet maximo clamore cum infeſtis ſignis concurritur: pila commitunt: gladiis res ge/ritur. Seruius.

Ferrugineũ colorem ſimilem eſſe uolunt uere aũt ferrugineus color cæruleus eſt. Virgi. iii. æneid. Et ferrugineos hyacintos. Plau. ĩ mi/lite. Palliolũ habeas ferrugineũ: nam is color theſſalicus eſt. No.

Ferrugo ẽ purpura nigrior hiſpana. Vir. ĩ ge. Cũ caput obſcura nitidũ ferrugine texit. & iii. æn. & ferrugine clarus hibera. S.

Fero gigno. Vir. iiii. ge. Inſyncerus apex tulerit cruor. & ĩ enei. Si duo præterea talis idea tu liſſet terra uiros. Ser.

Feræ dictæ aut ꝓ omni corpore ferantur aut ꝓ naturali utuntur libertate: & pro deſide/rio ſuo ferũtur. Ser.

Ferus quadrupes. Vir. vii. ænei. Petebatque fe/rũ. i. quadrupedẽ. dicit. n. de. ceruo. S.

Ferus equus quadrupedes: ab eo ꝓ toto corpo pore ferat. uirgilius ſecundo: Haſtam in la/tus inque feri curuam compagibus aluum contorſit: Et quinto. æne. Spumãtiaque ad/dit frena feris. Ser.

Ferrugo coloris genus eſt qui uicinus eſt pur/puræ ſubnigræ. Virg. ĩ æne. Pictus acu chla/mydem & ferrugine clarus hibera. Ser.

Ferociſſimos præſtãtiſſimos uirtute prudẽtia uiribus iouis filios pœtæ appellauerunt. ut ea cum Minoa Sarpedonta ferociſſimos & ĩmanes & alienos ab omni humanitate tã/q̃ e mari genitos Neptunni filios dixerũt cy clopas & cercionas & leſtrigonas. A. g.

Feretrum dicebant lectum ubi mortui ferebãt noſtri: græce φερε τρον. Var.

Ferme dicitur quod nunc fere utrunque dictũ a ferendo ꝓ id quod fertur eſt in motu atque uentat apud Neuium circumuenire uideo ferme iniuria. V.

Fere eſt pene uel ſignificat quandam uniuer/ſalitatem. Quintil. hæ ſunt fere emenda/tæ loquendi ſcribendique partes. ideſt fere omnes ideo interdum adiungere omnes ut idem. nam in omnibus fere minus ualent præcepta q̃ experimenta. romani fere ſugge runt orbem. i. totum.

Feræ dicuntur ꝓ omni corpore feruntur ꝓp/pe cum quattuor pedibus utãtur. Fere ergo pro iuxta ꝓ celeribus oĩa iuxta ſunt. Priſ.

Ferox. forte inuictum. Hora. lib. ca. minũ Vr/beſque genteſque & latium ferox. ut gens aſpera bello debellanda tibi latio ẽ. Acron.

Ferox Hora. lib. car. Iam te ſequitur currit. n. ueloxætas adoleſcentia autem prona & la/bilis eſt in multis. Ideo ferox dixit: aut quæ ferre ualeat uix. Acron.

Ferentinum oppidum eſt in mediterranea tu ſcia in ipſa uia latina. Stra.

Ferculum dicitur miſſum carnium ut Petroni us. arbiter poſtq̃ ferculũ ablatũ ẽ. Ful.

Feronia nympha.

Feronia urbs eſt iter Octipulũ & Romam ſub monte ſoracte: quo nomine & dea quædã nominatur. Stra.

Ferus homo qui animum firmum obtinet ut leones. ferox qui præanimoſus eſt ad certan dũ cum altero: & ad uim alteri faciẽdã. Lau.

Fero ad populum. Refero ad ſenatũ: ideſt con ſulo: ex hoc fit ſenatuſconſultum ex illo ue ro rogatio quæ inſtar legis eſt. Refero accæ/ptum tibi ideſt fateor me hoc abs te accepiſ ſe. Cicero. uitam accæptam refert clæmẽtiæ tuæ. In malum quoque. idem in anto. Si re/cte ratiocinabimur: uni tibi accæpta referi mus. Antonio fero tibi accæptum: idem eſt

uel est habeo pro accæpto abs te quod mihi debebas etiam si solutio nulla interceſſerit. unde fit accæptilatio: quæ fit per interrogationem & reſpõſionem. Rettuli expensum ideſt rationes de impenſis confeci uel exhibui. Lau.

Ferre proprie dicimus quæ qs ſuo cõrpore baiulat. Portari ea quæ qs iumento ſecũ ducit. Agi ea dicũtur quæ animalia ſunt.

Ferre quære i uerbo agere. Lau.

Feruminare eſt conglutinare. Liuius uigeſimo quinto. Calcis quoque uſum bitumen præbuit: ita feruminatis Babylonis muris. ferumen pro bitumine. Idem ifeſtatur plurimis uiciis ſcabro ferugimine. Feruminatio glutinatio eſt. Laurentius ualla.

Ferrentinũ oppidulũ ẽ in mediterranea tuſcia: in ipſa latina uia. Stra.

Ferentanũ oppidũ oceano apulo uicinũ eſt. ferẽtani ſeparãtur a pelignis ſacro fluuio ferẽtanorũ oppidũ eſt amiternum.

Ferraria promõtoriũ Hiſpaniæ. ſub quo hiberius fluuius ĩgreditur mare.

Feſcennii uerſus q canebãtur i nuptiis ex urbe feſcennina dicũtur allati: Siue ideo dicti qđ faſciniũ putabãtur arcere. Fe.

Feſnœ appellabãtur qui depellere faſciniũ credebantur. Fe.

Feſtrũ antiqui dicebãt: quã nos feneſtrã. Fe.

Feſtinare & properare ueteres diuiſere. Cato i oratiõe quã de ſuis uirtutibus ſcripſit Qui unum quid maturare trãſigit ꝓperat. Qui multa ſimul incipit nec perficit. is feſtinat. uerum in utroque uerboꝝ ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt ueritati ut ſit ꝓprie animi properare ſtudioſe ad res reliquas cõtendentis. feſtinare corporis neceſſitatibus obſequẽtis. Virg. quarto æneid. & mediis ꝓperas aquilonibus ire per altum. & ſecundo ænei. Feſtinate uiri nam quæ tam ſera mora tur ſegnicies. No.

Feſtinare properare turbari & trepidare Saluſtius. Feſtinantibus in ſumma mopia patribus. Teren. in eu. Quid feſtinas quem quæris Phitias? Do.

Feſti locus erat intra quintum & ſextum lapidem ubi romani agri terminus tunc monſtrabatur. Stra.

Feſtinem pro feſtinantem. Titin. in quarto: Nunc hoc ueſtro: nunc hæc res me facit feſtinem. No.

Feſtinare quære i ꝓperare. A. ge.

Feſulæ mons eſt biceps florentiæ inclitæ Tuſciæ ciuitati ſupereminens ex quo ſi lapides qui plumbei ſunt excidantur breui temporis ſpacio nouis incremẽtis reſtaurari compertiſſimum eſt: fuit & iculmine huiuſ etuſdem nominis uetuſtiſſima ciuitas ruinis ſemeſis teſtantibus.

Feſus fluuius eſt boſphori quem alio nomine rebas uocant.

Feſſus appellatio eſt & ſignificat: ut Verrius ait cum quis labore deficit ut laſſus. defatigatus uero cum quis per alium labore conpellitur. Dio.

Feſtus ta. tum. ad diem pertinet. feſtiuum uero ad res ideſt iucundum & lepidum ut oratio feſtiua feſtam frondem dicimus: quæ feſtis adhibetur. Lau.

Feſſus quære i dictiõe laſſum. Lau.

Feſtiuiter ꝓ feſtiue dixit Ennius. Priſ.

Feſtiſſime uenit ab eo quod eſt feſtũ & eſt tantũ ſuperlatiui gradus. Ser.

Feſtiuiter ꝓ feſtiue. Neuius in geminis. O domus parata pulchræ familiæ feſtiuiter. No.

Feſtiuitas i dictis: facilitas i animo & factis. Teren. in eu. an mei patris feſtiuitatem & facilitatem. Do.

Feſtinatim ꝓ feſtinãter. Pompo. Exilui ad noctẽ ad molã fullone feſtinatim. Siſẽna i. iiii. hiſto. præter feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxima pedites cõducit. No.

Feſſus de animo dicit. Fe.

Feſſus eſt generaliter animo corpore atque fortunis. Virgi. complexus eſt ter feſſus ualle reſedit: ideſt cõſilio egens. & iterea feſſos uẽtus cũ ſole reliqui & feſſi rerũ. Ser.

Feſum ꝓ fedũ. pluſima ꝓ plurima melioſemp meliorẽ. aſenã pro arenã. Var.

Feſcenninos temporibus triumphalibus. Pollio cum feſcenninos in eum ſcripſiſſet: Auguſtus ait. At ego tacio. non eſt enim facile in eum ſcribere qui poteſt præſcribere. Macro. de ſat.

Fiala haud multũ longe a libano: lacus modicus eſt. ex quo ſunt qui credant iordanẽ oriri & paruo diſcurſu tractu a terra ſorberi & ad radicem libani iterũ ebulire. Quod aiũt depræhendiſſe primum philippum tetrarcham paleis in fialam poſitis: eique apud paneam recollectis. Paneam enim uocant fontem ſub libano: ex quo iordanis effluit. dicitur autem lacus iſte fiala a rotunditate: qui quidẽ cũ ſemper plenus ſit: nunquã ut exundaret compertũ eſt.

Fiber genus ueſpæ quadrupes. Plautus. ſic me ſubes quotidie quaſi ſiber falicem quo nomine extremæ oræ fluminis appellãtur up/

de & fibras iocinerum & fimbrias ueſtimen torum dicimus.F.

Fiber require ſupra ī anguilla.V.

Fiber inuenitur diuerſa ſignificatio in ſimilis. ut liber libra. fiber fibra.Pri.

Fibræ ſunt eminentiæ iecinoris.Virgi.vi.ænei Nec fibris requies daſ ulla renatis.

Fibræ ſunt fila quæ ſunt ī herbarū radicibus ut & amaris ītuba fibris. Au

Ficitatem dictum ut oliuitatem.i.fructus fici. Neui.ficitores omnes capiunt ficitatem iers eſt ſine modeſtia.No.

Fícolea palus ficulneus.Fe.

Ficos circiter ſolſticiū iſere.V.

Fictores dicti a fingēdis.Var.

Ficus q̄ prius uerno tēpore iſerebanſ nunc etiā ſolſtitiali.ut ficus q̄ dēſa materia & ideo ſequiſ calidiora quo fit ut ī locis frigidis fi/ceta fieri nō poſſunt. Var.

Ficus malus punica & uitis ꝓpter fœmineam mollicié ad creſcēdū ꝓna.Var.

Ficorum genera chiæ & calcidicæ: & lydiæ & aphricanæ.iterum cætera tranſmaria in Ita/liam perlata.Var.

Ficus ſecūdæ declinationis Cirenenſes cū ſatur no rem diuinam faciūt ficis recentibus coro nantur: placētaſque mutuo muſitāt & mel/lis & fructuū repertoré Saturnū exiſtimātes Macrobius de ſaturnalibus.

Fici admonent nos & fici aridæ ut enumere/mus genera ficorum. Cloatio de his inſtru ente q̄ ſic diuerſas ficus diligentiæ ſuæ mo/re dinumerat: aphricana: abulla barundi/nea: aſinaſtra: atrapa: laſca: auguſta: bifera: carica. calcidica: chia: alba. nigra: calphurnia duricoria: herculenta: lauiatia: lydia: epro/ludia: marſica: numidica: pulla. pompeiana præcox: telana. atra. Sciendū eſt quod ficus alba ex fœlicibuſ fit arboribus. contra nigra ex infœlicibus: docēt nos utrūque pōtifices Ma. de ſa.

Ficū tanquā non pomū ſecerni a pomis a pud idoneos reperimus. Affranius in ſella Pomū olus ficū uuā. Sed & curis iconomicoꝝ. lib. quarto. Neque ferit uitē neque quæſita eſt diligenter: quærit oleū: ficos: pomos: nō ha/bet. Macro. de ſat.

Ficum ſolam non ignorandū eſt ex arboribus non florere: lacte proprie ficorum dicitur. Macro. de ſa.

Ficus non legitur apud martialem ut uult Pri/ſcianus ſed ut genere & declinatiōe differat pro morbo & pro fructu ſic cum dixi ficus rides: quaſi barbara uerba: & dici ficos Ceci liane iubes: Dicemus ficus quā ſcimus ī arbo re naſci. Dicemus ficos ceciliane tuos.

Ficus uicium corporis quartæ declinatiōis eſt Martialis in primo epigrammatum Cū di/xi ficus rides: quaſi barbara uerba. Et dici fi/cos ceciliane iubes. Dicemus ficus quas ſci/mus in arbore naſci. Dicemus ficus cecili/ane tuos. Ex quo oſtendit & uiciū & fructū quartæ. Priſcianus dicit eſſe: genere autem differre. Pri.

Ficus ſæpius quartæ pro arboræ. Cic. de orato re. Vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu. Se/cundæ quoque Iuuenal. Ad quæ diſcutiēda ualēt ſterilis mala robora fici. Pro fructu ue/ro ſecundæ eſt tātum. Horatius. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Cice. Ex tā tulo grano fici. Quartæ quoque & maſculi/ni generis ꝓ morbo. L.

Ficus numeri ſingularis: & hæ fici & has ficus pluraliter facit. Ficus dicimus quas ſcimus ī arbore naſci. ficos ꝓ uicio corporis. Seruius.

Fictile uas dicitur q̄ factū eſt a figulo: nō q̄ fin gi nō poteſt. L.

Fictius a ſupino deductū q̄ fictū eſt.

Ficonta promōtoriū eſt aphricæ iportuoſum haud lōge ab his oris: quas dudū teſtantur aliqui tenuiſſe Lotophagos.

Fidis genus cytaræ dicta q̄ tantū iter ſe cordæ eius quātū iter hoies fides cōcordāt Cuius dimminutiuū fidicula eſt. Fe. pom.

Fidei ꝓprietates exēplo manifeſtauit Marcus. Tullius de republica. li. quarto. Fides enim nomen ipſum uidetur mihi habere cum fit quod dicit. Nonius marcellus.

Fiduſta a fide denominata ea quæ maximæ fi/dei erant. Fe.

Fiducia. eſt audacia. Saluſtius libro ſecūdo. Ita fiducia quam argumentis purgatores dimit tuntur. No.

Fiducia confidentia. Virgilius. li. octauo. æne/id. Cerniſ quæ rutilos habeat fiducia rerum uel ualli. No.

Fides quid ſit manifeſtum eſt. Virgilius libro primo: Cana fides & ueſta. No.

Fides quæ cordæ appellātur. Marcus Tullius ī hortenſio: Ponēdæ ſunt fides & tibiæ. Et Virgilius. lib. iii. Traicia frætus cythara fidi/buſque canoris. Nonius marcellus.

Fidele pro fideliter. Plautus in captiuis: Caue fides fac fidem fluxam facias. Nonius mar/cellus.

Fides eſt commendatorum fida executio: uel obſeruantia. Terentius in andria: Nihil iſtac opus eſt arte: ſed his quas ſemper intellexi

ite sitas fide & taciturnitate. Do.

Fides aut personæ qualitate seruatur si grauis persona est cui creditur: aut ipsius rei qualitate si ea res creditur in qua fallere cui creditur: aut non potest: aut nō debet. Terentius i adel. Quod credas aut cui credas quod etiam Virgilius transtulit breuiusque dixit: Nusquam tuta fides. Do.

Fidem astringere promittere est: quia uincula fidei dicuntur. Terentius in eu. Verum heus tu hac lege tibi meam astringo fidem. fidem habere cogi credere idest credere. unde fideiussor dicitur. hoc est auctor credendi Terentius in eunuco ait. si hæc fidē habeat se iri propositū tibi. Do.

Fiducia aliquando impudētiam significat. Terentius in andria. Qua fiducia facere id audeam. Dona.

Fidus & fidelis differunt. Fidi enim in maximis negociis. Fideles in minoribus dicuntur Terentius in ecyra. Per pol q̄paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores. Syra. Fidus est amicus. fidelis seruus. Idē in phor. Seni fidelis dū sum scapulas pdidi. & fidelis est officiū seruare aliquid. Do.

Fidus fidelis utrūque nomen idem significat. Virgi. primo æne. Vnā quæ lycios fidūque uehebat orontē. Ser.

Fidelia Samium uas ad usus plurimos. Plau. i aulu. Mulsu congialem plenam faciam tibi fideliam. No.

Fiducia & confidentia hoc differunt. Illa est in bonis rebus. Confidentia uero in malis. Virgi. uero primo æne. fiduciam pro confidentia posuit. Tantane uos generis tenuit fiducia uestri. Ser.

Fiduciæ & confidentiæ discretionem pandit. M. T. tuscula. libro tertio. qui fortis est idem fidens: quoniā cōfidēs, mala consuetudine loquentiū in uitio ponatur dictū uerbū a confidendo quod est laudis. Qui autem est fidens non extimescit. discrepat enim a timendo confidens. No.

Fidelitatem. i. fidem. Actius in myrmido. Volo equidem sed tu huic quem scis qualitatē sciet fidelitate ob fidam naturam uni ignosce. Affranius i uopisco. Idem intus actū perit opera nimirum mea esse ea animo fidelitatis. Nonius.

Fides non a fidis. sicut ædes ædicula nō ædecula. & cædes cædicula: nō cædecula. In plurali est tortorium instrumētum ex duobus ut reor: obliquatis lignis cōpactū. uel ab ex torquenda fide ac ueritate. uel a neruis funibus uinculis: quibus ad illum modum homines torquendi alligabūtur. Lau.

Fidiculæ pro instrumento torquendi: uel parua cythara uel cordula in singulari rite formatur.

Fideicommissarius passiue pro eo qui fideicōmissionem accipit. Lau.

Fideiussorius actionē significat qui fideiubet.

Fideiussor ob euictionem datus uulgo auctor seruus uocatur.

Fidene oppidum erat iuxta Romam: nunc aūt uicus. Strabo.

Fidicula docet nomiatiuum sui primitiui esse fidis non fides esse quod Seruio placet de cythara. Pris.

Fidem idest cordam. Horatius libro carminū Blandius Orpheo auditam moderere arboribus fidem. Acron.

Fide teia: aut cordis idest fidibus aut a ciuitate anacreōtis pœtæ. Horatius libro carminū. & fide teia dices laborātes i uno.

Fidus amicus erit famulū fidelē dicito. Caper.

Fido mihi confido mihi & fidimus: & confidimus: sic fidere media syllaba correpta. nā si esset fideo ut tepeo faceret fidere. tepere: ridere. Caper.

Fidens qui fortis est. idem est fidens quādo cō fidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur dictum uerbum a confidente quod laudis est. Cicero.

Fides is. facit cū significat lyrā. sinautem uirtutē significat fidei facit. nō ratione sed distantiæ causa. Seruius i arte.

Fido hac re & huic rei. Statius in secūdo Thebaidos. Tamē genas confusus auos. Iuuenal. in tertio. Fidimus eloquio Ciceronis. Virgilius dicto coniūxit. in. xi. Dū troia tentat castra fuge fidens. & in. viii. Et fidere nocti. Priscianus i acticismis.

Fiden apud indos stagnum est: cuius in aquis quantunque leue sit nil natat: sed mergitur omne.

Fieri proprie pecunia dicebatur: Quintil. quæ pecunia ad hispanēse bellū facta est. Ter. in phor. Id ut cōficerē cōfeci. Do.

Fieri & factū esse pro euenit & contigit. Te. in adel. Hære nata me melius fieri haud potuit q̄ quod factū est. Do.

Frigidus mortuus. Virgi. nono. Voluitur ille monens calidum de pectore flumen Frigidis. Nonius.

Figura est circa gestum situmque membrorum Asconius ped.

Figere idē refigere: q̄ fixū erat educo. La.

Figor ambigue declinatur apud ueteres. Reperimus fictus & fixus: Scaurus. de uita sua. Sagitta sua inquit cõfictus. Var. ad Ciceronẽ fixũ ait. Cice. academicorũ. li. iii. opera fixa. Vir. si mihi non animo fixum.

Filum liniamentum. Luci. lib. xxix. Surge mulier duce filum non malum. Nonius.

Filium habere creditur etiam ea mulier: que cũ moriretur exciso utero ædere posset: nec non etiam alio casu mulier potest habere filiũ quem mortis tempore non habuit: utputa cũ qbus ab hostibus captus remearet.

Filiabus suis uel filiis si qs dederit tutores etiã posthumis uidet dedisse: qa filiæ appellatõe & posthumus cõtinetur. Vl. de. uer. sig.

Filiarum nomen etiam in posthumam cadere quæstionis non est, quamuis nomẽ posthumæ non cadere in eam quæ iam in rebus humanis sic certum est. Vl.

Filiarum nomine masculini non continentur exemplo enim pessimũ est fœminino uocabulo etiam masculos contineri. Filiorũ aũt nomine filiæ accipiũtur. Iabo.

Filiorum appellatione & naturales liberos suos ideſt in seruitute susceptos creditur contineri his uerbis Labeo ait. Quisquis mihi alius filius filiiue hæres sit. Proculus qua mihi labeo uidetur uerbor̃ figurã sequi. Proculus mentem testãtis. Respõdit nõ dubito quin labeonis sententia uera non sit.

Filio filiisque meis hosce tutores do. Ser. ait. Si ita scriptum sit: Masculos duntaxat tutores datos esse quoniam a singulari casu hoc est filio ad pluralẽ uidetur transisse continẽtem eundem sexum quem singularis casus prior positus habuisset: sed hoc facti non iure habet quæstionem. potest enim fieri ut singulari casu de filio senserit: deinde plenius omnibus liberis prospexisse ipse in tutore dando uoluerit q̃ magis rationabile esse uidetur. Pomponius.

Filii appellatione sicuti filiam familias contineri sæpe respondemus: ita iusta interpretatione recipiendum est ut & nepotes uideantur comprehendi. Et patris nomine & auus quoque demõstrari intelligatur.

Fimum quod nos fritillum dicimus in quo coniecte tesseræ agitatæque miscentur. Porphirion.

Finire item pro figere. Fe.

Finitores dicebantur quos nunc agrimensores dicimus. dicti q̃ fines diuiderent Plautus in penulo: Eius nunc regiones limites cõfinia determinabo eius rei factus sum ego finitor. Nonius.

Fingere componere. Virgi. secũdo geor. Persequitur uitem attondens fingitque putãdo. M. T. de finibus bonorũ & malorum libro. quinto. Vt alia in primo ortu perficere: alia progrediente ætate fingere. Lucil. li. xxvii. Item plurima salute & fictis uersibus. Lucil. qbus potest impartit. Mar. Tul. de officiis. li. iii. Fictam & commenticiam fabulam prolatam ducũt a platone. No.

Fingere parare Lucilius libro octauo. Sed fuga fingitur timido uadit pede percitus. Marcus Cato de liberis educandis. Magnũ est enim ut Ariston scribit, in primordio puerili quẽadmodũ icipiat fingat quasi euadat. No.

Fingere efigiare: uel formare: uel facere. Marcus Tullius de republica. libro. quarto. Ego uero eodem quo ille Homerum redimitũ coronis uel delibutum unguentis ex ea urbe quam fingit ipse. Idem de natura deorũ libro secundo. Deinde in ore sit aliena lingua est finita dentibus: & uocem moderate profusam fingit & terminat. Virgilius libro secundo ænei. Nec si miserum fortuna sinonem finxit uanũ & mẽdacem improba singet. Marcus Tullius de officiis libro secũdo Fingimus nirũ de eius deliberatione & cõsultatione quærimus. Salustius in catilina. Quæ natura prona atque obedientia uẽtri finxit. Plautus in asinaria. nam nec fictum usquam nec pictum nec scriptum in pœmatis. Varro in thapheminippo. Vt hirundine singuli obliti luto tegulas fingebãt. No.

Fingere simulare mẽdacium. Affranius fratris nunc uide hoc quo pacto ego aurum in medium proferam: tu castalia cogita: tu finge fabricare ut iubet. Virgi. secundo geor. Non hic te carmine ficto atque per ambages. Te. in and. Confingunt quandam inter se nunc fallaciam. Virgilius. xi. æne. Vel cum se paudum contra mea iurgia fingit. Artificis scelus. Marcus. Tullius. de finibus bonorum & malorum libro quinto. Talibus exemplis non ficte solum fabulæ: sed etiam historiæ refertæ. Nonius.

Fingere. tergere Vir. viii. æne. Et corpore fingere lingua. Cicero in septiona. Spongiis sanguis effingebatur: ideſt tergebatur. Seru.

Fingere quære i uerbo effingere. Lau.

Fingo compono. Virg. octauo. ænei. Mollique fluentem fronde premit crimen figens. Et secundo georgicorum. Post uitem attõdens singitque putando. Ser.

Fingitur componitur. Hora. libro car. Et fin-

gie artubus: ut & corpora figere lingua. Acr.

Findo quoque fidi facit: licet quidam fisi puta uerunt. sed Virgilius in nono. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo: Diffidit Hora. in tertio. car. Diffidit urbium portas uir macedo. Priscianus.

Fio fitum secundum antiquos fite imperatiuo modo. Cato de præda militum diuidenda diuides fite. Crassius libro decimosexto Illi dos. socii nũc fite uiri. Nonius.

Firmum ciuitas Emporium est Piceni. Strabo.

Firme & firmiter aduerbia a firmo. Cicero in tertio de republica. Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia eé uoluerũt Priscianus.

Firmitudo pro firmitas. Plautus in asinaria si istam firmitudinem animi obtines salui sumus. Cicero de republica libro primo: Habent æqualitatem quandam qua carere diutius uix possunt. liberi deinde firmitudiné.

Fiscellus italiæ mons nõ longe a tyberi fluuio

Fissilis arbor lignum tum quasi fixum. cuneus fixilis dicitur quia finditur. Plinius libro sexto. Hæc maxime fissilia. alia frangi celeriora q̃ findi. Laurentius ualla.

Fistulæ per quas aquam ducunt.

Fistulam iunctã parieti communi: quæ aut ex castello aut ex cœlo aquam capit non iure haberi Paulus. ait.

Flagrones dicebatur genus hominum quod mercede flagris cedebatur. Seruius.

Flagrones dicti sunt serui: q̃ flagris subiecti sunt. ut uerberones a uerberibus. Affranius in Vopisco. Tu flagronibus priuigno iucũditatis plus est in te mihi: q̃ commercatis consecute eduliis. Nonius marcellus.

Flagitium periculum. Lucilius libro trigesimo qui æde poscente minus & præeunt rectius multo & sine flagitio. Nonius.

Flagitium more militari dicitur res flagitione hoc est increpatione digna. nam flagitio strepitus dicit. unde flamina & flagella & flagellare idest personare intelligimus dici. nam hæc omnia sine sonitu crepituque nõ sunt Terentius in eunucho. Ha flagitium facinus. Donatus.

Flagella dicuntur summæ arborum partes ab eo q̃ uentorum crebros sustinent flatus. Virgilius secundo georgicorum. Neue flagella summa pete. Aut summas defringe ex arbore plantas. Seruius.

Flagro ardeo a flamma: uel flatu quo alitur incendium per. l. Virgilius primo æneidos Flagrantisque dei uultus. Ser.

Flamen dialis dictus q̃ filo assidue uelatur inde appellatur flamen quasi filamen. Dialis autẽ a dio a quo uita dari putabatur hominibus. Festus.

Flamen dialis maxime dignationis inter quindecim flamines. & quomodo cætera discrimina maiestatis sue habeant minimi habeantur. Pomonalis q̃ pomario leuissimo fructu agrorum præsidet idest pomis. Fe. pom.

Flaminas ædes flamini dialis. Fe.

Flamearii infectores flamei coloris uiolarii dicuntur. Festus pompeus.

Flameo amicitur nubens ominis boni causa q̃ eo assidue utebatur flaminica idest flaminis uxor cui non licebat facere diuortium. Fe.

Flameo uestimento flaminica utebatur: idest Dialis uxor & Iouis sacerdos: cui telum fulmine idem erat colore. Festus pompeus.

Flamineus camillus puer dicebatur ingenuus patrimes & matrimes: qui flamini diali ad sacrificia præministrabat. Antiqui mistros camillos dicebant Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos apellatos sicut habetur in antiquo carmine: cum pater filio de agri cultura præciperet hiberno puluere: uerno luto grandia farra camille metes. Festus. põ.

Flamina dicebatur sacer dotula quæ flamini diali præministrabat. eaque patrimes & matrimes erat idest patrem matremque adhuc uiuos habebat. Festus pompeus.

Flaminis lictor est qui flamini diali sacrorum causa præsto est. Festus pompeus.

Flamineum uestis uel tegmen quo capita matronarum tegantur. Plau. in aulu. flaminari uiolarii: caluarii. Nonius marcellus.

Flamen cum masculini generis est sacerdotem significat: ut flamen dialis dicitur aut a pileo quem gestat. quasi pilamen. Nonius.

Flamines sacerdotes: quia in capite habebant pileum in quo erat breins uirga lanæ: filo tamen capita relegare cœperunt nam nudis eos capitibus incedere nefas erat unde a filo quo utebantur flamines quasi flamines uero festum diebus filo depositio pileo necesse erat accipere a quibus: ut Plutarchus auctor est quasi pilamines dicti sunt. Serui.

Flamines quod in latio capite uelato erãt semper ac caput cinctum habebant filo flamines dicti horum singuli cognomina habent ab eo deo cui sacra faciunt. Sed partim sunt aperta: partim obscura. Aperta: ut Martialis: uulcanalis. obscura: ut Dialis: furinalis cum dialis a Ioue sit. furinalis a furida: cuius etiã in fastis feriæ furinale sunt, Varro.

Flammigare Pidarus dixit: quod referat quod que oculis deprehenditur interdiu fumare æthona noctu flammigare. Mac.

Flanatica dicitur arbor fulmine icta. Festus.

Flaccet languet deficit Lucilius libro septimo Hic est macedo si agriō longius flaccet Acti. iachille. An sceptra iam flaccēt. Affrā. in diuortio. Disperii perturbati sunt iam flaccet fortitudo. Ennius in thyeste: Inflaccebant conditiones repudiato & redito. Nonius.

Flauisas eas dici Varro existimat: qđ græci thesauros uocant: in epistola quam ad seruium Sulpitiū dedit. quin Valerium soranum solitum dicere quos thesauros græco nomine appellaremus priscos latinos flauisas dixisse quod in eos non rude æs argentumque: sed flata signataque pecunia cōderetur. Nonius

Flaxamina. Cicero de oratore libro secundo. Tantā uim habet illa quæ recte a bono pœta dicta est flaxamina atque omnium regina rerum oratio Pacuuius in hermiona: Flaxamina atque omnium regina terum oratio. Nonius marcellus.

Flagitiū quære in crimen. Lau.

Flautasis fluuius in finibus dacorum est.

Flagito est uehementer & plusq̄ postulo: ut Quintilianus pro Quintio. Quāquā hoc causā postulat & si postulat nō tamē flagitat.

Flagrare & ardere & ignere ita differunt q̄ igneſcere est incendi & ardere. flagrare uero olere. Nonius marcellus.

Flámesco a flámа formatur ſchoatiuū. Dio.

Flamina quære in metaurus: Acron.

Flauius fimbria ilium expugnauit & diruit tē/ poribus ſylæ rogatus curret. Pri.

Flauo rubeo Hora. libro. car. Accipit flauo nido laborum. Acron.

Flaminea fœmininum a flamine protulit Trogus in uigesimosecundo Papiro flamina flaflamini penultima obiit. Pri.

Flaminiam uiam e Roma per. Tusciam & Vmbriam usque ariminum strauit Marcus Lepidus. C. flaminii in consulatu collega post uictoriam quam de liguribus habuerit. Et Marcus Lepidus strauit reliquam porro usque Bononiam: & ex ea in aquileiam prope alpium radices ducto per girum circa paludes ope huius regionis terminus mōstratus est quam nūcupamus galliam ad reliquam italiam & montes appennini Tusciæ imminētes & eis annis & postremo rubicon uterque adriaticū intrantes pelagus. Strabo.

Flamina gene. fœmi. domum flaminis sacerdotis significat. A. g. libro decimo Ignem & flamina ideſt flamis dialis domo: nisi sacrum & ferrum ius non est. Seruius.

Flere quære in dictione euilare. Lau.

Flegeton inferorum fluuius pœtis familiarissimus est: ignem quidē significat seu ardorē.

Fleuo lacus est quem rhenus maximam aquarum copiam trahens de seipso. post longū discursum facit & in eius medio insulam a qua fleuo nominatam amplectens demum exinde exiens iterū sese cogit in ripas.

Flexilis ramus flexiles uites q̄ flexæ sunt. & lapsu erratico torquentur. Lau.

Flemina dicuntur cū ex labore uiæ sanguis defluit circa talū. Festus.

Fligi & affligi. Liuius in ægysto: Ipse se in terrā fligit cadens. Acti. i epinausimache: Nec perdolescit fligi socios morte campos contingi Idem in ægysto. Hem ciuitatis stirpem funditus fligi studet. Nonius.

Floces sex uini. Cecil. ædepol ego neque florē neque floces nolo: mihi uinū uolo. Nonius.

Floxus fluuius est Hispaniæ promontorio celtico uicinus.

Fluere ē decurrere. Vir. geor. libro primo Hæc eadem argenti riuos æriſque metalla ostēdit Venis atque auro plurima fluxit. Nonius.

Fluere latius execrescere. Virgi. geor. secundo. Tum denique exerce imperia & ramos compesce fluentis. Nonius.

Fluere minui deficere. Virgilius æneidos libro secundo. Ex illo fluere ac retro sublapsa referri. spes danaum. Nonius Marcellus.

Fluctuatim iactanter & solute. Affranius in pōpo. Tene tu in medio nemo est magnifice uolo fluctuatim ire ad illum. Accipite hoc: tege tu & sustine. Nonius marcellus.

Fluuiatilis piscis incola fluuiorum non maris aliarumue aquarum.

Fluxus ab actiua uoce descendit: nec actiuam nec passiuam significationem plane habet.

Fluxurus soliti sunt dicere. unde & fluctus ipsi motus aquarum. Pris.

Flocci facere & floccipendere contendere significat. Terentius in eunuco. Tum autem qui non illum flocciferim. Donatus.

Floces uini fecē appellabant ueteres. unde etiā floccipēdere. Seruius.

Floces audierat prisca uoce significare uini fecem a uinaciis expressam sicuti fraces oleis. Aulus gellius.

Flociferum dictum q̄ eo die spicæ ferūtur ad sacratium. Festus pompeius.

Focus fomenta focillationes foculi a fouendo. idest calefaciendo dicta sunt. Fe.

Focula dicta sunt nutrimenta. unde & focula/re dicitur ut fouere. Plau. i persa. ad ædes ná iam intus uentris fouent focula. Nonius.

Focillatur. Varro de uita pa. libro secundo. ꝓpter secundas sublato metu non in cõmuni spectant. sed suum quisque diuersi commodi focillantur. Nonius.

Focias flu. est thessaliæ & i epidaurũ effluit.

Fodare fodere a fodendo dictum. Cic. tusc. libro tertio. Non est enim i potestate foditantibus eis rebus quas malas opinamur dissimulatio uel obliuio. Nonius.

Fœdũ cõsuetudine deforme. Teren. in eu. Nũc tbi uidetur fœdũ ꝙ illam nõ habet. No.

Fœdum execrandum. Virg. li. vii. Auersusque refugit fœda ministeria. Nonius.

Fœdare dilacerate. Virgilius secundo æneid. Impulerat ferro argolicas frœdare latebras. tam enim apud Virg. q̃ apud Salustium fœdum non tam turpe q̃ crudele significat. Priamumque per aras sanguine fœdãtem quos ipse sacrauerat ignes. Et salustius fœdi/oculi. Seruius.

Fædifragos qui fœdera frangerent in Neuiano carmine ruminabantur. A. g.

Fœlix propitius. Virgilius libro prio æneidos An phœbi soror: an nimpharum sangui/nis una. Sis fœlix. Nonius marcellus.

Fœlix fructuosus uerax. Virgilius secundo ge/orgicorum. Exilit ad cœlũ ramis fœlicibus arbos. Varro de uita patrum libro secundo. Contra e nouo marito cum ita e foco mitiore & fœlici arbore & inæquali aqua allata esset. Nonius marcellus.

Fœdũ crudele. Salu. fœdi oculi. Ter. i eu. proh deum fidem facinus fœdum. Do.

Fœlix fœcundus. Vir. fœlicéque trahit linum.

Fœlicitas aduersa est cum ex prosperitate ꝙ læ dat nascitur. Terentius in eu. Cui magis bonæ fœlicitates aduersæ fient. Do.

Fœmur & fœmen quære i dictione coxa. Lau.

Fœneraticius quod datum est fœnori: aut ad fœnus pertinet. Laurentius ualla.

Fœtum significat impletum. Virgi. primo æn. Loca fœta furentibus austris. Et libro secundo. Scandit fatalis machina muros fœta armis Var. γνωσι δε αυτον. Non uidetis unũ & paruulus amor ardi fœta lampades. No.

Fœtum onere leuatum. Virgilius libro octauo Fecerat & uiridi fœtam mauortis in antro Et tertio geor. Hic tibi fœta mare patrum mulcraria uaccæ implebũt. Var. de uita pu pu. ro. libro secundo. Mensæ ãte ponebantur cum talia & uno in quoquo ueniebant ad fœtam amice gratulatum diis mactabãt. Nonius marcellus.

Fœta plena. Virgilius libro primo æne. Loca fœta furentibus austris & alio loco fœta armis. Sciendum est autem fœtam dici & grauidam & partu liberata: ut fecerat et uiridi fœtam mauortis in antro. Enixam autẽ fuisse lac ꝙ pueris præbebatur ostendit. Item fœtam frauidam illo loco ostendit. Non in sueta graues tentabunt pabula fœtas. ergo qa fœta medius sermo ẽ: bene hoc loco epitheto discreuit dicés graues fœtas: ut bonũ facinus bonũ uenenũ: & malũ uenenũ. Ser.

Fœtis pro fœtibus. Actius in bachidibus: ubi sanctus Citheron frondet uiridantibus fœtis. Nonius marcellus.

Fœnus autem a fœtu dictum est: quasi a fœtura quadam pecuniæ parentis atque increscentis. Idcirco. M. Catonem ætatis suæ doctissimũ fœnerator sine a littera pronunciasse tradidit sicut fœtus ipe & fecunditas appellata. A. gel.

Fœnisicia omnes agri colũtur ab hominibus seruis aut liberis aut utrisque liberisque paupercülis cum sua progenie: aut mercẽnariis cum conducticiis liberorum operis res maiores: ut uindemias ac fœnificia administrant quos operarios nostri uocitarunt. V.

Fœnificiæ conduntur melius sub tecto q̃ in aceruis: ꝙ ita fit iniucundius ex eo intelligitur: quod pecus utroque posito libentius est. Varro.

Fœles omnes parietes tectorio lenigantur ne fœles aliaue bestia introire ad nocendum possit. Varro.

Fœlices arbores uerranius de uerbis põtificalibus ait: fœlices arbores putantur esse quercus: esculus: ilex. iuniperus: eorylus: sorbus: ficus: alba: pirus: malus: prunus: cornus: lotus. Tarquinius nutem priscus in ostentario arborario sic ait. quæ arbores quæ in forum deorum aduertentium que in tutela sunt eas infœlices nominant alternum sanguinem fœlicem ficum atram quoque baccam nigram nigrosque fructus ferunt. Item que acrifolium pirum saluaticum prunum rubum senteſque quibus portenta prodigiaque mala comburi iube oportet. Macrobius de saturnalibus.

Fœlix dicitur fortunatus beatus. Virgilius ter

rio æneid. O fœlix una ante alias priameia uirgo. Nonius.

Fœmur fœmoris: fœmẽ fœminis. Fe.

Fœneratum est cum lucro redditum & multiplicatum. Teren. in adel. Metuisti ne non istuc tibi fœneraret. Donatus.

Fœdum antiqui dicebant pro edo foliis ꝑ olere: fostim ꝑ hoste: fostia ꝑ hostia. Fe. pom.

Fœdus appellatum ab eo ꝙ in paciscendo fœdere hostia necaretur. Virgilius Cæsa iungebant fœdere porca. uel quia in fœdere iterponatur fides. Fe.

Fœdus cruentus crudelis. Virgilius septimo æne. Abstinuit tactu pater: auersusque refugit. fœda ministeria. Ser.

Fœtura prouentus gregis idest ipse fœtus. Virgilius. Si fœtura gregem suppleuerit aureus esto. Seruius.

Fœta plena. Require supra. Ser.

Fœnero fœneras & fœneror. aris. dici potest Festus pompeius.

Fœnus appellatur naturalis terræ fœtus: ob quam causam & nũmorum fœtus fœnus dicitur. Et de ea re leges fœnebres. Fe.

Fœnus ab eo dictum ꝙ pecuniam pariat increscenti tempore quasi fœtus uel fœtura. nam & græce τοκος dicitur απο του τικτειν qđ ẽ parere. Varro libro tertio de latino sermone. Fœnus autem dictum a fœtu: & quasi fœturam quandam pecuniæ. Nam & Catonẽ & cæteros antiquiores sine a littera fœnus pronũciasse contendit: ut fœtus & fœcunditas. Nonius.

Fœnus & fœnerata res & lex decredita pecunia. Festus.

Fœnus quære in uectigal. Lau.

Fœtus & fœtura in catuli. Lau.

Fœlix quære in prosper. & iterum in beatus. Laurentius.

Fœnero quære in uerbo mutuo. Lau.

Fœnix thessaliæ fluuius ẽ.

Fœnebris a fœru dicta: ꝙ crediti nũmi alios pariant: aut apud græcos eadẽ res dicit τοκος fœnum quoque pratorũ ab hac causa ẽ appellatum: ꝙ id ipm manẽs quotannis nouũ parit. unde etiam fœstiua uocata ẽ. Fe.

Folium a græco uenit: qđ illi φυλλον dicunt sed ideo per unum l: quia antiqui non geminabant consonantes. Festus.

Foliculare appellatur pars remi quæ foliculo ẽ tecta: a quo uita foliculatis. Fe.

Foliculum corpus. Lucil. lib. xxvi. Ego si quis sum & quo foliculo nunc sum indutus non quæro. Nonius.

Foloe mons ẽ thessaliæ in eo quondam cẽtauri nati sunt. Alii arcadiæ montem dicũt: nõ nulli thraciæ.

Fomites sunt assulæ ex arboribus dum ceduntur excussæ dictæ: ꝙ in eo opere occupati cibis potuque cõfouentur: ac opilius adustas iam uites uocari existimãt fomites. Alii uocari putant scintillas quæ ex ferro cãdenti malleis excutiuntur. Dictæ autem ita: quia igni sunt confotæ: pari modo assulæ quæ sunt securibus excussæ. Festus.

Fons a fundendo dicitur. Festus.

Fontanalia a fonte: ꝙ is dies feriatus cum in fontes coronas iaciunt & puteos coronant. Festus.

Fontinalia fontium sacra. unde & Romæ fontinalis porta. Festus.

Formidolosus timendus: quia naturaliter formidandus. Hor. li. car. Seu me scorpius aspicit formidolosus. & Salu. etiam cum potentia Cn. Pompei formidolosa erat. Acron.

Foramen. Sisen. hist. lib. quarto. Neque porta neque foramẽ erat quo possit eruptio fieri.

Fortunatæ insulæ non admodum lõge a mauritaniæ promontoriis sunt. disiunctæque a gadibus oppositæ sunt. Strabo.

Forum Iulii dicunt ubi & cæsaris Augusti nauales sunt. Est autem inter Olbiam & Antiopolim. distans a Massilia stad. vi. milibus

Forago filum quo textrices diurnum opus distinguunt: a forando dictum. Fe.

Foramina quasi dĩminutiua a foribus dicta. Cicero. tuscul. libro primo. Quanq̃ foramina illa quæ patent ad animos a corpore calidissimo artificio natura fabricatur. No.

Forcipes dicuntur ꝙ his forma idest calida rapiuntur. Festus.

Forbam antiqui omne genus cibi appellabant quã græci φορβην uocãt. Festus pompeius.

Forceps ex eo dictum ẽ ꝙ formam capiat. formum enim ueteres calidum dixerũt. Ser.

Fordicilia a fordis bubus bos forda dicit quæ fert ĩ uentre ꝙ ea die publice immolabatur boues prægnantes in curiis compluribus: a fordis cædendis fordicidia dicta. Varro.

Fordicidæ boues quæ fordæ. i. grauidæ immolabãtur: dictæ a fœtu. Festus.

Fortis frugi & bonus siue ualidus. Festus.

Forum sex modis intelligitur. Primo negociationis locus: ut forum flam ineum: forum iuliũ ab eorũ nominibus: qui ea fora cũstodienda curarunt: qđ etiam locis priuatis &

inuiis & i agris fieri solet. Alio i quo iudicia fieri cũ populo agi cõtiones haberi solent. Tertio is qui puinciæ præest forum agere dicitur: cum ciuitates uocat; & de controuersiis eorum cognoscit. Quarto id forum antiqui appellabant: qđ nũc uestibulum sepulchri dici solet. Quinto locus in naui: sed tũc masculini generis: & ẽ plurale. Sexto fori significant & circensia spectacula: ex quibus etiam minores forulos dicimus. Inde & forare foras. i. fercula. i. hostia dicũt. Fe.

Formucales forcipes dictæ: q̃ forma capiunt. ideſt ferentia. Fe.

Fornacalia feriæ institutæ sunt farris terendi gratia q̃ ad fornacem quæ in pistrinis erãt sacrificium fieri solebat. Fe.

Fortunare est prosperare & omnibus bonis augere. Plau. in trinummo. Defortunabũt uestra consilia. Mar. T. ad Curionem. Tibi patrimonium dii fortunent. Affranius in emancipato. Deos ego omnes ut fortunati sint præcor. Nonius.

Fortunatum Romani putabant cælibẽ quem dicebant quasi cælicem. Teren. in Adel. Et q̃ fortunatum isti putant uxorem nunquã habui. Donatus.

Fortunatim prospere. Enn. in annalibus. Ea mihi reliquæ fidei regno uobis quæ quiritis se fortuna ifœlicius ac bene uortat. No.

Fornacalia sacra erãt cum far in fornaculis torrebant. Festus.

Formiæ oppidum appellatur ex græco uolũt τροφώμος: quod circa id crebræ stationes tutæque erant: unde proficiscebantur nauigaturi. Festus.

Forma significat modo faciem cuiuscunque rei: modo calidam ut cum extra quæ dantur de forma appellantur. Et Cato ait de quodã ædificio æstate frigido: hyeme feruido. Itẽ forma appellãt pulsamiliatia ex melle. F.

Forma & uultus forma immobilis ẽ & naturalis. Vultus & mouetur & fingitur. Teren. in and. Forma & uultu Sosia adeo modesto ueteres ignem & calorem quendam quasi feruorem dixerunt formam. Ideo fornaces forcipes: formã & formosos ex qbus ignis amoris exorit. Idem i phor. ut unus boni i ipsa esset forma hæc formam extingueret & laudandus. Ter. proprietate seruata: qui cum forma præ ulisset: subiecit extingueret. Virgilius in buc. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas. Ab igne igitur ut calore fotma dicta ẽ. Donatus.

Foria stercora liquidiora. Pomponius i marco. Conforisti me Diomedes. Laberius in panilicis foriolus esse uideris i coleos cacas.

Foriolus qui foria facile emittat saluti scilicet uentris. Nonius.

Fors & fortuna hoc distant: fors est casus temporalis: fortuna est dea ipsa. Actius in astianacte. Ithera in quibus partibus nanque audire uolo si est quam exopto & quo captus: modo fortuna nean forte reperitur. Varro in epistola ad Fuscum. Dii quæso fors fortuna quantis cõmoditatibus hunc diem. Nonius.

Fortis est celer. Lucillius libro tertio. Aut quid nam tremulis facere artubus & comsimilia in cursu possint & fortis equi ius. Virgilius libro. xii. Quid tam egregium si fœmina forti fidis equo. Nonius.

Fortis & diues. Plau. in trinummo. Eum sororem spopondisse uiam suam fortem familiã ideſt diuitem & copiosã. Affranius. Fratris formosa uirgo est quis dimidium uocãt isti dimidium dotis qui dotis negligunt uxori præterea fortis. Lucil. lib. xxx. Omnes formosi fortes tibi ergo improbus esto. No.

Fortis magnarum uirium. Virgi. primo ænei. Fortemque cloanum. Nonius.

Fortasse ueteres infinitiuo modo adiungebãt. Plautus fortasse te amare suspicauere. Do. Fora & fori ut genere: ita & sensibus differunt. nam neutro iudiciorum & litium sedes est. masculino spacia in manibus apertiora uel in gladiatoriis ludis. Nonius.

Forum pro tribus intelligitur. loco tempore & persona. Terentius in phor. Scisti uti foro: sed illos negotiatores qui ante locum cõmercii non præscribunt quanto uendant quæ aduehunt. sed secũdum annonam fori quam deprehendunt consilium de uendendis mercibus sumunt. Et scisti uti foro uulgare prouerbium est. eius sensus est. Scisti qđ te facere oporteret. Donatus.

Fori tabulata nauium ab eo q̃ incessus ferant Virgilus. Implessemquæ foros flammis. Et Cicero in Catone maiore: Alii malos scantiant. alii per foros cursitent. Ser.

Fori generis masculini pluraliter dicuntur spatia in nauibus aperta: uel in gladiatoriis ludis. Seruius.

Fore reuera tantũ futuri tẽporis ẽ. Oui. metamorpho. Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus. Vir. primo geor. Sic nã fore dici non põt. Cic. in episto. ad Trebatium.

Scripſit ad me Cæſar ſe tibi nondum familiarem eé ſatis ꝓpter occupatiões ſuas. ſed cito fore. Seruius.

Fores dicuntur quæ ꝓprie foris aperiuntur ſicut apud ueteres fuit. Seruius.

Fores ſingulari numero carent. Teren. in adel. Sed quidnã fores crepuerũt. Donatus.

Fornum & fornaces dicũtur a forno qđ é calliđum. Inde forcipes q candẽs teneant ferrũ. Vir. lib. viii. Verſantque tenaci forcipe maſſam. Varro de ui. pa. li. primo. Coquula quæ coquebat panẽ primũ ſuccinereé. poſtea i furnum: cuius utriuſque uocabulum a forno dictum: ideſt a calore. Nonius.

Formidoloſum & q ip̃m ſit: & qđ aliis ſit formidabile. Salu. in catil. Non armatus hoſtis formidoloſus erat.

Formidoloſus dici põt & qui formidat & qui formidatur. & inuidioſus & qui inuidet: et cui inuidetur: ut ſuſpicioſus & qui ſuſpicat & qui ſuſpectus é. ut ambitioſus & qui ãbit & qui ambit: ut item gratioſus & qui adibit gratias: & dat gratias. ut laborioſus & qui laborat & qui labori é: ut plæraque alia huiuſmodi in utrãque ptẽ dicũt. Lau.

Forum quo conferunt ſuas controuerſias: & quæ uendere uellent quo ferrẽt. forum appellauerunt: ubi quid generatim additũ ab eo cognomen: ut forum boarium: forum olitorium. Varro.

Forũ piſcarium uocant ſcđm Tyberim ad laniculũ. Ideo ait Plau. apud piſcarium forũ ubi uariæ res. Varro.

Fornix fabianus arcus é iuxta regiã i ſacra uia Fabio cenſore conſtructus: qui de uictis allobrogibus nominatus é: ubique ſcuta eius poſita. A. g.

Fore infinitiuũ uoce é: ſignificatiõe participiũ. ſignificat. n. futurũ eſſe: ideo reſpuit participiũ: ut ſpero fore te amatorẽ: nõ autẽ amaturũ fore. & timeo te uerberãdũ. nõ ãt te foꝛ uerberãdũ. Itẽ ſpero te amãtẽ mei fore: nõ ãt me cum duo participia diuerſorum tẽpoꝛ coire nõ poſſint. ibi. n. uim nominis habet. Affore hanc differẽtiã nõ habet. Inde affuturus: ſic de fore defuturus: confore & pfore comicorũ. Hora. Quæ nocuere ſequar: fugiam quæ ꝓfore credam. i. ꝓfutura. Lau.

Forum neutro genere dicimus locũ rebus agẽdis deſtinatũ: uel cõmercium ſignificamus. Maſculine autẽ fori tantum pluraliter tabulata nauium dicũtur. Ser.

Fors cum ſit nomẽ accipitur pro aduerbio. Virgilius in. xi. Fors & uota facit: cumulatque altaria donis. Priſcianus.

Fornix in antris ꝓſtrare conſueuerat: unde & fornices dicti. Hora. li. car. Grato pyrra ſub antro. Acron.

Forma ſpecialiter ꝓ pulchritudine ponitur ut formæ cõiunx. hora. lib. car. Forma captiuæ dominum tegmeſſe. Acron.

Forum flaminii in umbria é. Strabo.

Forum ſempronii in umbria eſt. Strabo.

Foruli ſabinorũ petræ ſunt ad rebellandũ aptiores. Strabo.

Formias condidere Lacones: quas prius hormias aſtationis ideſt hormi bonitate appellabant. Strabo.

Forẽciũ oppidũ é. Apuliæ: Venuſiæ ciuitati cõterminum. qđ ideo humile appellat hora. quia é in ualle ſitum: ſed nunc é ſine habitatore. hora. lib. car. Et aruum pingue tenẽt.

Forſices uocabula ſũt militaria quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet: frons: ſubſidea: cuneus. orbis. globus: forſices: ſeram ale: turres. hæc & quædam alia inuenire é in libris eorum q de militari diſciplina ſcripſerunt. tráſlata autẽ ſunt ab ipſis rebus quæ ita ꝓprie noĩanť: earũque rerũ i acie inſtruenda ſui cuiuſque uocabuli imagines oſtenduntur. A. g.

Formica formicinus. Plau. in menechmis: Atque hæc cuius incedit monet formicinũ gradum. Priſcianus.

Fornax corripit penultimã genitiui. Luca in quarto. Tigranẽque meum nec fornacis arma barbara. in. x. Priſ.

Forſit pro fortaſſe. Hora. in primo ſer. diſſimile hoc illi é quia non ut forſit honorem mihi iure inuideat.

Forgius æthiopiæ mons excœlſiſſimus.

Formæ maritima urbs é latina iuxta Caietam appiam uiam attingentes: formias condidere Lacones ut ſupra Strabo.

Forum pro ſedibus & penatibus: fori loca ſpectaculorum. Item fori ſunt in nauibus quo nautæ ſedentes remigant. Dio.

Forum cornelii ũ é i medio Bononiæ & Rauennæ aliarumque ciuitatum nõ longe ab Arimino: per quas iter eſt Romam. Strabo.

Foruli ſabinorum petræ ſunt ad rebellãdum q̃ habitandum aptiores. Strabo.

Forum lulii in gallia dicunt: ubi & cæſaris Auguſti nauales ſunt. Eſt autẽ inter olbiam & antipolim: diſtans a maſſilia ſtad. ſex milibus. Stra.

Fortunatæ inſulæ nõ admodum longe a mauritanis ꝓmontoriis ſunt diſiunctæque ga-

dibus oppositæ sũt. Strabo.

Forfices filorum. forpices pilorum. forcipes fabrorum dicuntur. Ser.

Forticulus. Cice. tuscu. Quãuis idẽ hõ forticulũ se ĩ torminibus & ĩ stranguiria præbeat.

Forion Armeniæ maioris fluuius in Tigrim mergitur.

Fornius fluuius Aquileiæ propinquus ẽ.

Fossa a fodiendo. Varro.

Fossicium ĩ gallia trãsalpina: intus ad Rhenũ cum exercitũ ducerẽ aliquot regiones accessi: ubi nec uitis: nec olea: nec poma nascerẽtur. ubi agros stercorarent cãdida fossicium creta: ubi salẽne fossicium maritimũ haberent: sed ex quibus lignis combustis carbonibus salsis pro eo uterentur. V

Fossã uocabãt unde exculpserãt terrã & ĩtorsũ faciebant mugę potestaq̃ fieret orbis. V.

Fossa ẽ receptaculum aquæ manufacta.

Fouere ẽ nutrire prouehere. Virgi. geor. Ii. tertio. hinc nescio qua dulcedine læti pgeniem nidosque fouet. Et primo æn. Iam tũ tẽdit que fouet que. Luc. lib. xxix. uentrẽ alienum tamen fouere ex mollito ordeo uti cataplasmo. Nonius.

Fouere aspergere. Virgili. lib. xii. Fouet ea uulnus lympha longeuus iapix. N.

Fouere constituere. Virg. geor. lib. quarto Subtera fouere larem. Et primo æn. Et interdũ gremio fouet inscia dido Insideat quantus miserę deus. No.

Fouere tueri. Vir. viii. æn. Non obuia ferre arma uiros: sed castra fouere. No.

Fratria uxor fratris. Festus pompeus.

Fratriæ appellantur quasi fratrũ inter se uxores. Nonius. Marcellus.

Frater a græco dictus φρητηρ uel q̃ sit fere alter. Festus.

Fratilli uilli sordidi in tapetis. Festus.

Fratrare puerorũ mãmæ dicũtur: q̃ uelut fratres pares oriuntur quod etiã in frumento spica facere dicitur. Fe.

Franosus erit qui fraudem cõmiserit. Fe.

Frasare uigilia circumire. Festus.

Frãgescere frãgi. Actius ĩ egystho. Neque fera hominum pectora frangescũt donec uim persẽserint imperii. Idem ĩ eurisa. Nũq̃ erit tam immanis cum mea opa extinctum sciat quin frangescar. No.

Frausus fraudatus ideſt ad fraudis fructum uenerit. Plau. in asina. Non placet me tuo in cõmune nequam fraudem frausus. sit. No.

Fragor a fractarum rerum sonitu nominatus est. Virgil. prio geor. Et miserabere fractas Seruius in arte.

Fragro odoré reddo per quæ fracta spirãt magis. Vir. primo æn. Redolentqne thimo fragrantia mella. differt a flagro per l ut supra in flagro. Ser.

Frater a germano in hoc intereſt. Germanus enim de eadẽ genitrice natus: non ut multi dicunt de eodem germĩe: quos Varro tantũ fratres uocat. hoc tamen confũdit usus. Se.

Fraus pœna: nam sic fraudem ueteres pœnam uocabant. ut etiam in antiquo cognoscitur iure. Virg. xi. æne. Iam nosce uentosa ferat cui gloria fraudẽ. Cic. ĩ de oratore. Idcirco narrabo ĩ periculo & fraude capitali eẽ. Se.

Fraus periculum in iure lectũ est. Erit illa res fraudi. i. periculo. Virg. quinto ænei. Quis deus in fraudem: que dura Potentia uestra ægit. Seruius.

Frater fratris uocabulum. P. nigidius homo impense doctus non minus arguta q̃ subtili ratione interpretatur: frater inquit ẽ dictus quasi fere alter. A. g.

Fraus. Hora. lib. quarto car. Ardenté sine fraude troiam. aut ut Troia non uideatur proditiõe euersa: sed fato. Aut sine fraude ideſt sine lesione.

Frater appellari potest atque eo nomine hæres instituui. q frater nõ est sed fraterna charitate diligitur. Pau.

Frarres patrueles sororesque patrueles. i. qui quæue duobus fratribus pgenerãt. Itẽ cõsobrini q ex duabus sororibus nascunt quasi consorini. Item amitini ideſt quæ quiue ex sorore & fratre propagãtur. Sed fere uulgus oẽs istos cõmuni appellatõe cõsobrinos uocãt. Itẽ qui ex fratribus patruelibus aut cõsobrinis uel amitinis pro pagãtur proprie cõsobrini uocantur Caius de gr.

Fraus aliud est: aliud pœna. fraus enim sine pœna esse potest. pœna sine fraude esse non potest. Pœna est sine noxæ uindicta. Fraus & ipsa noxa dicitur: & quasi poene quædã præparatio. Vlpia.

Frango nauem: fregi brachium: non passus q̃si per se fecerit. Ter. Is fregit nauim apud andrum. Lau.

Fraudulosus qui fraudem facit: quod in fraudula diminutiuo uidetur uenire potius q̃ a fraude. Lau. Val.

Frangit. Hora. lib. car. Imperiumque frangat aut quia imperium sen per fragile putant: aut quia magnæ res deterioratæ & fractæ dicuntur. Virgi. fractæ uires. Et alibi. fracti bello. Acron.

Frecebunt displicebũt.Fe.
Fregelle locus in urbe in quo ciuitas feriis hospites habitauerũt.Fe.
Fremitũ dictum uelut fremientũ.Fe.
Frendere.i.frãgere.unde & faba fresa:unde et dentibus dicimus frendere.F.
Frequẽtarium frequẽtem.F.
Fremere & frendere hoc dsiptiũtur:quia ẽ fremere magnũ sonare.Vir.in.vi.fluctibus et fremitu exurgens benace marino. Frendere alicui cum gemitu uel iracundia miserũ: & minax.Vir.iii.æne.Luminis effossi fluidũ lauit inde cruorẽ.Dentibus infrendens gemitu.Pacu.in antiopa.frendere noctes miseras quas perpessare.No.
Fremere:gemere:clamare:crepare ab similitudine uocis sonitus dictum:huic illa arma sonant:fremor oritur:hinc me nihil increpãdo comones.Var.
Fremitus sonus fluctuũ & in populo murmur idignante: & præiracũdia humanã uocem imitante.Vox oratioque etiã fremitus dicit Stridor est acrior & quasi sibilans collisio. Strepitus tamen ꝓprie pedum ambulantiũ manuũque aliquid ptractantium. Sonus ẽ etiam fastus & pompa diuitiarũ:quasi a strepitu comitantiũ.Quintil.hic cum me euocasset subito trepidũ totoque fortunæ suæ strepitu circũsteterisset.Crepitus sonitus ẽ uiolentus ex impulsu resultans:ut pedentis. Inde increpare ẽ cũ eruptione uocis & immani sonitu repræhendere.Itẽ tubæ:tympana & similia crepitant:unde fit crepitaculum. Lau.
Frequens in dictione cælebris.Lau.
Fregena urbs ẽ extgua:occurrens nauigãtibus a Cossis hostiã iter alium & hostiam. Stra.
Fregella olim ciuitas:hoc quidẽ tẽpore uicus ẽ non longe a uelitre inter uiam latinam & appiam.Fregellas aũt lyris præterfluit:q ad Mynturnas erumpit.
Fregeus campus ẽ in agro cumano.Stra.
Frena apud Virgi.& frenos legimus & frenũ. Ser.
Friuola sunt ꝓprie uasa fictilia quassa.unde dicta uerba friuola quæ minus sunt fide subnixa.Fe.
Frigilla auis dicta q frigore cantet & uigeat.unde & frigutire.Fe.
Frigere & frictũ a græco uẽit.φρίκειν horrere.
Frigere est frigutire & fritinnire sibilare subsilire cum sono uel erigi uel exilire & excitare:q quæcũque frigũtur uel frigent nimio calore uel frigore cum sono sursum subsiliunt.Plautus in Cassina.Nam quid frigutiris:quid istuc tam cupide cupis?Var.in uirgula diuina. Et pullos pepit fritinnientis. Idem honos lyras:Sæpe totius theatri tibiis crebro frictẽdo cõmutare mẽtes fringi animos eorũ.No.mar.
Friget frigidum ẽ.Virg.li.vi.Corpusque lauãt frigentis & ungũt.Teren.in phor. Tange si non totus friget me eneca.N.
Frumisci pro frui.Lucil.xxviii. Equæ frumiscor rogo actu.Cecil.li.ii.Domus suas quoque ire iubet & sua oia frumisci.Neuius.Pareo qđ magnopere quasi uerũ id frumisci non queunt.Nonius.
Frigit correpta prima syllaba significat erigit. Actius in melleagro.Frigit fugãtẽ corpus actiũ occulte obstruso i flumine.Idẽ in eodẽ. Frigit æstas rubore ex oculis fulgens.flãmeo Nonius.
Frigere & frigutire cũ sono sibilare.Plau.i casina.Nam quid frigutiris quid istuc tã cupide cupis. Affra.in priuigno.Occasionem catura mulier inuolat in collum plorat:occurrit nepos pauxillus.neptis porro de lecto frigit.Noni.
Frigoris quæ sit significantia manifestũ ẽ. Vir. primo geor.Friguſque calorẽque inter & lucem frigus:ut a fluuiis ita a sole calor:æstus ab undis æquoris.No.
Frigus metus.Vir.primo ænei.Extẽplo æneæ soluũtur frigore membra.No.
Frigus aeris natura.Vir.ii.geor.At sceleratam exquirere frigus difficile ẽ.No.mar.
Frigidũ uenenatum.Vir.in buc.Frigidus i pratis cãtando rũpitur anguis.
Frigidus mortuus.Virgi.viii.æn.Voluitur ille uomẽs calidũ de pectore flumẽ.Frigidus.N.
Frigidũ segne imbecillũ.Virg.Largus opum & lingua melior:sed frigida bello Dextera.Nonius. marcellus.
Frigidus nocẽs.Virg.Frigida saturni quo sese stella recæptet.Ser.
Frit illud in summa spica iam matura: quod est minus q̃ granum frit uocatur quod in firma spica ad culmen stramenti summum est. Varro.
Fricinius nauigabilis fluuius apud persas uel lacus iuxta albam:ut inquit.Stra.
Frigius fluuius ẽ minoris asiæ:qui & frigie ꝓuinciæ nomen dedit.& eam a caria diuidit. Est quidem magnesiæ quæ ad sipilũ ẽ iunctus insignis.L.Scipionis asiatici romanorũ consulis uictoria & clade Anthiochi asiæ & syriæ regis penes eum susceptæ.

Frigorificũ acetũ maxime oĩum frigorificũ est A.g.

Frigeo & frigo frixi. Ser. in ar.

Frigutire dicit subtilire garrire, unde & Plau. in cassina ait. Quid nã frigutis. Titin. in the miscide comœdia sic ait. Hæc anus ad modum frigutit.

Frigeo. xi. iquit Priscia. & lib. xi. frigui dicit.

Frondẽ & frugẽ & uicẽ absque nõiatiuis dicimus. Ser. in ar.

Fronte antiqui masculino genere dixerũt. Festus pom.

Frons ꝑ fronde. Virg. ii. geor. frons tenera im prudensque labor. Varro de re rusti. libro primo. Quod Cato ait circum fũdũ ulmos & populos & unde frons ouibus & bobus sit. No.

Frondator qui arbores amputat & animal qđ frondibus utit. Tria uero sunt genera frondator & frondator qui arbores amputat & frõdibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastũ efferẽdos. & qui manibus uitiũ folia auellit. quo ardor solis uuam maturiorẽ reddat & auis quæ i frondibus habitat uel nascitur. Ser.

Fronte hilaro uere & diserte. Cecil. hæc in subditiuo scripsit. Nam hi sunt inimici pessimi fronte hilaro corde tristi. A.g.

Fortis rursum famosa. Plau in milite. Et quid fortis uisa ẽ. No.

Fructus itelligũtur deductis impẽsis: que colligẽdorũ conseruandorũque gratia fiunt: qđ non solũ in bonefidei possessoribus naturalis ratio expostulat uerũ etiã i prædonibus sicut Sabino quoque placuit. Pau. de petithere.

Fructus id esse intelligit qđ ad usũ hominis inductum ẽ: nec maturitas naturalis hic spectãda ẽ: sed uel tẽpus quo magis colono dominisue fructũ tollere expedit. Itaque quomodo olea imatura plus hẽat redditus q̃ si matura legat nõ põt uideri: si imatura lecta ẽ: si in usufructu nõ eẽt. Iabolenus de usuf. legato.

Fructus rei ẽ uel pignori dari licere. Iabolenus de reg. iuꝛ.

Frui quidem ꝑ parte possumus uti: ꝑ pte nõ possumus uti. Pau. de usu & ha.

Fruor quære in utor. Lau.

Fruges quicqd ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Liuius eã gentẽ tradit fama dulcedine frugũ maxime uini noua tum uoluptate captam. Seges uero ẽ eor seminum ex q̃bus conficit panis nondũ demessa. Inde terram subactã ad semina segetẽ uocamus. Virgilius. Illa seges demũ uotis respondet auari. Lau.

Frutex quære in arbor. Lau.

Fructuosus qđ factionẽ amat. Lau.

Fructuarius cuius ẽ fructus. Lau.

Frustror tã actiua q̃ passiua uetustissimi significatione ꝓtulisse iueniũt. fenestella. frustratus igit a spe deiectus i castra se recipit frustrarus.

Fruor uero fructũ facit: sicut struo structus. Cice. i horte. Et amœnitate sũma ꝓ fructus ẽ. Vlpianus tamẽ ad Sabinũ frutur fruiturus nõ fructurũ: quomodo ortũ oriturus: erutũ eruiturũ: mortuũ moriturũ dicit qđ cum i præterito nõ habeãt: id i futuro habẽt. Pris.

Frugalitas: sed aut scio an recte temperantia sine modestia frugalitas appellari possit qđ ãgustius apud græcos ualet: qui frugi homines νρμεύτους appellãt idest tantũmodo utiles. Cicero. iii. tusculana.

Frugalitas. ut opinor: a fruge qua multo melius ẽ in terra dicta ẽ.

Frugi. sed quia nec q ꝑpter metũ præsidiũ reliquit: qđ est ignauiæ: nec q ꝑpter auaritiã clã dꝑositũ reddit qđ ẽ iiustitiæ: nec q ꝑpter temeritatẽ male rẽgessit qđ est stultitiæ. frugi appellari solet eo tres uirtutes: fortitudinẽ: iustitiã & prudentiã frugalitas complexa ẽ. Cice. tus. lib. iii.

Fruitus illa re ueteres dixerũt. uix illam rem.

Frutinal templũ. Veneris fruti. Fe.

Frugamenta a frugibus appellata. Fe.

Frux frugis dixerũt antiqui fructũ & fructam. Fe. pom.

Fruuiscor & fruitũ dixit Cato. nos quoque adhuc dicimus in fruuitum certũ ẽ antiquos dixisse fruuitum. Fe.

Frustratim & frustillatim pro frustra & minutim. Pompo. in uerre ægroto: uelut illi ualẽt qui luctantur cum leonibus & te obiectes frustratim passarinum prandium saturarũ non frustillatim. sed minutim dari. Noni.

Frustro pro frustror. Pompo. in annalibus miseret meorũ quis me frustris uentrem frustrare suũ. No.

Fructicari pro fructicare. Ci. ad Acticũ. Excisa ẽ. n. arbor nõ euulsa: idque q̃ fructicaretur uide. No.

Fructi ꝑ fructus. Turpil. in caneforo: satis fructu reddũt. Idem in athera. Hæc si impetro abs te ut faciat satis fructi cœpero ex te. Varro de re rustica li. primo. Eius enim saluam eẽ fructius ueneno. No.

Fructis pro fructibus. Varro ī meleagro. Quæro utrę fructis an delectationis cauſa fructus ut uendatis. No.

Frugi utilis & neceſſarius. ut fruges hūano generi eſt. ergo ī quo ẽ aliquid ī quo fruamur ideſt utamur. Ter. ī. eu. Frugi es. Ci. de deiotaro. Frugi hominẽ dici nō multum habet laudis in Rege. Frui autem eſt uelci a frumine quæ eſt ſūma pars gulæ: p quam lingua cibum demittit in uentrem. Do.

Fruges omnes generaliter appellāt & erūt qui diſcernant fruméta a frugibus. Nā Cic. ait. olei & frugum miutatę cū de leguminibus diceret ut oſtenderet etiā frumenta fruges uocari. frugum aūt nomẽ tractum eſt a frumine. i. a ſubmẽto eminẽti guturis parte. S.

Furciferi dicebantur ſerui qui ob leue delictū cogebantur a dominis ignominiæ magis q̄ ſupplicii cauſa circa uicinos furcam in collo ferre ſubligatis ad eam manibus & p̄dicare peccatum ſuū ſimulque monere cetæros ne qui ſimiliter admittāt. Ci. de ſeruo: quid inde furcifer quo progreditur. Te. in. an. Hoc tibi ut credā furcifer. Do.

Fruiſcor factum eſt fruor: ut fatiſcor a fateor Quintil. Metellus numidicus qui caſte pureque lingua latina uſus uideturin epiſtol. quā exul ad domicios ita ſcripſit. illi uero omni iure atque honeſtate interdicti: ego neque aqua neque igni careo & ſumma gloria fruiſcor. Neuius in athellana: quæ partus iſcripta ẽ hoc uerbo ita utiē: q̄ magnopere quæſiuerūt id fruiſci nō queūt. A. G.

Fucinus lacus iuxta albam eſt. Stra.

Furnum nigrum uel atrum: hinc dcā furnus furiæ ſumus fulgus: furis: fulgo: fimus. Fe:

Futū genus libi dictū q̄ crebrius ad ſacra ferebat neciſne ſtrue altero genere libi quæ qui afferebāt ſtrufertarii appellabant. Feſtus.

Furnalia ſacra furinæ quam deam dicebant Feſtus pom.

Furcilles ſiue furcila quibus homines ſuſpendebant. Fe.

Fundus ager dicitur: q̄ planus ſit ad ſimilitudinem fundi uaſorum. Fe.

Fundus quoque dicit poſſeſſio quā aliēat: hoc eſt poſſeſſor uel auctor. Fe.

Futare arguere eſt. unde & cōfutare: ſed Cato hoc p̄ſæpius uſus fuiſſe dixit.

Futiles dicuntur qui ſilere tacenda nequeunt ſed ea effundunt. ſic uaſa futilia a funden/do uocata. Fe.

Furum gen itiuus plu. a fure. Fe.

Futilis falſa dicitur qua fucata. Fe.

Furiæ ſtatiæ appellabant q̄ certo ſtato die ob ſeruarentur. Fe.

Fulminatum id qd eſt fulmine ictum: qui locus ſtatim fieri putabatur religioſus q̄ ſibi deus dicaſſe uideretur. Fe.

Fulmen dictū ẽ a fulgore flammæ. Fe.

Fulgere priſci p̄ feriri dicebant: unde fulgur dictum ẽ. Fe.

Fuga ſignificat item uolatum. Virgilius tertio æneid. Celerique fuga ſub ſidera lapſæ Semeſā prædā & ueſtigia fæda relinquūt. Nonius.

Fuga ſignificat citus curſus. Virgi. primo æne. Vel qualis equos threiſſa fatigat Harpalice uolucremque fuga prævertitur hebrum. Nonius.

Fuga. item dicit uauigatio. Actius ī Thelepho. Remiſque nexi proh pariter nauem in fugā tranſeunt. Virg. quinto æne. Ipſe iam mīres ipſi quibus aſpera quondam Viſa maris facies & non tractabile cœlum. Omnemque fugæ perferre laborem. Idem in tertio. Tendunt uela nothi fugimus ſpumantibus undis. Plau. ī aſinaria: Remigio ueloque quātum potes feſtina & fuge. No.

Fuat ſit ſignificat. Teren. in ecy. Fors fuat ideſt bona fortuna ſit. Do.

Fuga uehemens afflatus. Vir. geor. li. iii. Ille uolat ſimul arua fuga: ſimul equora uerrens. Nonius.

Fuga curſus. Virg. iiii. æne. Illa fuga ſiluas ſaltuſque pagrat. Dicteos & ſimul arua fuga æquora uerrit. Ser.

Fuga p̄fectio. Virg. iii. ænei. Lōgūque fugæ ne linque laborem. Ser.

Fuga p̄fectio & curſus. Virg. Simul arua fuga ſimul æquora uerrit. Et geor. primo. Noua fugæ melior. unde & uelocem equū fugacē uocamus. Ser.

Fucus genus ẽ herbæ unde tingūt ueſtes. Virgi. iiii. geor. Fucoque floriſlus oras explent.

Fucus ẽ genus terræ: qua p̄ glutino abutūtur. Eſt etiam medicamentum. Plau. ī penul. Vicia corporis fuco occuluit. Ser.

Fucus fraus mendaciū. Te. in eu. In alienas tegulas ueniſſe clanculū p̄ ipluuiū fucū factū mulieri. Ser.

Fuam ſim uel fiam. Pacu. in doloreſte. Reſpōſa explanat: mandat me mater fuam cognoſcendi unquam. aut contuendi copia. Titin. in fullonibus. Perii hercle uero ſiberi nunc tecum obſecro ut mihi ſubuenias ne ego maialis fuam. Neuius in hermiona. Obſecro te ăciale matri ne quid tue ad/

uersus fuas. Affrani. in ꝓmetheo. Caue ne pendeas si fuas in questione. En. Hectoris lustris. At ego omnipotens te exposco hoc ut hoc cōsilium achiuis auxilii fuat. N.

Fugio legimus librū. Ciceronis qui inscriptus ē Orator: in eo libro Cicero cū dixisset uerba hæc aufugio & ausero composita quidē eē ex præpositiōe ab & fugio & fero uerbis: sed eā præpositōem quo fuerit uox ꝓnūciatu: audituque leuior uersam eē in au syllabā cœptūque dici ausugio & ausero pro abfugio & abfero. A. g.

Fucus ē qui fur uocabitur ab aliis. Alter ē lato uentre uespa quæ similitudinē habet apis: neque socia ē operis & nocere solent morsu quam apes a se secernūt hæc differūt iter se: quæ feræ & cicures sūt nunc feras dico quæ i siluestribus locis pascitant cicures quæ in cultis. Siluestres minores sūt magnitudine & pilosæ: sed opifices magis. Var.

Fugitans litū genitiuo casui iūctum uim nominis habet. Accusatiuo uim participii. Do.

Fulguratoris ut extispiciis & artispiciis differūt ita. Hi fulgurū inspectores. Cato de moribus. Claudii Neronis: Auruspicem fulguratorem si quis adducat. No.

Fulguriuit fulgorem fecit: uel fulgore afflauit. Neuius. a suo sonitu claro fulguriuit Iuppiter. Luc. li. xxvi. Lupoꝝ exauctorem maluanū: & fulguritatē arboꝝ. No.

Fulmen & fulgur hoc distant. Fulmen ē telum ipsum qđ iacitur. Vir. primo geor. Ipse. pater media nimboꝝ in nocte chorusca. Fulmina molitur dextra. Fulgur ignis qui coruscat fulmine. unde & a fulgura dicitur fulgor. Virg. v. æneid. Maculosus & auro squama incendebat fulgor. unde & fulguratum fulmine tactū uel exustū. No.

Fulgit ꝓ fulget. Luc. in. vii. Primū fulgit uti calidū & furnacium ferrū. Pomponius i macho. Sequestre simile ē quasi cū in cœlo fulgit ꝓpter lunā lucifer. Luc. li. vi. Fulgit item nubis ignis cum semina multa fulgit. No.

Fulgere correpte ꝓ fulgere. Lucre. in. vi. Multa uidemus enī cælestibus insita flāmis fulgere cū cœli donauit plaga uagare. Lucil. saty. li. xi. Conuētus pulchra brace saga fulgere. Pacu. in medio linguæ bisulcis actu crispo fulgere. Acti. in bacchi. Lætū in parnaso inter pinos tripudiantem in circulis ludo atque fulgere torques magni. No.

Fulcio sustineo. Virg. iii. æneidos. Atlātis duri cœlū qui uertice fulcit. Se.

Fulcra sūmæ lectoꝝ partes & ornamenta sic dicta q thoros fulciāt & sustineant. Vir. Fulgent genialibus altis aurea fulcra thoro. & Aul. g. noctiū acticaꝝ. Neque apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue atque ferro oportet.

Fulgura dicūt choruscationes a fulgore. Varro. cognitio enim triū fulget & tonitruū & fulguris a fulgore orta. N.

Fulgentia splendida Hora. lib. car. Seu te fulgēntia signis castra tenent. Acron.

Fuluiaster qui fuluiū imitatur: non diminitiuū. Cice. ad acticū. Omnino solet eē fuluiaster. i. fuluii imitator. Lau.

Flumen a riuo magnitudine discernendū est aut existimatione circūcollectū. item fluminum quædam sunt perennia quædam torrentia. perenne est qđ sēper fluit. torrens est qđ ex hyeme. si tamen aliqua æstate exhauerierit. qđ alioquin perenne fluebat non ideo minus perenne ē. Fluminū quædam publica sunt: quædam nō. Publicum flumen esse Cassius diffinit. quod perenne sit: hæc sentētia Cassii quā & Celsus probat ut uidet esse ꝓbabilis. Pau. de flu.

Frugē ꝓ reddītu appellari non solum qđ frumentis aut leguminibus: uerū etiam qđ ex uino uel siluis cæduis creti fodinis lapidicinis capitur. Iulianus scribit fruges omnes eē qbus homo uescatur falsum esse: non enim carnes aut aues: ferasue aut poma fruges dici. Frumentū aūt id esse qđ arista in se tenet at recte Gallum diffinisse. Lupinum uero & fabas fruges potius dici quia non arista: sed siliqua continetur: quæ Ser. apud Alphenū in frumento cōtineri putauit. Pau. de uer. sig.

Funebres tibiæ dicūt cū quibus i funere canit quas flamini audire putabatur illicitū. Fes.

Fundere prosternere iacere. Virgilius primo æne. Quam septem ingētia uictor corpore fundat humi. M. T in phi. lib. i. Sceleratissimorum hominum exercitum fusum cesū que cognoui. N.

Fundere dare Vir. in. buc. Ipsa tibi blandos fūdēt cunabula flores. Ci. tuscu. li. quinto. Vt aut flores aut fundant baccas. N.

Funderedicere Virgi. tertio ænei. Talia fundebat lachrymās. Plau. in asina. Ne ille castor fœnerato uerba fundit. N.

Fūdere fugare. Vir. secūdo æne. illi etiā si quos obscura nocte per umbrā: fūdimus insidiis tota que agitauimus urbe Apparēt. N.

Fundere dimittere. Vir. tertio geor Ruūt que effusi carcere currus. & li. x. æne. Tristis que

a uertice flamma funditur.N.

Funditores sunt qui fundis magnis dimicant. Salu.in iugur. Ipse cum expeditis cohortibus dehinc funditorũ & sagittariorũ delecta manu apud primos erat. Sisen. iii. hist. At post armatos fundatores & sagittarios ponit.Nonius.

Fundum est ima pars rei proprie aliquid liquorum intra se continentis: aut ad continendum factæ. ut dolium nauis: uel alueos uel fluminis uel maris.Fundare uero ad fundamentũ pertinet ut fũdant domũ:nauẽ:dicitur etiã iacere fũdamenta ad animũ quoque:ut Cic.Quãtũ ĩ me fuit iæci fũdamenta pacis:quod dare quodãmodo rei principiũ significat.fundare uero ualidis fundamentis fulcire.Fundus quid significat quære in dictione prædium.Lau.

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur:sed in usu urbana ædificia ædes rusticæ uillæ dicuntur.locus omnino sine ædificio est.urbe area rure autem ager appellatus:idẽ quod ager cũ ædificio fũdus dicitur. Florentius eodẽ titulo.

Funalia funes quibus luminaria suspendi consueuerant.Hora.li.car.Hic hic ponite lucida funalia. Acron.

Funus pro sepulchro.Virg.quarto ænei. Ergo instauramus Polidoro funus.S.

Funus ẽ pompa exequiarum dictũ a funalibus & unctis & a cuneis candelabrorũ: quibus delibuti ingentiũ cærei fomites infingũtur. & enim nocte efferebãtur propter sacrorum celebrationẽ diuinã in cœna.Te.in an. Curabat una funus.Do.

Funus proprie est ardens cadauer: quod cum portatur crematum exequias dicimus conditum in sepulchro reliquias. Ser.

Fũdi est latinorum urbs ĩ appia uia & cecubo adiacet.Strabo.

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur.Ser.

Fũdus est omne quod solo tenetur.Ser.

Fundus a possessione uel agro uel prædio qui distet quæstio est.Fũdus est omne quicquid solo tenetur.Ager est species fundi ad usum hominis cõparatus.Possessio ab agro iuris proprietate distat. quicquid enim apprehẽdimus cuius proprietas ad nos nõ pertinet. aut nec ptõ ptinere hoc possessionẽ appellamus.possessio ergo usus:ager proprietas loci est.prædium utriusque suprascriptæ generale nomen est.nam ager & possessio huius appellationis species sunt. Modesti. de uerb.sig.

Fũdo legato uti optimus maximusque est rætia captaria cætera uenationis instrumenta continebuntur quæ etiam ad instrumenta pertinent:si quæstus fũdi ex maxima parte in uenationibus consistat.Pau.eo.titulo.

Fundum & instrumentum eius si cui legare uis nihil interest quomodo leges fũdum cũ instrumento:an fundũ & instrumentũ.an fundũ instructũ.Pau.immo contra.nã inter legata hoc interest.q; si fũdo alienato mortuus fuerit qui ita legauit ex hac scriptura fũdum cũ instrumento nihil erit legatum: ex cæteris poterit iustrumentum esse legatum Paulus de fun.instru.

Funda est genus retis a fundendo dictum id est retiaculum quod dicitur brace.Vir.i.geor. Atque alius lætũ fũda.iã uerberat amnẽ.N.

Funda qua lapides rotantur. Virgilius primo georgicorum:Stupea torquentem balearis uerbera fundæ.Ser.

Functus officium adolescentuli est liberalis Accusatiuo casu apud Terentiũ in phor.quod nos ablatiuo dicimus.Do.

Fundus dictus est quia sit annuum rerum fũdamentum.Seruius.

Fundere sacrorum est uerbũ idest supina manu libare.Seruius.

Fundus ager qui uidebat pecudũ ac pecuniæ esse fundamentum.fundus dictus q; fundit quotannis multa.

Fundolũ a fundo:qđ ut reliquæ partes:sed ex una parte solũ apertũ ab hoc. græcos puto. appellasse.Varro.

Fundanius sociũ meũ & Catiem equitẽ ro. socraticũ & pagnasiũ publicanũ spectantem a pariete pictam Italiam.Varro.

Fundaniæ uxori librum propter eius fundum feci.Varro.

Funeras apud maiores appellabãt eas ad quas funus pertinet:ut sororẽ matrẽque.perfice uero nõ dolores sed plantus princeps. Ser.

Funalia sunt quæ inter cæram sunt.unde dicta sunt a funibus quos ante usum papiri cæra circundatos habuere maiores.unde & funera q; funes incẽsos mortuis præferebãt. Ser.

Funis aurea.Lucre.auribus inseruiens: funem fœmi.ge.appellauit in hisce uersibus:Haud ut opinor enim mortalia sæcla superne: Aurea de cœlo demisit funis ĩ arua. Aul.g.

Furuum bouem idest nigrum immolabant inferno Ioui.Fe.

Fures significationẽ habere a furuo:quod romani ueteres atrũ appellauerunt. & quod

per obscuras atque atras noctes opportuna sit eis mali affectio eos dictos fures. Varro rerum diuinarum libro. xiiii. Furem ex eo dictum q̄ furuum atrum appellauerunt & fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur. Nonius.

Furtū. ē occulta surreptio. Vir. iii. geo. Vulcani Martisque dolos & dulcia furta. Nonius.

Furtū, insidiæ. Salu. libro primo. Profectus uicos castellaque incedere & fuga cultorū deserta igni uastare neque elate: aut securissimus metu gentis ad furta belli peridoneæ. Virg. undecimo æne. Furta paro belli cōuexo i tramite siluæ: Armato ut biuias obsidā milite fauces. Nonius marcellus.

Fures etiam serui sunt dicti. Virgilius in buc. Quid facient domini audent cum talia fures. Seruius.

Furor ab insania hoc distat. Cice. tuscu. libro tertio. Itaque non est scriptum si insanus & furiosus esset Insaniam enim censuerunt in cōstātiā idest sanitate uacantē. tamē posse ītueri mediocritatē officiorū & uitæ cōmunis cultū atque usitatū. furorem autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatē. q̄ cū maius uideat esse q̄ insania: tamē eiusmodi ē: ut furor i sapientē cadere possit: īsania nō. No.

Furtū nō ablatas res solū: sed etiā quicquid occulte geritur auctoritate ueterū dici potest. Virg. tertio. geor. Vulcani martisque dolos & dulcia furta. Plau. in. āp. Manifestū hunc obtorto collo teneo furē flagitii. Nonius.

Furtum pro omni dolo: fraude & iniuria accipitur & duobus modis dicitur. uno cū omne maleficiū generaliter significat Altero cum res surrepta demōstratur. Teren. in eu. Hic furti se alligat: idest maleficii. Donatus.

Fur a furuo idest nigro dictus ē. nam & noctis utitur tempore. aut certea græco. fur enim φωρ uocatur. Seruius.

Furiosus a furiato interest. Furiosus enim a quo furor nunq̄ recedit. Furiatus qui furit ex causa. Seruius.

Furtū pro adulterio. Vir. x. æn. Quæ causa fuit consurgere in arma Europam Asiamque & fodere soluere furto. Seruius.

Furtum insidiæ. Virgilius. x. ænedi. Sæpe uiro uir cōtulit. Haud furto melior: sed fortibus armis. Seruius.

Furem ex eo dictum: q̄ ueteres Romani furuum idest nigrū appellauerūt. & fures per noctē quæ ara sit facilius furētur. A. g.

Furtum sine ulla quoque obtrectatiōe sola mēte fieri posse atque animo ut furtū sic admittente. Quocirca ne id quidē sabinus dubitare se ait: quin dominus furti sit condemnatus qui seruo suo uti furtum faceret imperauit. A. g.

Fusus discumbens. Virgili. primo æn. fusique per herbam. Cum etiam fugatos & occisos significet. Virg. secundo æn. Illi etiā si quos obscura nocte per umbrā. Fūdimus. Ser.

Futile p futilior. En. in phœnice: ut quod facilū est futile amici: nos feramus fortiter. No.

Futilis est quoddā uas lato ore: fundo angusto quo utebātur i sacris uestæ: quia aqua ad sacra hausta in terra nō ponitur: quod si fiat piaculū ē. unde excogitatū uas est quod stare non posset: sed positū statim effundere/tur. unde cōmissa nō retinens futilis dicitur ut Terē. in adel. Seruon. fortunas meas me cōmisisse tā futili. Do.

Futurum rem in oratione Ciceronis quinta hanc sibi rem præsidio sperant futurum ui debatur compluribus in extremo uerbo meda. debuisse enim scribi putabant nō futurę sed futurā. ná futurū iquit nō refert ad rē sicut legētibus temeř & icurioſe uideť: neque pro participio positum esse: sed uerbū est in definitiuum neque numeris neque generis præseruiens: sed liberū undique & promiscuū est. Quint. l. quaque Quadrigarii. iii. annal. libro. uerba hæc dixit. Dum concidēret hostiū copias ibi occupatas futurę. A. g.

Furtum a furuo idest a nigro dictū labeo ait q̄ clam & obscure fiat & plærūque i nocte. uel a fraude ut sabinus ait. uel a ferēdo uel a græco sermone: quod appellant φωρ Pau. de furtis.

Furtum est contractio rei fraudulosæ lucri faciendi gratia: uel ipsius rei: uel etiam usus eius possessionis: uel quod lege naturali, phibitū est admittere. Paul. eo. ti.

Furtorum genera duo sunt: manifestū: & nec manifestū. Pau. eo. ti.

Furem non esse aliud est: & aliud furto noxaque solutum nemini esse furtū obligatū promittit Vlpia. de uerb. sig.

Furiare fictū uerbum uidetur: significat cū furore concitare. Hora. primo car. Quæ solet matres furiare equarū. Porphy.

Furis furit: raro reperitur furio. Dio.

Fungor est officium munusque ago. ut fungor magistratu: fungor uita idest corporis administratione. Inde defunctus uita qui finiuit officium uitæ. Liuius. Defuncta morbis corpora: q̄ finiti sunt morbi. defūctus morte idest mortē finiuit. Lau.

Fustuariũ pro fustigatione. Lau.
Fugitiuum accipe & siquis erro sit. fugitiui autem appellatione. ex fugitiua autem appellatione ex fugitiua natũ nõ contineri. Labeo libro secũdo ad æliũ scribit.
Fucinus lacus iuxta albam est. Stra.
Futilis uanus & inutilis: uel a futio: uel a fuo futũ: uel per apocopã ab alio supino: quod nisi turpiter pferri nõ potest. Lau.
Fulgeo fulges: uel fulgo fulgis. Pri.
Fullo qui curanda poliendaue uestimenta accepit. Vlpia. de furtis.
Fullo & sarcinator qui polienda uel sarcienda uestimenta accæperit. Pau. eo. ti.
Abalum crucem ueteres dici uolunt. Varro. Nos barbari q̃ iuniores in gabalũ suffugimus homines: uos non barbari qui dem noxios obuestis. No.
Gabii sunt in prænestina uia ubi latomiæ pluſq̃ reliq lapides Romæ suppeditãtes distãt ab urbe & p̃neste sta. centũ.
Gabalũ est oppidũ aruernorum in gallia æquitana: narbonensi terræ proximũ. Stra.
Gabinus amictus est toga sic in tergũ reiecta ut una eius lacinia reuocata hominẽ cingat hoc etiã uestimẽti genere utebatur cõsul bella idicturus. Ideo quia cum gabini cãpaniæ ciuitas sacris operaretur bellũ subito euenit tunc ciues cinctis zonis suis ab aris ad bella profecti sunt adepti uictoriam. unde hic ortus est mos. Virg. vii. æn. Ipse quirinali trabea cinctuque gabino Insignis referat stridentia limina cõsul. Ser.
Gadir propriũ ciuitatis neutrũ est, ut Salusti. libro secundo histo. Pri.
Gades insulæ sunt Hispaniæ in ultima parte oceani. Acron.
Gallog̃ multi priscis tẽporibus Padũ incolebant: e quibus amplissimi fuerunt boi insubres: & qui olim cũ gessatis sennones romana per impetũ potiti sunt urbe: hos ro. fun ditus posterioribus annis deletos perdiderunt. boios uero e finibus abiecerunt inde migrantes locos circumadiacẽtes histro cũ tauriscis habitarũt: bellũ assiduũ contra Dacos gerentes: donec ea gens deleta est. Galli autem cisalpini transalpinis cognati & consanguinei sunt. Stra.
Gabii urbs uolscorũ. lxx. M. pas. ab urbe. Ser. campaniæ dicit. Solinus a galacto & bio fratribus siculis conditam dicit Inde gabinus idest cinctu gabinorum idest toga interdum reiecta: ut lacinia hominem cingat quo utebatur consul bellũ indicturus: quia subitũ bellũ gabini ita cincti uicerũt. Ser. vii.
Gallá bibere ac rugas cõducere uẽtri cum ait. Lucil. præmonet persimonia esse utendum neque gulæ indulgendum: uentremque coartandum. Festus.
Galli qui uocantur matris magnæ comites dicti sunt a flumine: cui nomen est gallo quia qui ex eo biberunt in hoc furere incipiũt ut se priuent parte uirilitatis. Alii putant ideo eos genitalia incidere. quia uiolauerunt nomen patris matrisque ne possint ipsi fieri parentes. Festus pompeus.
Gallilia appellata est ut Romam uenit: quæ antea Tanaquil uocitata erat uxor Tarquinii prisci regis romanorum quæ tantæ probitatis fuit: ut id omen omnes boni causa frequentent nubentes quam summam asseuerant lanificam fuisse. Fe.
Galbeũ ornamenti genus. Fe.
Gallulare pubescere. Neuius in exodio. puerũ mulieri præstare nemo scit quanto melior sit cuius uox gallula sit. iam ramus roborascit. Nonius.
Gallinas Cice. academicorum libro tertio. Qui gallinas alere permultas quæstus causa solẽt. Idẽ libro. ii. Cũ ouũ inspexerat quæ gallina peperisset dicere solebat.
Gallinaria silua est multis porrecta stadiis in agro cumano. Stra.
Galliã transalpinã quidã in tres partes diuisẽrũt: aquitanos belgas celtasque nominatim appellantes aquitanos & celtas eos appellabãt quos pyreneo mõte adiacẽtes Cemmenus mons discernit. mõtes siquidẽ pyrenei hanc galliæ partẽ ab occasu terminare dicũtur: mare utroque ex latere pertingẽtes & interniũ & externũ ab ortu autẽ rhenus: qui æquali a pyreneis mõtibus spacio ad lineam distat ab aquilone & meridie: sic iacet ut ab septentrionalibus promõtoriis pyrenes inchoans oceanus ambiat usque ad rheni eruptiones E regione aũt massilienſe ac narbonẽse pelagus subinde alpes ab ora incipiẽtes liguſtica usque ad rheni fontes. Cemmenus uero mons i pyrenem medios per campos recta perducitur & in medio desinit prope lugduniũ ad sta. M. duo prolixus. Equitaneos igitur nuncupabant qui ad septentrionem pyrenes partẽ i Cẽmenũ habitãt usque ad ocenũ & itragarũnã flu. at celtas qad alterã ptinẽt plagã ad massiliæ ac narbonis mare qui rupem calpes aliqua ex parte attingunt belgas non minus ac reliquos oceano

confines usque ad hostia rheni & nõnullos rheni & alpiũ uicinos incolas. Sic diuus Cæsar in cõmẽtariis scriptũ reliquit. At enim cæsar augustus quadrifariam partiens celtas narbonensis prouiciæ definiuit. Equitanos uero & ille extollens insuper decẽ adiecit gẽtes ex his quæ inter garũnam & ligerim fluuium colunt: reliquã dupliciter unã Lugduno applicans usque ad superiorẽ rheni plagã. alteram belgis gallia citerior: nunc lombardia nuncupatur. Stra.

Gallicus sinus maior appellatur in quem rhodani hostium euomitur. minor autem gallicus sinus est ad narbonem spectans usque ad pyrenem. Stra.

Gallie pro gallice. Salu. ter. histo. Cum lumine interim duæ galliæ mulieris cõuentum mẽstrua soluẽda mõtẽ ascendũt. No.

Galearius militis puer recte dicitur. nã galearia solœcismus. Caper.

Galesus fluuius iuxta tarentum ubi pabuli copia. Virgilius Humectat fluenta culta galesus. Acron.

Gaditanũ mare a gade ĩsula extremi occidentis nomẽ accæpit olim a phœnicibus habitata ultra promõtoriũ calpẽ.

Gades insula in finibus bethyce ubi Europa ab aphrica dirimitur lingua pœna scriptum indicat q̃ mari ut sæpe circundatur: quam Tirii a rubro mari erythieam dixerunt: habet duo promontoria: in altero urbs est: in altero Herculis ægyptii tẽplũ ubi eius ossa.

Gaddir urbs opulenta in gadibus: de qua Sal. secundũ Prisc. neu. ge.

Gallũ ꝑ gallorũ. Var. i eu. Puditatem an pudorem Gallũ cæpit mihi uideri. No.

Galericus auis dicta quod in capite habet plumam elatam. Varro.

Galarea a galearũ similitudine dicta. Fe.

Gallare est baccare. Var. in eu. Cum illos uentro uidet gallorum frequentiam in templo qui dum essem. Hora. Nam ad latera imponeret & diis signosie & deam gallantes. Var. Retinebant studio eodem nanque uetustas hic adest gallantibus. No.

Gallinaria insula appellata que est mari tusco secũdũ italiã cõtra mõtes liguſticos uintimilium album in gaunum. Var.

Galatea filia Nerei & Doridis.

Galatia prouincia Hispaniæ & lusitaniæ conermina a galu ideſt lac quia albos hoies generat & gallia licet l assumat. & gallogræcia regio minoris asiæ a gallis capta. Iustinus.

Galaxaura oceani & thetyos filia.

Galbana muliebre uestimentum græ. galbani. Tortelius.

Galbanũ lachryma herbæ similis ferulæ quæ in æstate prorumpit.

Galerus genus clypei: quẽ albũ dicunt. a gala ideſt lac. Vir. tamẽ fuluos galeros dicit. Seruius. vii.

Galesus flu. tarentinorum.

Galilæa pars Iudeæ quæ Syriæ arabiæ & ægypto coniungitur.

Gangrena est cancer. Lucil. saty. li. i. Serpere uti gãgrena malo atque hæc posita posset. Var. Non uituperamus cũ sciamus dictũ præcidi oportere: si ob eã rem gangrena nõ sit ad bacchiũ uentura. idẽ de uita patrũ. li. tertio Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrenam sangui nolentam permeasse. No.

Gammarus genus cancri.

Ganeum antiqui locum abditum ac uelut sub terra dixerunt. Ter. Vbi illum quæram credo abditum in ganeum. Fe.

Ganeum ueteres meretricum tabernam dixerunt: quæ ipsa sit in terra non ut cœnacula superius. unde taberna quasi trabea a uaridoribus dicta trabibus: quibus superiora suspensa sunt. Ter. in adel. Credo adductum in ganeum aliquo. Do.

Ganeones a ganeis dicti ut popinones a popinis & sunt loca uinolenta ac libidini apta. Var. i modio. Et hoc itereſt inter epicurũ & ganeones nostros qbus modulus est uita culina. Mar. Tul. de Catilina. Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier ifamis? quis corruptor iuuentutis? No.

Gannire proprie plorare uapulantiũ. Terẽ. in adel. Quid ille gannit. Do.

Gannitio querula murmuratio canũ.

Gãdis palus est apud Scythas callipidas ex qua Hippanus fluuius effluit. Quã obrem icolæ matrẽ fluminis paludẽ uocant.

Gandarii populi asiæ scythicæ.

Gangaridæ populi iter Assyrios & idos iuxta gangẽ: qui nouẽ hostiis fluit secũdũ Virgi. vii. secundũ alios tribus.

Ganymedes. Apud nos ga breuis apud græcos longa unde per binũ n apud eos filius Troi regis troianoꝝ: frater Assarici raptus.

Ganictor nomen proprium.

Gandiũ γενύειον dictum. Fe.

Garrire quasi iepte strepere. Cic. de orat. li. ii. Nã & sæculis multis ante gymnasia inuẽta sunt: q̃ i his populi garrire cœperũt. No.

Gargaridiare. Varro in epistola ad Fuscũ Quin.

porris dedi aut furiæ ac poemata eius garga/
ridians dices. O fortuna o fors fortuna. No.
Garrulæ dicuntur aues canoræ & hilares. Vir.
geor. lib. iii. Garrula q̃ tignis nidum suspen/
dit hyrundo. No.
Garulus est rursum cordatus. Var. in periplus.
In hac ciuitate tum regnabat Dionysius ho
mo garulus & acer. No.
Gargara quæ sunt: quæ Vir. esse uoluit fertilita
tis exemplar. Gargara hæc igitur sunt in Mi
sia quæ est hellespõti prouicia sed significa
tio nominis & loci dixit esse. nã & cacumen
mõtis ideſt & oppidũ sub eodẽ mõte signifi
cationẽ cacuminis ita ponit Hic gargarum
pro excellẽtissimo montis loco posuit: pro
quo accipi conuenire & ipse sensus iudici/
um facit.
Garũna tribus amplificatis amnibus per bitu/
gires & santones gallicã utrãque gentẽ effu/
it. Est enim in gallia narbonensi terminans
equitanos. distat autem a Narbone sta. octin
gentis: excurritque in oceanũ & ex pyreneo
dilabitur. Strabo.
Garamãtes populi lybiæ iuxta psyllos: a Gara
mãte Apollinis filio homines fugiunt & sũt
imbelles. alii in extrema lybiæ in austrum
fortes a lotophagis absunt triginta diebus.
de quibus forte. Vir.
Garamãtis filia garamãti regis: ex qua Iupiter
iuxta bagradã Hiarba genuit. T.
Gargictius canis pastoris gerionis quem her/
cules interfecit cerberi epirotici frater. Iuli/
us pollux.
Gargara mutatione litteræ a καρα καρος græ/
ce ideſt caput cacumina montis idæ de qui/
bus. Vir. Lucus in arce fuit summa.
Garulus est deriuatiuũ a garrio. Pri.
Gaza census persarum lingua. & est numeri tã
tum singularis. Vir. Huc undique troia ga/
za incensis erepta adytis. Seruius.
Gaza persicus sermo est: & significat diuitias.
est autem generis fœmi. quo nomine signifi
camus opes oĩaque quæ possidemus. Vir. i.
æne. Et troia gaza p undas: Et alibi. gaza læ/
tus agresti.
Gazarim mons seu garizeus in Iudea est super
eminens Sicionioꝝ ciuitati.
Gaza uocabulũ persicũ. i. opes ge. fœm. ide ga/
zophilatiũ ex græca & persica φιλατω id
est custodio.
Gaulus genus nauigii paruũ rotundũ. Fe.
Gausapa Ouid. neutraliter dixit: quod cassius
mas. Gausapo purpureo salutat. Ser. i arte:
Gausapa numero plu. psius: lã chlamydes re/
gni tã lutea gausapa captas. & idẽ. Balantum
gausape pectes. antiquissimus tamẽ hic gau/
sapes & haec gausapa hoc gausape. & plu.
hæc gausapa: quasi a nominatiuo hoc gau/
sapũ ptulisse iueniũtur. unde Cassius gau/
sapo purpureo salutatur. Pris.
Gaulus genus nauis.
Gaurus mõs Campaniæ nõ lõge ab Auerno la
cu. Iuue. Gaurus inanis. qdã uacuũ dicunt.
Gaudere plus est q̃ laudare. laudat enĩ alienus.
gaudet q pater est aut proximus. T. in and.
Hoꝝ ille nihil egregie præter cætera gaude
bam. gaudemus nostris glatulamur alienis.
plus est gaudere q̃ lætari. Do.
Glaratores sunt colobatari seu colobatrarii &
melius. Glaratæ enim sunt fustes qui mit/
tuntur. Varro multum milis cal. græce
glaratores qui gradiuntur perticæ ligneæ
finare molet ab homine eo qui in ista tangi/
tantur sicilianum nostri sunt galeæ crura ac
pedes nostri essiare.
sed ab animo mouentur. No.
Glãdis est plumbũ modicũ informatũ. Salus. i
fugur. Pars eminus glande aut lapidibus pu/
gnare. Vir. viii. æne. Pars maxima glandes li
uentis spargit plumbi.
Glans caduca est quæ ex arbore cecidit. Caius
de glande legenda.
Gladius hic & gladium hoc duobus modis di
citur. Var.
Claphyrus festiuus.
Glauco athenienſis philosophus.
Glaucus e potina urbe qui Veneris sacra phi/
bens ab equabus suis discerptus est. Alter pi
scator i deũ marinũ uersus. Ouidi. xiii. Alius
chius q cõsolidaturã adiuenit. alius Hippo/
lochi filius a quo reges apud Iones. Tor.
Glaucus Hippolochi bellorophontis filii fili/
us. Homerus sexto Iliados.
Glabro lusta surda ouis mina ideſt uentre gla
bro. Varro.
Gnarus significat id quod scius & peritus. Fe.
Gnarigauit significat apud Liuiũ narrauit. gna
rauisse narrasse.
Gnaritas scientia. Salu. lib. iiii. Diuersa uti so/
let rebus perditis capessunt. nã neque alii fi/
ducia gnaritas locoꝝ occultatã fugam super
filoglobis eruptionẽ tẽtare. V.
Grauastellus senior. Plau. qui est grauastellus
qui aduenit ut puto grauastellus a grauitate
dictus. Festus.
Gramie oculorum sunt uicia: quas alii glamas
uocant.
Gracurris urbs hiberiæ regionis: dicta a græco

Gracho sempronio: quæ ãtea hiburcos nominabatur.

Gradus cognationis. alii superioris ordinis sũt alii inferioris. alii ex trasnuerso siue a latere. superioris ordinis sunt parẽtes. iferioris liberi: ex trãsuerso siue a latere. fratres & sorores liberique eorũ. Caius de gradibus.

Gradus dicti sunt ad similitudinẽ scalarũ: locorumue procliuiũ: quos ita igredimur: ut a ꝓximo i proximũ id est in eũ: qui quasi ex eo nascitur. Pau. de. grã.

Grassatores q prædæ causa id faciũt. ꝓximi latronibus habẽtur. Calistratus. de penis.

Gradiuus Mars appellatus a gradiẽdo in bella ultro citroque siue a uibratõne hastæ quod græci. dicunt. γραδιϖν εἰν: uel ut alii dicunt quia gramine sit ortus. quod interpretatur quia corona graminia i re militari maximæ est honorationis.

Grassari antiqui ponebãt pro adulari. grassari aũt dicũtur latrones uias obsidẽtes. gradi siquidẽ ambulare. unde tractũ est grassari uidelicet ab impetu gradiẽdi.

Graliatores appellabant pãthomimi q ut saltatione imitarẽtur egipanas adiectis perticis furculas habẽtibus atque i his superstantes ob simulationẽ crurũ eius generis gradiebãtur utique ꝓpter difficultatẽ cõsistẽdi. Plau. i penulo. Vinceretis cursu ceruas & graliatorẽ gradu. Festus pompeus.

Grauida est que iam grauatur concæptu. prægnans uelut occupata i generado qđ cõcæperit. insciens propinqua partui: quod iam incitatus sit fœtus eius. Fe.

Graculi a sono uocis uocati sunt a gerẽdo dicti q iacta segetũ semina plurimũ gerant. uel q oliuetis cubitũ se recipientes: quas pedibus baccas tertiã ore ferẽt. Festus.

Graue æs dictũ a põdere: quia deni asses singuli pondo libras efficiebãt denarium ab hoc ipso numero dictũ: sed bello punico populus romanus præssus ære alieno ex singulis assibus librariis senos fecit qui tãtuli ualerẽt Item nũmi quadrigati & bigati a figura cælaturæ dicti. Festus.

Grando guttæ aquæ contractæ solito grandiores. Festus pompeus.

Gradarius est molli gradu & sine sucussatura initens. Lucil. saty. xiiii. Ipse equus nõ formosus gradarius optimus uictor. Var. i modio an qui gradu tolutim medius quẽ tute leuiter uectus cito relinquat. No.

Gracchus nomẽ auis a uoce. Quintil. & cognomem familiæ romanæ.

Gradiuus dictio thrax id est bellicosus & fortis Mars q maribus præsit. Var. Iouis ex Iunone filius. Oui. Iunonis tantũ ope flore uxoris Zephyri: quæ docuit floré in cãpis oleniis quo tacto cõcipet cũ Iuppiter ex capite pcusso. Mineruã gẽuerit. Oui. v. fasto. i thraci secundũ Statiũ habitat cuius auriga bellona soror Romæ templũ habuit i urbe: alterum extra uia appia: amauit Venerem uulneratus a Diomede clamauit quantum & cætera. Tortelius.

Græcus rex acticæ a quo græci & græcia & græcanicus & græciensis. Tor.

Grammatica litteraria. Est enim ut litteræ suas custodiant uoces & quasi depositum reddant. Quintil.

Granicus fluuius phrigiæ in propõtidẽ iuxta cizicũ cadens.

Graphia scriptura uel pictura. unde scribo ꝓpingo etiam apud nos: unde & picturas legere dicimus. Inde graphium stilus & Zographia animalium pictura de cuius inuentione uide Pli. xxxv.

Granaria loca i horreis seruãdis seminũ granis. Var. in gerunto didascolo: uel. x. mensis ubi una sepiant granaria. No.

Grandire est grandem facere. Var. rerũ diuinarum lib. i. Cũ aũt humus seminari incipere non possit: aut recæpta non reddat ædita grandire nequeat. Plau. in alularia: testudineum istũ tibi ego grandibo gradũ. Lucil. li. iii. Quæ nũc uix nostro grandescunt aucta labore. Idem. lib. i. quodque surdæ materiæ grandescere aliqua. Acti. in meleagro. Frugis perhibet pergrandescere. Pacu. in doloreste Negrandiri frugum fœtum posse non mitescere. Nonius.

Grandem ad ætatem ueteres rettulerũt nec ad corpus & nupturæ ætatis dicitur grandis: non in tota uita: nisi addatur: natu parens adductus ad suppliciũ: & grãdis infans grãdis puer ephebus: & grandis uirgo recte dicitur. Ter. i adel. An sedere domi oportuit uirginẽ tã grandẽ. Do.

Grãdis ad partẽ ætatis refertur id est grandis natu: ut grandis puer. & grãdis uirgo & grãdis natu senex dicitur. T. i and. Grãdiuscula iam profecta est. Maior autẽ generaliter & ad summã ætatis ꝓfertur: & ad cõparationẽ aetatis pueriliter positũ. D.

Granũ dictũ qđ est intimũ gluma qui est folliculus eius. Arista quae ut acus tenuis longa eminet & gluma. V.

Granditatem maiorem aetatem. Sisen. hist. lib.

quarto. Neque granditatis aetatem: neque ea merita: neque ordinis honestatem: aut dignitatē sibi esse excusationi. No.

Grādinosi. Cic. tuscu. li. iiii. Itaque diximus grādinosos equos determissos. No.

Grādiloqui eloquētes. Ci. ī orato. Nā & gradiloqui: ut ita dicā. fuerunt cū ampla & sentētiarū grauitate & maiestate uerborū & tus. lib. quarto. Qui tandē isti grādiloqui cōtra hæc duo quæ maxima agūt. No.

Gracilitudo & gracilēs pro gracilis: & gracilētū p gracili: & graciliū pro gracilitas. Actius in amphi. Tantum & statuæ & gracilitudo & propemodum & luctus facit ne dubitem Ennius libro septimo. Deducūt habiles gladios filio gracilento Neuius in Prothesilao Demi a gracilentis colorem dum ex hoc gracilens fit. Turpil. ī caneforo. Nosti q̄ sit gracili corpore. Nonius.

Grādeuitas. Actius ī alcumacone: quia nec nos nec ille neque mors īpune irrideret meā grādæuitatē. Pacuuius ī hermiona. Quod tam ipsa orbitas grādeuitasque Pelei per penuriā stirpis subarcet. Nonius.

Gratulari gratias agere. Ennius in hecuba Iuppiter tibi summe tandē mala re gesta gratulor. Neuius belli punici. li. iii. Isque sursum ad cœlū sustulit suas amulius gratulabatur diis. Affranius ī cinerario. q̄ saluus uenis melius est diis gratulor. No.

Grauidauit īpleuit. Cecil. ī thieste per ministeria hic honeste grauidauit pbe. No.

Grauista urbs est exigua occurrens nauiganti a Cossis distat stad. ccc. Stra.

Gratiā ueteres pro causa ponebāt. Teren. ī an. Et ea restitisse gratia. N.

Gratiā inire est dare beneficium ac per hoc rei alicuius gratiā uel amicitiā mereri. Plau. Inibitur tā solidam & grādem gratiā. T. in eu. Adibo atque ab eo gratiā quam uideo uelle inibo ab eo. p eius gratiā merebor. nā ab eo amat. Ter. pro eius ponere. Idē ī and. Primū ab eo animaduertēda iniuria est. Do.

Gratiosum multæ gratiæ. M. T. de of. libro tertio. Qui esset ut argētarius apud omnes ordines gratiosus. No.

Gratificare gratum facere. M. T. in hortē. Quare aggredere quæso & gratificare. reipublicæ. Nonius marcellus.

Graue grauidū. Virgi. li. i. æne. Donec regina sacerdos Marte grauis. No.

Graue plenū. Vir. in buc. Nō insuera grauis tēctabūt pabula fœtas. Et. iii. georgi. & grauido superant uix ubere limē. No.

Graue fœcūdū ac frugiferū. Vir. iii. geor. Quid labor aut benefacta iuuāt? quid uomere terras inuertisse grauis. No.

Graue secundum cōsuetudinem ponderosum Virgi. secundo. georgi. Vomis & iflexi primum graue robur aratri. T. ī heau. Hui tām graues hos quæso. Marcus Tullius de officiis libro primo. Aut certe omni pōdere grauior habēda est. No.

Grauis honore dignus & cui cōtrarium est leuis ideſt nimis carus. T. in ecy. Nec leuiorē nobis quibus est minime æquum uideriet immerito charus. Virgil. Ferit ense grauem tymbreus osyrim. Do.

Grauis etiā molestus itelligitur. Salu.

Grauior bello qui prohibitus uenerat sociis agere. Donatus.

Grauis est etiam languidus. Te. in ecy. Vbi aut morbos grauis. Donatus.

Graue amarum. Var. in quinquatribus. absciniū uti bibam grauem & castorem leueque robur. Nonius marcellus.

Graue multū & ualde significare ueteres probant. Titin. in psaltria. Grauique obsonio cō uiuas. nam & grauiter multum intelligitur. Ceci. ī plocio. Placere occœpit grauiter post q̄ est mortua. Acti. in Deiphebo. Aut infādo homine gratulauerat: aut a cœna se ex sole quinque amico amicus unquam grauis neque hostis fuit. Salusti. histo. libro tertio. Nāque is præter solita uiciosus magistratibus cum per omnes prouincias in fœcunditatem bienii proximi graue precium fructibus esse. Marcus Tullius de officiis libro primo. Nec uero audiendi grauiter qui inimicis irascendum putāt. Lucre. li. primo. Humana ante oculos fœde cū uita iaceret in terris oppressa graui sub religione. V. ī gerūtodidascolo. Vbi graues pascūtur atque alūtur pauonū greges. No.

Gratus quære in iucūdus. Lau.

Gradū facere ad aliā rem quasi scalam facere dicitur etiam gradū facere ut si riuū transire: aut in arborē scandere uelis. Ci. cōtra Rullū Hūc quasi gradū quendā atque aditū ad cætera iactum intelligetis. Lau.

Gratulari ē uerbo testari te gaudere fœlicitate alterius: uel apud re tua. Interdum idem est q̄ gaudeo. Ouid. Gratulor oechaliam titulis accedere nostris. dicitur sine datiuo. dicitur etiā pro gratias agere diis & supplicare.

Grator idem est quod gratulor. & pro gratias agere diis.

Gratū facere ē obsequi & īseruire.

Gratificari uero maius est ut dicimus deũ gratificari hominibus: quasi sic beneficia conferre. Laurentius.

Graue est suapte natura põderosum significat ut saxum graue quod nos cum molestia grauat inferendo. & per translationem dicitur morbus grauis senectus grauis contumelia. & similia multa: quæ animum premunt. alter modus est quod sicut saxa grauia iuxta loco mouentur sed hærent. Sic figurate homines graues appellantur constantes sapientia que præditi: qui nec præcibus nec minis ab æquo dimouẽtur. Et econtra leues dicũtur qui ad similitudinem paleæ ad omnẽ auram uentilantur. Lau.

Graue grandæuum. Vir. li. v. Hic grauis Entellum dictis castigat acestes. No.

Graue molestũ. M. T. de senec. Quod nũq̃ senectutem tibi grauem esse senserim. & alibi in eodem. Facilius in morbos incidunt adolescentes: grauius ægrotant: tristius curantur. Salu. li. ii. & continetur grauis. No.

Graue nocens. Virg. tertio. geor. Galbaneoque agitare graui. Mar. Tul. de off. lib. tertio. Magnum id bellum perfuga unus & grauẽ aduersariũ imperii sustulisset. No.

Graue triste. Actius in erigona. Sed ubi ad finẽ uentum est in quo illum fors sectabat loco atque Horestes grauis sacerdos ferro prompto abstinuere. Virg. viii. æn.

Grauior ne nũcius aures uulneret. No.

Graue forte. Vir. li. xii. Ferit ensẽ graué tymbreus osyrim. Nonius.

Graue utile. M. Tu. de offi. li. i. Vt iam sint alia grauiora atque meliora: tamẽ nos studia nostra naturæ regula metimur. No.

Graue solidum & firmum. Actius in atalante Beneficiis gracilem histrionem peperisti & grauem. Item in metographia. Id quod facis gratum & graue est. Marcus Tullius in hor. Vnde ad agendum aut dicendum copia depromi maior grauissimorum exemplorum quasi incorruptorum testimoniorum potest. Nonius marcellus

Graue sapiens cum auctoritate. Marcus Tullius de officiis libro primo. Quæ grauis & fortissimus ciuis: & in rep. dignus pricipatu fugerit atque oderit. Et in hor. Quid enim Herodoto dulcius: aut Tucydide grauius. Nonius marcellus.

Graue necessarium. Lucilius uigesimonono. habeasque animo mihi admodũ causã grauem fore quæ me ab ullo commodo abducat tuo. Nonius.

Grauiter bene & multum significat. Virgilius quarto georgi. Et grauiter spirantis copia tymbre floreat. Ser.

Grauiter pro male. Virgilius secũdo ænei Graue olentis auerni. Ser.

Graue. grauatum in hoc differunt: q̃ graue natura ponderosum est. grauatum autẽ quod grauatur extrinsecus. Ser.

Grauis pro fortis. Vir. v. æne. prima pares ineunt grauibus certamina remis. & alibi ferit ense grauis tymbreus osyrim. Nam graues afferunt tarditatem.

Grauis uenerabilis. sicut leues contemptibiles dicimus. Virgilius primo æneidos. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem conspexere silent. Ser.

Grassari dicũtur ultra modũ seuire. No.

Grassari etiã dicimus ambulare. Titin. in uiterna: unde thensam atque mulsos siue eam pedibus grassari confringere superbiam. Neui. in pedio. Nunc certamus sine diplo ide a recta grassatur uia. Idem in pedio. Nũc me res ipsa reprimit: ipsa hæc eadem sum grassatus uia. Salu. in iugur. Qui ubi ad gloriam uirtutis grassatur uia. Affra. in excæpto. Consimili grassatur uia a quibus hic est omnis cultus. No.

Grassator Catonis liber est inscriptus carmen de moribus i eo. li. hæc sparsim & intercise commeminimus: uestiri inquit in foro honeste mos erat domi quod satis erat: equos carius q̃ coquos emebant. poeticæ arti hos cum erat: si quis in ea re studebat. aut sese ad conuiuia applicabat: grassator uocabatur. A. g.

Gradus consuetudine sunt per quos ad altiora domorum & ædificiorum omnium scandi tur. Virgilius. i. æne. ærea cui gradibus surgebant limina. No.

Gradus pedum gradientium necessitudo. Vir. geor. libro tertio. Gradibusque sonare compositis. Honius.

Gradus firmitas standi. Marcus Tullius de of. libro primo. Nec tumultuantem de gradu ut dicitur deiici. No.

Gradius pro gradus. Varro de uita patrũ libro secundo. Multo perditi pudore & pudicitia adolescentes dixerũt eum maiore parte gradius & ætate ad te stipendia facerẽt. No.

Gradus dicitur in altionem scamnum duplicata scansio: quod gerit ab inferiore superiore. Varro.

Gradator a magno gradu dictus. Plautus in penulo. uincere tis ceruum cursum uel grada

torem gradu. Varro.

Gratulor cum alio pariter gaudeo. Cicero in epistola ad Curionem. Sed tibi & gratulor & ut sempiterne laudi tibi sit iste tribunatus exopto.

Gratulor gratias ago. Affra. in cinerario. Sexte frater mi salue cum saluus uenis melius q̃ gratulor diis ideſt gratias ago. Seruius.

Grammatica antiqua ostendit quemadmodũ quodque poeta finxerit uerbum: quodque confixerit quoque declinarit. Varro.

Gelu ars monoproton esse uult. Contra sentit auctoritas. Lucre. in quinto. Assiduisque gelicas usus mortalibus aufert. Idem in texto. Denique sæpe multis atque ruina gelu geli.

Gelon tyrannus siculus cui Hiero. successit.

Gelonus Herculis filius: a quo populi scythiæ propiqui agathyrsis qui se pingebant qui sitientes e uena equorum sanguinem bibũt: & ex hostium scutibus & se & equos tegunt.

Gela fluuius Siciliæ. & urbs inde gelous & geloi campi.

Gelo pro gelu. Varro sexque ulyxe: Pueri dum comesque tenent. Cato gelo putri montiũ laxa. Nonius.

Glebari qui facile præscindunt glebas. Varro.

Gemma & pro oculo uitis eleganter dicitur. Virgilius in georgicis. Turgent in palmite gemmæ. Et Cice. in catone maio. Itaque in eunte uere anni quæ relicta sunt existit tanquã ad articulos sarmentorum: ea quæ gemma dicitur: a quo oriens sese ostendit.

Geminitudinem. Pacu. in atalanta. Habeo ego istam qui distinguam inter uos geminitudinem. Nonius.

Gemmas inclusas argẽto auroque ait Sabinus auro argentoue cedere enim cedit cuius ei maior est species quod recte expressit. Semper enim cum quærimus quod cuique cedit illud spectamus: qd cui rei ornãdi causa adhibetur ut accessio cedat principali cedent. Igitur gemmæ phialis uel lancibus inclusæ auro argentoue. sed in coronis mensarum gemmæ coronis cedent: & hæ mensis in margaritis & in auro idem est. Nam sunt margaritæ auri ornandi gratia adhibitæ sunt auro cedũt si aurum margaritis cedet. Idem & in gemmis ãnulis inclusis. Pompo. de auro & argento legato.

Gemmæ sunt perlucidæ materiæ: quas ut refert Sabinus i libris ad Vitellium. Ser. a lapillis eo distinguebat: q̃ gemmæ essent perlucidæ materiæ: uelut smaragdi: chrysoliti ametisti: Lapilli autem contrariæ superioribus naturæ: ut obsiani uetẽtani. Margaritas autem nec gemmis nec lapillis contineri nec satis constitisse ibidem. Sabinus ait. quia concha apud rubrum mare crescit: & coalescit. Murina autem uasa in gemmis non esse. Cassius scribit esse quædam subtilis differentia: attamẽ nihil inter factum & gestum iteresse. Pomponius de au. & ar. leg.

Gemere quære in euilare. Lau.

Gẽma omnis lapis præciosus: etiam myrrina præter margaritam. Lapillus quoque quod generale nomen est omnium paruorum lapidum: sed subintellectione preciosum idẽ ẽ quod gemmula. Margarita uero uel margaritum lapillus est qui in concha nascitur & conchilium dicitur: quã uulgo perlam appellant: quæ etiam uocatur unio: ut Plinius inquit: quia nunq̃ nisi idistincta reperiatur. Estque masculini generis. Lauren.

Gemiæ gulosi. Lucillius lib. xxx. Illo quid fiat lamia & pithorsio denteſque ueniunt gemiæ illæ uerulæ improbæ ineptæ. No.

Gemini dicuntur ex uno utero uno die editi. Virgilius octauo Geminos huic ubera circũ ludere pendentes. No.

Geminum rursus simile. Pacu. in hermio. Par fortitudo gemina confidentia. Nonius.

Geminæ duæ. Virgilius libro sexto. Sunt geminæ somni portæ: quarum altera fertur. cornea. Nonius.

Gemiti pro gemitus. Plau. in aulu. Tantum gemiti & mali mœsticiæ hic dies mihi obtulit Nonius marcellus.

Gemini pro duobus. Virgilius quinto æneid. Aemula necdum temporibus geminis cane bat sparsa senectus. Seruius.

Genas. Ennius palpebras putat cum dicit hoc uersu. Pandite supigenas: & corde relinquite somnum. Alii eas partes putant genas dici quæ sũt sub oculis. Pacuuius genas putat esse qua barba primum oritur hoc uersu. Nunc primum opacat flore lanugo genas. Festus pompeus.

Gentilis dicitur ex eodem genere ortus: & is qui simili nomine appellatur: ut ait Cincius. Gentiles mihi sunt qui meo nomine appellantur. Festus.

Genealogia generationis series.

Genethlios natalis. & inde genethliacus natalicius.

Genialis lectus qui nuptiis sternit in honorẽ.

Genii:unde appellatur.Festus.

Geniales a gerendo q plurimum posse putabantur:quos postea gerulos appellarũt.Festus pompeus.

Geniales deos dixerunt: aquã terram:ignem aerem:ea enim sunt semina rerũ.que græco rũ alii θτδιχεῖα alii γενεθλίδα uocãt .xii. quoque signa solem & lunam inter hos deos computabãt.Geniales aũt dicti a gerẽdo:quia plurimum posse putabãtur. quos postea gerulos appelarũt.Festus pom

Genium appellabant deũ qui uim obtineret rerũ omniũ gerendarũ. Ausustius genius inquit est deus deorum filius & patens hominum:ex quo homines gignunt & ꝓpterea genius mens noiat qa me genuit.Alii geniũ esse putarunt uniuscuiusque loci deũ.Fe.

Genselia appellatur quæ ex multis familiis cõficitur. Festus pompeus.

Genuini dentes q a genis dependẽt.

Genus dictum putat a terræ græco uocabulo: quam γῆν dicunt .Fe.

Genus & familia differunt.Genus enim ad uiuos ptinet.Familia ad defunctos.Teren.in and.Tali genere atque animo natũ ex tanta familia.Alii genus ad nobilitatem referunt. familiã ad copias.unde & paterfamilias dicitur.ut sit ex tanta familia:ex tam diuite domo.Donatus.

Genialis hospitalis. Scintra de ãtiquitate uerborũ li.tertio.Scis. enim geniales homines ab antiquis appellatos: qui ad imitãdum & largius apparãdum cibum prõptiores essẽt Nonius marcellus .

Genialia curare dicitur qui uiuit lautius .Te. in phor.Suum defraudãs genium.Do.

Genium parsimonia.Te.i phor.Suum defraudãs genium cũ par sit miser.Lucil.lib.xxvi. Curet ægrotum sumptũ homini præbeat genium suũ defraudat.alii parcat.No.

Generosum nobile.ut forte.M.T.de offi.lib. tertio.Magnum quidẽ cuique de impio certamẽ eẽt cũ rege generoso atque potẽti . N.

Generi & nurus appellatõne sponsus quoque & sponsa continent. Item soceri et socrus appellatione sponsorum parentes contineri uidentur.Vlpia.de pœnis.

Generi appellatiõe & neptis & proneptis tam ex filio q ex filia cæterarumque maritos cõtineri mãifestũ ẽ .Vlpianus de uerbor sig.

Geniculũ nõ est diminutiuũ ꝓ germine. Lau.

Genius generis.Laberius i imagine genius generis nostri parens.No.

Genitrix a matre hanc habet distãtiam: q genitrix semper quæ genuerit nuncupatur. Mater uero aliquando pro nutrice ponit Virg in.vii.Geminos huic ubera circum ludere pendentes pueros & lambere matrem Plau. imenechmis.Ita forma similis pueri ut mater sua non internoscere posset quæ nimiam mammam dabat:nec adeo mater ipsa illos quæ pepererat. No.

Generibus pro generis.Actius in alcmenone. Qui ducat cum te uiderit socerum generibus tantam eẽ impietatem.No.

Genitiuus casus pro accusatiuo. Titin.in altera dicis tu quæso quo a te abortisti mei fasti dis meæ deliciæ.fastidit mei pro me.Lucilius in sexto saty . Tristis difficiles sumus fastidimus bonorum.Turpil.in leucadia.Vide nunc fastidit mei.Lucillius libro. xxviii. Cui sæpe mille imposui plagarum i deum. Actius in alphesiboea.Si cui ueret te progenitoris cedo. Nonius.

Genitiuus positus pro ablatiuo. uel aduerbũ loci.Plau.in trinummo.Non ego salutis.Cicero tusculanarũ libro quarto.Aliquod malum metuit exanimatus pẽdet animi.Plau. in amphi.Vt salui potiremur domi.Lucilius in sexto saty . Hortari illorum si possem capis sortiri.Idem in sexto.Quarum & abũ demus rerum & quarum indigeamus.Tul. lius de republica libro quarto.Noster aut populus sociis defendendarũ terrarũ omnium iam potitus est . Virgilius primo æneidos.Implentur ueteris bacchi pinguisque ferinæ.Varro i eumenidibus. Ego autem qui essem plenus uini & ueneris. Plau.in epidico.Desipiebam mentis cum illa scripta mitterem sic mille annorũ uiuunt.No.

Genitiuus pro datiuo. Actius in neoptolemo. Quid si e græcia omne Ilium par nemo reperiri potest.Turpilius in pedio.Nec mirũ adducta ut pars est expers malitiis metuens sui.Virgilius æne.libro primo . Diues opũ studiisque asperrima belli Plau.in asina.Volo amori illius obsecutũ uolo amet me patrem.Nonius.

Genitiuus pro accusatiuo.Tullius de republica libro sexto.ut quemadmodum scribit ille quotidiano in foro mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent.No.

Genialis uoluptuosus conuiualis. Nam quotiens uoluptati operam damus : indulgere dicimus genio : sicut econtrario apud Terentium.Suum defraudans genium.Virgilius primo georgicorũ.Inuitat genialis hyes Seruius.

Generatim per singula genera. Generaliter autem est simul omnia. Virgilius. secundo ge. Quare agite o proprios generatim discite cultus agrycolæ. Seruius.
Geographia descriptio terræ.
Geometria mensura terræ.
Georgica a græ. γαια και εργον .i. opus terræ.
Gestire motus corporis mõstrare quid sentias constat a pecudibus ad homines translatũ & magis brutorũ ẽ q̃ hominum. Vir. & studio incassum uideas gestire lauandũ. Te. in eu. Obtundat enecet quid gestiam: & aliud ẽ gestire: aliud lætum esse. & plus est gestio q̃ uolo. Terenti. in phor. Ipsum gestio dari mihi in conspectum nũc. Dona.
Gens familia. Virgilius. Vigilias ne deum gens ænea uigilia. Seruius.
Gena palpebra. Virg. æne. vi. Effusæque genis lachrymae. Seruius.
Georgoma aruernorum urbs est in excelso mõte sita prope quã fluit Clauer fluuius qui cadit in Ligerim & diuidit haeduos ab auernis. Strabo.
Genabum ẽ oppidum carnutum: & habet põtem super Ligerim. Strabo.
Genua ligusticum emporium est: hinc incipit apenninus mõs. distat autẽ a Sabaciis stadi. .cc. lx. Est autem extremum allobrogũ oppidum proximum heluetiorum finibus ex eo oppido põs ad aluetios pertinet inter uarum & genuam habitantes ligures. Idem in italorum numero sunt ad mare pertinẽtes genua nunc genuera dicitur. Str.
Genis. En. pro dormiente imprimit genae genam. Seruius.
Gener autem dictus est quia ad genus agendũ adhibetur. Seruius.
Gerre crates uiminee. Athenienses cum syracusas obsiderent & crebro ceras poscerent: irridentes siculi gerras clamitabãt. unde factum est ut gerrae pro nugis & contemptu dicant. Festus.
Gerusia curia ab aetatis uocabulo dicta. Fe.
Gemursia sub minimo digito pedis tuberculũ q̃ gemere faciat eum qui gerat. Fe.
Gernum ciuitas est in gallia narbonensi: iuxta taraconem. Strabo.
Geryones hispanus Tergeminus quem Hercules uicit Fulguris filius Haesi: trium capitũ primae declinationis.
Gerus fluuius scythiæ septimus ab istro.
Gerdius. Lucil. lib. xxx. Curre domi sicut gerdius ancillæ pueri zonarius tector.
Germanicus fideliter dictum a germanitate. Pompo. ĩ præfecto. Morum ut si quis ẽ amicus amici gaudebat sic ut quid boni euenit cui amicus ẽ germanicus. No.
Gerræ nugæ ineptiæ: & sunt gerrae fascini, qui sunt in naxo insula. Veneris ab incolis appellantur. Plautus in asi. Gerrae qui se parare apparet huius legibus profecto. idẽ. Hic aderit credo congerrius meus. Cõgerrius ut cõsultor meus qui easdẽ exercet nugas. Cecilius in portitore. Cur depopulator gerrae. Nonius.
Gerere habere. Vir secundo æneid. & nos ali quod nomenque decusque gessimus. Noni.
Gerere facere. Virgili. viii. aeneid. Nec tecum talia gessi. Magnanimum aeneam & fata extrema secutus. No.
Gero habeo. Virgi. primo aeneid. una cum gente tot annos bella gero. Ser.
Germanus a fratre in hoc differt. Germanus enim de eadem genitrice natus: nõ ut multi dicunt de eodem germine: quos Varro tãtũ fratres uocat: hoc tamen confundit usus. S.
Gerere ferre. Virgili. vii. aeneidos. Bella manu pacemque gero. Idem ĩ eodem. Leuaque ancillæ gerebat. Nonius marcellus.
Gerrones uocant nugatores a gerendo. Terẽtius ĩ heau. Si uis scire ego dicam iners fraus gerro. Seruius.
Gestit qui subita fœlicitate exhilaratus nimio cõporis motu præter consuetudinẽ exultat
Gessati populi qui cum senonibus olim perimpetum Romana potiti sunt urbe.
Gesta quære in acta. Lau.
Gestus est actio quædã & q̃si pronũciatio corporis. Gestio uero administratio & actio. Lau.
Gesum graue iactum. Ser.
Gestire significat lætum esse: dictum a gesticulis facilioribus. Ter. in eu. Chærea quid est q̃ sic gestis: aut quid sibi hic uestitus quærit. Vir. primo geor. Et studio incassũ uideas gestire lauandi. No.
Gestire est cupere. Lucil. lib. xxx. Quantum haurire aius musaꝫ e fõtibus gestit. No.
Gestire est læticiam suam corporis habitu significare. Vir. primo geor. Et studio incassũ uideas gestire lauandi. Teren. in. eunucho Chærea quid est q̃ sic gestis. Ser.
Gesa hastas utiles significat. Virgi. tertio. æne. Duo quisquis alpina coruscat gesa manu. Nam & uiros fortes galli gessos uocant. Ser.
Gestus quo indicatur quid geritur. præter participium quod a gerendo deducitur. Festus pompeus.
Genofosum obscusũ uidelicet ex græ. quod

Fest γηοφος. Festus.
Geryos fluuius é Mauritaniæ partui tisadro, p pinguus. Hunc cerebes qdam uocant.
Getæ populi thraciæ. Pli. apianus dacos dicit Alii gotos. Salu. scdm Ser. Mysios dicit a Luculo superatos.
Getulia regio Aphricæ: quã Pli. dicit ætolorũ partẽ fuisse: sed pulsi ppriã fecere gentẽ uersus æthiopes montosa & elephãtes gignit.
Gessus fluuius é apud Iones: ea in regione quæ troglea appellat. Iouis sacra.
Gneus & corporis ĩsigne & prænomẽ a generãdo dicta esse: & ipsa ex græco γιγνεσθαι apparet. Festus.
Græca sacra festa Cereris ex græcia translata: quæ ob inuentionem Proserpinæ matronæ colebant: quæ sacra dum non essent matronæ quæ fecerunt ppter cladem cãnensẽ & frequentiã lugentium institurum est: ne amplius centum diebus lugeretur. Festus.
Gremium quære in sinus. Lau.
Grex quære in bucca. Lau.
Greges ex græco dicti: quos illi. αγελας solent appellare. Festus.
Grex fit ex capris porcis ouibusue: etiam ex bobus dixit. Virgi. sed apposuit epitheton magnum. & Hora. apposuit mugientum ut aut in reducta ualle mugientũ prospectat errantes greges: quasi grex generalius nomen: armentũ specialius. Cice. phili. Fudit apothecas cecidit græges armentorum. Lau.
Grex quorunlibet animaliũ congregatio. De bobus uero armenta dicimus. Ser.
Gregaristas. Cic. de repu. lib. secundo ita scripsit. Quod quid éeo fuit maius qui cum causa pari collegæ essent: nõ modo inuidia nõ erant. sed etiam dandi inuidiam gregaristas deprecabatur. A. g.
Grex dicitur ordo bonoꝝ uel malorum. Cice. In his bonis gregibus omnes aleatores oés ipuri impudicique uersantur. Teren. i adel. Atque hic hercle de grege illorum é. Do.
Grex melior fit si non é ex collectis cõparatus: sed ex consuetis una. Varro.
Gezeriator tibicen. Fe.
Gezeria ex multis obsoniis decerpta. Fe.
Gyas troianus.
Giarus insula parua ex cycladibus: ad quã noxii damnabant. Iuuenal. pluraliter dicit. ut alias etiam notaret.
Girim mons é apud garamantas: in quo nasci gemmas uetustas testata est.
Gigãtes terræ filii sine patre. Var. luna nati pedibus serpentinis a Ioue fulminati. Inde gigantomachia.
Gigeria intestina gallinarum cũ his & ita cocta Luc. libro. viii. gigerini sunt siue a deo epetia. Nonius.
Gigeum stagnum ẽ Mysiae in latere moli montis propinquum pactalo flumini & Lydiae ciuitati.
Gyges cœli & terræ filius Briarci frater Cẽti manus: alter apud Platonem pastor lydius qui ãnuli beneficio Reginæ stuprum intulit: & Rege interfecto rex lydiæ fuit. Tertius puer Cnidius apud Horatium. Tor.
Giluus color est inter album & nigrum medius. Seruius.
Gillus uir Tarentinus de quo Hero.
Gindos minoris Asiæ ,pmontoriũ est: in quo dudum æthiopia libera.
Gimnosophistæ nudi sapientes philosophi. indorum uel chaldæorum: quos Druydas Laertius obscure philosopharı dicit: dicebant nil mali agendum: mortem contemnẽdam deos colendos. Tor.
Gymnasium locus palestræ ubi nudi exercebant: & ,p omni exercitio: & exercitii loco. Gymnasiarches princeps gymnasii.
Ginæcium. locus in ædibus ubi sole mulieres habitabant. de quo. T.
Gyneconitus idẽ Aemilius probus interiore parte ædiũ: quæ gyneconitis appellatur.
Gynæcia bona dea: de qua in dictione maia.
Gyndes ex mãtianis montibus per Dardanos in tigrim: secundus post Eufratẽ: qui obfuscatum dilectum militem Cyrius in. xl vi. alueos deduxit. unde amisit nomen: & deinde Eufraten & sic Babylonem cœpit.
Gion mons est iudeæ: apud quẽ Solomon fuit inunctus in regem iudæorum & diademate insignitus.
Gypsum genus calcis albæ quae facile conglutinatur & indurescit. unde facile formãtur signa.
Gyrtone nomẽ urbis pelasgicæ uel thessalicæ
Gyrus circuitus.
Gyrcæ petræ ubi Aiax oileus interiit. ody. quarto.
Gis uel ger fluuius est æthiopiae garamantum inter deserta & arenosa effluens loca.
Gisco Hamilcaris filius ante punica bella. Alter pater Hastrubalis.
Gytheus ,pprium uiri.
Gingrire anserum uocis ,pprium est. unde genus quoddam tibiarum ex ignatum gingrine. Festus.
Gintur & ginxus a generibus dixerũt. Prisci-

nus. Festus pomp.

Gyneciũ locus secretior in ædibus mulieribus solis habitatis: qui & græce γυναικῶνῖτις a mulieribus q̃s græci γυναῖκες uocãt. Te. in phor. ubi in gyneciũ ire occipio puer ad me accurrit. Ser.

Gliscere crescere ẽ gliscere mensæ. Fe.

Gliscentes. i. crescentes p̃ instructionem epistolarũ scilicet. Fe.

Gliscit ẽ congelassit & colligitur uel crescit uel ignescit. Turpil. in philopatro. Cum te saluum uideo & uolui gliscogaudio. Actius in æneadis Dissiminia tibi per duellum ẽ: quorum aut quibus se a partibus gliscũt. Pacu. in periboea: sed nescio quidnam est animi: horrescit & gliscit uiolentia Turno. M. T. in hortẽsio. Ad iuuenilem libidinem copia uoluptatum gliscit illa ut ignis oleo. Plau. i asina. Tempus est subducere pulchre hæc gliscit prælium. Noni.

Glis nominatus ab eo q̃ sunt glires. Laberius In aquis calidis etiã me hic optimus sõnus præmittitur glis. No.

Gliscitur pro gliscit. Sempronius asellio hist. libro quarto. Vt maior inuidia lepido gliscereretur. Nonius.

Gliscocresco. unde glires dicti sunt: quos pingues efficit somnus. Vir. Haud secus gliscit uiolentia Turno. Ser.

Gliceriũ dulcis mulier. cõponif. n. ex γλυκὺς dulcis & ἔρως amor. Tor.

Gnaus industrius: sicut mutiles & non aptos industriæ ignauos uocamus. Virgili. primo æneid. Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent. Seruius.

Gricena funis crassus. Fe.

Grineum nemus ẽ iuxta Claromenem Asiæ ciuitatem: ubi Apollo colitur. unde & grineus appellatur grineus Apollo. S.

Grippos. atque interea uocabulis aut facile cognitis sylogismoꝝ captionúque dialeticarũ laqueis strepebat: alioſque id genus grippos neminẽ posse nisi se dissoluere. A. g.

Gryllus Xenophontis filius qui glorioſe p̃ patria occubuit: cuius laudes multi innumeri scripserunt secundum Aristotelem. T.

Grynia urbs in æolia in finibus Ioniæ i Asia quã puto claromenẽ dictam de qua Ser. in quarto. de grynia Herodotus: a qua gryneũ nemus in quo dabantur manifesta Apollinis responsa cui præfuit Mopsus Apollinis filius ex mantione filia Tyresiæ uatis thebant: a quo Mopso Calchas uictus dolore interiit Tortelius.

Gryps gryphis: quidam gryphonis aial quadrupes & pennatũ i hyperboreis mõtibus similis leoni præter alas & facie aquilæ hominibus & equis infestus. Vir. i buc. Tor.

Gryppus nasus gibbus seu aglinus a gryphis similitudine. T.

Gnotu cognitu. Festus.

Gobius græce per c piscis uilis.

Gobrias nobilis persa: qui cũ dario in Magnũ coniurauit Darii socer prius.

Gonnus urbs in superiori thessalia.

Gorgias siculus Empedoclis discipulus & Isocratis q̃ primus auream statuã solidam delphis posuit ex quæstu oratoriæ.

Gorogytion Priami & Castianiræ filius: forma & uiribus præstans.

Gorgones insulæ in oceano æthiopico: in quibus Medusa cum sororibus regnauit.

Gortynia potius q̃ cortynia urbs cretæ quam Leneus præterfluit: p̃ quã Europa portata ubi calami p̃ sagittis. Inde gortinius ubi fuerunt armenta solis.

Glonius i sacris crustulus titubi figura coctus ex oleo appellatur. Fe.

Glos uiri soror a græco. Fe.

Glos appellatur mariti soror atque idem fratris uxor. No.

Gloria græca dicta: hãc enim illi uocãt. κλέος. Festus.

Glorioſus gloriæ plenus. ut uictoria glorioſa homo glorioſus. i. affectator glorie ut miles glorioſus apud Te. Lau.

Gloſſũ Cneus marius i milibus tot ficoꝝ non uidebitis gloſſũ. & paulo post ait. Sũt ab alio lacte diffluos gloſſos: & posthumius albinus ãnaliũ prio de Bruto. Ea causa sese stultum brutumque faciebat gloſſulos ex melle edebat. Macrob.

Gorgebina ẽ biorum oppidum. Strabo.

Groma appellaf genus machinulæ cuiusdam quo regiones agri cuiusdã cognosci possunt qđ genus græci γνωμονικὸν dicunt. Festus.

Guberna p̃ gubernacula. Luc. saty. xx. proras dispoliate & detũdite guberna. Nonius.

Guttum appellatur uas quo uinũ minutatim funderent. Varro.

Guttati. Plau. i mercatore. Quod guttatim cõtabescit q̃si i aquã indideris sale. Ennius in hecuba. Vide hinc meæ inquam lachrymæ guttatim cadunt. Nonius marcellus

Gutturinũ uas ẽ ex quo aqua i manus daf ab eo q̃ ppter oris angustias guttatim fluit. Fe.

Gullioce micium iuglandium summa & uiridantia putamina. Festus.

Glutire & glocitare gallinarum proprium est cum ouis incubituræ sũt. Festus.

Glutis subactis leuibus teneris. Festus.

Gluma ordei tunicula: dictum q̃ glumabatur id granũ. unde & pecus glubi dicitur cuius pellis detrahitur. Festus.

Glucidatũ suaue & iucundum. græci & enim γλυκυν dulce dicunt. Fe. pom.

Gluma. Varro folliculum grani frumẽtarii dici putat de re rustica libro primo. granũ dictum qđ est intimum solidum. gluma folliculus eius arista quæ ut acus tenuis longe eminet. Nonius.

Gurgustiolum & gurgustium genus habitationum angustum a gurgulione dictum.

Grumus terræ collectio minor tumulo.

Grumus dicitur ager a congerie dictus. Acti in œnomao. Quocũque institeram grumũ aut præcisum iugum. Nonius.

Gruere dicuntur grues: & sues grũnire. unde tractum est congruere: hoc est cõuenire: qa id genus uolucrum minime soliuagum ẽ. F.

Cruмæ sũt loca media ĩ quæ directe quatuor congregantur & conueniunt uiæ. Est autẽ gruma mẽsura quædam qua fixa uiæ ad lineam diriguntur: ut agrimensorum & talium similium. Enni. in. xvii. Gruma dirigere dixit degrumari ferrum. Luc. libro tertio. Viam quæ degrumaueris ut castris mẽsor facit olim. Nonius.

Grunnire dicuntur porci qđ eorum propriũ uocis est. Varro in aboriginibus. Grũnit tepido lacte satur mola mactatus porcus. Tullius tus. libro quinto. Aut grũnit cum iugulatur sus. Laberius in sedicio grũnientem aspexi scropham. Nonius.

Grunnulis lares dicũtur Romæ constituti ad honorem porcæ: quæ. xxx. peperat. Noni.

Grunnire cum sit proprium suum. & Laberius dicat: grunnientem aspexi scrophã. Claudius in. xv. Anni grunniebant. No.

Gurgustium est obscura & latens taberna. Cicero in oratione in. L. Pisonem. Nescio quo e gurgustio te prodis. Ser.

Gurgulione hircus melioris qui est potissimũ pilo albo & ceruice & collo breui gurgulione longiore. Varro.

Gurgitem romanum ciuem & uirum triũphalem: a deuorato patrimonio cognominatũ accepimus: qui ĩsignibus uirtutis secutæ uitia prioris cõpẽsauit ætatis. Macrob. de sa.

Gurgitare quære in uerbo obruere. Lau.

Grundit porcus dicimus: ueteres grundire dicebant. ut sit ĩstãs grundio. Cecil. Cruento ita ore grundibat: grauire pecus susllũ: hinc quoque grundiles lares dictos accæpimus: quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ: quæ triginta pepererat. hoc ita esse hoc modo affirmat Cassius in secundo histo. Pastorũ uulgus sum contentiore cõsentiendo præfecerũt æqualiter imperiũ Remum & Romulum. ita ut de regno pares inter se monstrum fit sus: parit porcos triginta: cuius rei formam fecerunt laribus gnũdulis. Diomedes.

Litteram non esse ostendimus sed notã aspirationis. qua græcorum antiquissimi similiter & latini ĩ uersu scribebãt. Nũc autem diuiserunt: & dextram eius ptẽ supra lẽam ponentes. Gryllus uero ad Virgiliũ de accentibus scribens leuem nominat. Sinistram autem ptẽ contrariam aspirationis: quã Gryllus flatilem uocat.

Habitudo habitus corporis. Fe.

Habitior pinguior. Fe.

Habentia: ut industria sapientia concordia. Claudius libro. xii. Animos eorum inflaret ab eo quod est habere. No.

Habere satis esse. Virgilius libro septimo. hoc habet hoc melior magnis data uictĩa diuis:

Habere & referre gratiam differunt. Qui habet apud se gratiam nondum rettulit: qui rettulit destitit habere. Salu. ĩ iugur. Arma pecuniã sume utere: & quoad uixeris nunq̃ tibi redditam gratiam putaueris: semper apud me integra erit. Terentius ĩ eunucho Et habetur & refertur tibi a me. Thais ita uti merita es gratia. Do.

Habere planum est quid significet. Virg. quatro æn. Habeat secum seruetque sepulchro. Teren. in and. Quod habui summum precium persolui tibi. No.

Habere tenere occupare. Virgilius secũdo æn. Hostis habet muros. Lucil. lib. xxx. Hoc tũ ille habebat: & fere omnẽ apuliã. Plau. ĩ aulu. Postremo hũc iã pschrutaui nihil habet Te. ĩ and. Certe captus ẽ habet. No.

Habere etiam pro inuenire. Idem in eodem. Nunquid habes quod contemnas habere credere ducere existimare. Idem in andria. Semper eius dicta atque habita est soror: & sic dicantur atque habeantur. Idem in adel. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi eduxi a paruulo habui: amaui pro meo. Donatus.

Habere rursũ habitare. Salust. ĩ catillina. Cre

do falsa existimãs ea quæ dẽ iferis memorãt diuerso itinere malos a bonis loca tetra icul ta fœda atque formidolosa habere. Virg. li/ bro. vii. Quæ loca quiue habeant homines Affranius in excepto. Vbi hic me scis quæso hunc habet meretrix neapolitis. Actius in philothete. Vbi habet urbe agroue. Plau. in aulula. Patri auoque huius iam q nũc habet Nonius.

Habere dicere. Teren. in eunucho. Labore alie no magnam partam gloriã uerbis in se trãs/ mouet qui habet salem quod in te est. No.

Habere facere. Varro in thapheminip. Saltem infernus tenebo atque habeat homines so/ litos q̃ cum pœnis formidant q̃ fullo ulula Marcus Tulius de repu. libro tertio. Nam cum quæreretur ex eo qđ scelere ipulsũ ma/ re haberet infestum: immo mioparone eo/ dem inquit: quo tu orbem terræ. Nonius.

Habere dupliciter accipitur. Nam eum habere dicimus qui rei dominus est: & eum qui do minus quidem non est: sed qui tenet deni/ que habere rem apud nos depositam sole/ mus dicere. Vlp.

Habere quis id apud se uidetur: de quo habet actionem. habetur enim qđ peti põt. Vlp.

Habere sicut peruenire: quod cum affectu acci piendum ẽ. Pau.

Habere duobus modis dicitur altero iure do/ minii: altero obtinere pro interpellatiõe id quod quis emerit. Vlp.

Habere audire. Lucil. xxvii. habes omnem rẽ pergam quo cœpit iter. Ser.

Habere dirigere. Lucil. li. xxix. hunc alio cum iter haberet præteriens uenit. No.

Habes idest dicis: & habes intelligis: qđ enĩ te/ nemus corpore: habemus quoque item ani mo. Salu. Laresum Hispaniæ ciuitatẽ: quã nũc Tirii mutato nomine Gadirum habẽt. Teren. in eu. Qui habet salem qđ i te ẽ. Do.

Habet percussus est. habere enim dicitur q̃ p/ cussus est. & proprie de gladiatoribus dicit habet qui prius alii uideant. q̃ illi sentiãt se percussos esse. Teren. in and. Certe captus ẽ. habet. Donatus.

Habitare est inhabitare habere uti. Varro de sermone latino libro. vi. Vtrũque mulieres epicrorum uiri quoque habitauerũt. Idẽ re rum diuinarum libro. xvi. hoc nomine anti quos secundis rebus cumas habitasse. No.

Habitus possibilitas. Virgi. primo geor. uẽtos & uarium cœli perdiscere morem. Cura sic ac patrio cultus habitusque locoꝝ. Ser.

Habilis pro uiribus aptus. Vir. primo. æn. Nã que humeris de more habilem suspenderat arcum. Seruius.

Habitare dicimus uel in seruo uel in condu/ cto uel in gratuito.

Habitantem inter & hospitem multum iter/ est: q̃tum inter domicilium habentem et pe regrinantem.

Habitatio idest ædificium.

Habere fidem quære in do fidem. Lau.

Habere gratias quære in agere gratias. Lau.

Habui oratõem quære i uerbo feci. Lau.

Habeo tantum polliceri inquit. Cic. & audire habeo quid sentiat. i. polliceri & audire: qđ etiam dicit impetrare: habeo & impetrãdũ habeo. Quintil. Impetrãdum a uobis habeã hodie mei fauorẽ. Lau.

Habitaculum non diminutiuum. Lau.

Hac atque illac perfluo: uilis & abiecta transla tio apta apud meretricem loquenti. Parme noni seruo in eu. translata quasi ab aquario uase fictili. Donatus.

Hadrianus imperator. Adrianus gentile ab Adria.

Hæmatides lapis ruboris sanguinei.

Hæma sanguis. unde forte hemelius: nos ta/ men abiicimus h ut supra.

Habeo aspiratur ut differat a uerbo abeo abis: similiter habena: habitus: habitudo: habi/ lis: habitio: habito: inhabito inhibeo: exhi/ beo: cohibeo: prohibeo: adhibeo. In quibus a uersa ẽ in i. Redibeo tamen q̃is ex habeo & re particula constet: aspirationem abiecit accepitque hyatus causa d quæ nullo pacto aspirationem recæpit. Ponta.

Habraã aspiratur: habramios & habronicus quod est græcum & hominis proprium. Põ tanus.

Hac aspiratur: uerum istinc: istuc: istoc: & simi lia simplicia sunt. Ideo aspirationem non re cipiunt. Antiqui enim dixerũt isticce: istæc/ ce: istocce: sicut hicce: hæcce: hocce. Ponta.

Hadis morbum significat. Pon.

Hades infernus. Ponta.

Hadria masculini generis pro sinu maris: fœ/ minini p oppido cum deriuatis aspirationẽ accipit. ut hadriaticus: hadriacus: hadria/ nus. pprium hominis. ἅδρος enim græce idem quod uber apud nos est. Pon.

Hadrys sonat carens arboribus. Pon.

Hæmorrois sanguinaria.

Hæresis optio uel electio. unde apheresis abla tio: diaresis diuisio & synaresis coniunctio. nonnulli heresyn dicunt.

Hæresius proprium uiri.

Hagnos ideſt purus & caſtus. unde hagnes deriuatur. Pontanus.

Hagios ideſt ſanctus. Pontanus.

Hageſilaus aſpiratur. Pontanus.

Hageſilaus rex lacedæmonius non poteſtate: ſed nomine ut cæteri. habebant enim duos ſemp magis noīe q̄ re ex Procli. & Eriſthenis familiis. qui ex progenie Herculis reges fuerāt ſemper maximus natu eligebaſ: ſi qs non habebat liberos ꝓpinquior ſuccedebat Fuit hic uir clariſſimus. ſucceſſit agi fratri: geſſit plurima bella. plurimū ab Xenophonte laudatur.

Hageſipolis Athen. Plutar.

Haia nomen proprium quod uerus indicat in ſcriptio. Haiæ ruffine parentes ifœliciſſimi. Pontanus.

Halcyonia dies cum altiones aues nidum faciunt. Tum. n. tanta tranquillitas ē ut penitus in mari nihil poſſit moueri. id & media contingit hyeme. Ser.

Halophāta ſignificat oīa mētietē ἁλιτομενὸν græci fallentem appellant. Fe.

Hallux pollex pedis ſcandēs ſuper ꝓximū dictus a ſaliendo. nā ἁλομαι. eſt ſalio. Feſtus.

Hallec genere neutro. Plau. in aulu. Qui mihi olera cruda ponunt hallec diunt. Hora. li. primo ſer. Ego prius fecem & hallec miſcui. Nonius.

Halophantam & ſicophantam hoīum genus nequam qđ ob ſuenda mendacia miſerrima mercede conducitur. Plau. Halophantā magis eſſe dicā & alius nobilitatis obſcuræ halophante mendacem uelit. Nonius.

Halucinare aberrare & non conſiſtere atque diſſolui & ſtupefieri atque tardare: honeſte ueteres poſuerūt: ut ē & aſſiduo oſcitātem uidit atque illius quidem dedicatiſſimas mētis & corporis halucinationes. No.

Halcioneſ nā theo χαλκυονες aues paulo maiores paſſeribus de quibus Pli. in mari nidificant hyeme. Oui. ſcđo.

Halicarnaſus ab alios marinus urbs Carie maritima argiuoꝝ colonia: ubi manſoleum. Tortelius.

Halis ex radicibus Thauri per Cappadociam diuidens Lydiā a perſis. in Euxinū deſinit.

Halo ut differat ab alo. is aſpirationem accipit uel potius a natura. quippe cui cōueniat dē ſitas illa quā ſignificat. Eſt enim exhalatio uaporum craſſiorūque: ut ſic loquar. ſpirituum denſitudo. Ci. terræ halitum aſpirationē uocat. Inde halitus exhalo halito. Pō.

Hala pro eo quod ait Hora. Hirſutis cubat hirtus in alis. Pon.

Halium genus holeris ab halādo dictū. P.

Halluxē pedis digitus qui ſup ꝓximum ſalit uel a græco ἁλλω ſiue ἁλλομαι latine ſalio. Pōtanus.

Halucinor halucinator halucinatio: ut teſtiſē Gel. aſpirantur. Pon.

Halys Lydiæ fluuius. Pon.

Halycarnaſus urbs eſt. Pon.

Halec piſcis ē. Ponta.

Halonneſus inſula ægæi. Pon.

Haliarcus urbs eſt daſeam habet. Pon.

Halyſca mulier. Ponta.

Halizones gens. Ponta.

Hals mare. unde nos ſalem dicimus & ſalū. Pontanus.

Halios genus ſcaphæ. Ponta.

Halizon fluuius ē. Pon.

Haliactes nomen perſicum. Pon.

Halizones populi paphlagonū. qui ſecundum Ariſtarchum undique mari circundātur ab ὑποϊῶσθαι circundari & ἁλι mari. T.

Haliacinon halcyon pro ani græci aſpirant deriuatum ab hals. Pon.

Hallec in c duo ſunt neutra: lac lactis & hallec. cis. Priſcianus.

Halcyones rexes filius Luciferi. habuit uxorē Alcionē: a qua cū ꝓhibitus eſſet: & miſiſſet ad cōſulēdū Apollinē de ſtatu regni ſui naufragio periit. cuius corpus cū ad uxorē delatum fuiſſet: illa ſe præcipitauit ī pelagus. poſtea deorum miſeratiōe in aues mutatæ fuerunt. Sciendum ē quia cum de muliere dicimus: hæc altiones facit: cum de auibus hi & hæ altiones. Iſte aues nidos faciunt in mari in media hyeme. quibus diebus tanta ē trāquillitas: ut penitus nihil in mari poſſit moueri. Inde etiā dies ipī altione nominaſ. Ser.

Hamon cognominatus quia in arena putatur inuentus: quē græci hoc noīe ἀμαθόεσσ appellant: cui cornua affingunt arietis a genere pecudis iter qđ inuentus ē. Feſtus pom.

Hamiotas piſcatores ab hamis. Varro ī bimarco. Voluit appellari chortes coquoꝝ atque hamiotaꝝ aucupiūque. No.

Hamadryades nymphæ quæ ἁμα ideſt una cū arboribus & naſcunt & depereūt Δρῦς Δρυὸς enim quercus ē ponitur autē ſpes ꝓ genere. Feſtus.

Hamatrahones alii piſcatores: alii qui unco cadauera trahunt. Feſtus.

Hamaxampeus pars hyſpanis fluuii qui cum fonte xampeo commiſcetur amaro callipodum ſcaturigine infamis. T.

Hamilchar cognominatur barcha Annibalis filius pater magni Annibalis in sicilia exercitum habere cœpit adolescentulus, i qua re/stituit rem carthaginensem.T.

Hamilco. & ita omnia barbara.

Hamasia flu.est nauigio pmeabilis iter haenũ & album.Stra.

Hanula parua deludra.quasi fanula.Fe.

Hannibal.Hamilcaris filius.xxv.annorũ i hispania ꝓfectus triẽnio subegit:& nisi ciuiũ fuisset inuidia Romanos uincere potuisset: uictus ad Antiochũ fugit:cui cum suspectus fuisset:quia cũ Vibio legato ro.apud ephesũ locutus esset: & inde uictus cũ fuisset antiochus fugit ad Prusiam:q eũ.T.Quintio tradidit unde uenenum sũpsit anno.lxx.

Harondo.i.sagitta.de canna enĩ fieri sagittae cõsueuerũt.ut Vir.perque ilia uẽit harũdo. unde Hora.li.car.Et calami spicula gnosii. Acron.

Harena quæritur habeat necne aspiratiõem? & Varro sic diffinit:si ab ariditate dicat nõ habet:si ab herendo ut in fabricis uidemus habet:& ipsa est uera etymologia.Ser.

Harena dicitur ꝙ inhereat:arena ꝙ areat.gratius tamẽ cũ aspiratione sonat & cũ pluralẽ non habet.Virg.tamen ait.Quã multæ zephiro turbantur harenæ.Ser.

Hariuga dicebatur hostia cuius adherentia in spiciebantur exta.Festus.

Hara est porcorum stabulũ.Var.i prometheo li.i.In tenebris ac sui liniũt nisi non forũ hara atque homines q nunc plærique sues sũt existimandi.Cicero in.L.pisonem.ex hara productæ non scola.No.

Hara porcorũ stabulum diuisus porcore ánus bifariam ꝙ bis in anno pariunt quaternis mensibus ferunt uentren bis nutricant haram facere oportet circiter trium pedũ altã & latam amplius.V.

Hara nam in ará deorum a penultima producitur & haram flectitur i nominatiuo nec habet aspirationẽ. cũ autem significat stabulũ porcorũ eadẽ a sylaba penultima corripitur & acuitur:& habet aspirationẽ.

Harenaceus ex materia harenæ.Lau.

Harmonia concentus uel potius proportionabilitas.& filia Gelonis syracusani. & uxor Themisti occisa ut stirps regia tolleretur.T.

Harmodius nomẽ propriũ.T.

Harmodotus poeta.Plutar.T.

Harmõides troianus Mineruae amator q pari dinauẽ ædificauit qua Helenã rapuit.

Harpalicæ harpali thraciæ regis filia.regina amazonum quæ patrem a Getis captum liberauit subito ipetu.qđ Vir.tangere uidet.

Harpasa oppidũ asiæ ubi cautes horrenda digito mouetur toto corpore minime.

Harpeensis persei ab αρπαζω græ.rapio.

Harpyca Hesi ααρπυιαϛ:ab αρπαζω. rapio tres Aello Occipete & Celæno Homerus etiã addit thyellam.

Harpalus Ciri præfectus a quo deducti sũt ex phocide fugati alii.alii uelia i lucanis. unde uelinus portus alii massiliã post Aeneã. dc. annos unde Iginus Vir.repræhendit secundum Gelium.x.

Hastæ subiiciebant ea quæ publice uenundabantur.quia signũ præcipuum est hasta Nã & Carthaginenses cũ bellum uellent Romã hastã miserũt & Romani fortes uiros sæpe hasta donarunt.

Hastrubal:quidam hasdrubal.

Haurio hausi inuenitur tamẽ etiã hauriui uel haurii.Var.xxiiii.ad Ciceronem cum ididẽ haurierint Pri.

Haud muto factũ uetustæ nõ me pœnitet.nã si qđ pœniteret infectũ uelle dicebãt. T.in an.Haud muto factũ.Do.

Haurire significat exhaurire uel iplere. Lucil. lib.quarto leuat integras & ardere fontes at que haurire animus musarum & fortia gestu.Nonius.

Haurire auare sumere.Cice.tuscu.lib.quinto Cum iexplebili cupiditate quo fluẽtius uoluptas undique hauriret eo grauius ardentiusque sitientem.Vir.lib.primo.Ille impiger hausit spumantẽ paterã & pleno se proluit auro.No.

Haurire dastigare.Vir.i.iii.geor.Exultãtiaque haurit corda pauor pulsans.

Haurire confodere Vir.li.x.Per tunicã squalẽtem auro latus haurit apertum.No.

Haurire accipere.uel hoc audire.Vir.li.x.Haud hæc molia facta sublatis aperire dolis simul hoc animo haurit.& li.quarto.Vocem que his auribus hausi.No.

Haurire tenere. Vir.quarto geor.Mediũ sol igneus orbem hauserat.No.

Haurio accipio.Vir.i æn.Ille ipiger hausit spumantem pateram:non enĩ bibit possumus intelligere: cũ sequatur pleno se proluit auro.Ser.

Haurio uideo'Vir.Hausit cœlum mẽtemque recæpit.Ser.

Haurio audio. Vir.uocemque his auribus hausi.Ser.

Haurio uulnero.Virgi.Lacus haurit apertum

Seruius.

Haurio ferio. Vir. iii. æne. Exultantiaque haurit corda pauor. Ser

Heautontimorumenō seipsū cruciantē. iuueni quandoque eautō cum datiuo ut timoru/meno. Hæbes retusi acumini. Ser.

Hæbes positū pro obscuro atque obtuso. Cic. academicorū li. ii. Quid limæ quid liniamē/ta sunt? potest ne dicere ne cuius & nascētis & isenescētis alias hæbetiora: alias acutiora uidentur cornua. N.

Hex græ. sex appellatur. Seru.

Hebenū arbor īdica ḋ qua Plinius. xii. & Vir. secūdū herodo. & æthiopica & æthiopes tributi uice regibus persidis centenas phalangas. tertio quoque ano pensitare cū auro & argento produntur ē & generis neutri. Vir. etiam fœmi. Lucanus. hæbanus mareotica.

Hebe Iunonis filia cum agrestes edisset lactucas in Apollinis conuiuio grauida facta ē: cū prius sterilis fuisset. Fuit pincerna iouis dea iuuentutis: in cuius locum cū obscæna casu ostendisset Ganymedes succesit Inde uxor herculis cū in deos assumptus ē.

Hebdomada septimana. ἑβδομος apud nos septimus dicitur.

Hebrus fluuius thracū ex Pindo Aristoteles. Seruius ex Oeagrio patre orphei cuius caput in hebrū & lyra proiecta. est.

Hæbes tam de mare q̄ de fœmina dicitur. significat enī tardus & tarda. Priscianus.

Hæbona Liberi patris simulachra parti pueri/li ætate. parti iuuenes fingūt. præterea barbari specie senili quoque uti græce quē bachabea. Itēque briesia appellant & ut i campania Neapolitani celebrāt hæbona cognominantes Macro. de sa.

Hæc plurali numero i genere neutro de' fœmi nino dicitur. ueteribus enī mos fuit ut neutra fœmininis iungerētur. Vir. tertio geor.

Hæc quoque non cura nobis leuiora tuenda: cū de capreis diceret & Te. in eu. Hæc adornant ut lauent: cū de ancillis tardis loquerētur. Ser.

Hecta res minimi precii. quasi hiecta idest hiatus hoīs atque oscitatio alii pusulam dixerūt eē: quæ i coquēdo pane solet assurgere: a qua accipi rē nullius precii: cū dicimus nō hectæ te facio. Fe.

Hecatæ Diana uel Luna uel Proserpina: qđ significat centum ut eius mirabilis potentia ostendatur: uel q̄ centum hostiis placetur: uel q̄ centū annos errare facit īsepultos.

Hecatombe sacrificium centū boū.

Heacatō pylon centum portarū.

Hector Priami & Heccube filius.

Heccuba Dimantis filia. Home. & Ouid. xiii. Eurip. & Vir. Cissei in canē uersa.

Hecate trium potastatū nomē est. Ipsa enim est Luna. Diana Proserpina. Vnde lucanus de Proserpina ait: uite pars ultima nostræ. Vir. i sex. Nec te ne quicquam lucis hecate præfecit auernis nam solam proserpinam dicere non potuit propter lucos qui Dianæ sunt: Item Dianam quia auernus ait: unde eligit nomen in quo utrunque cōstabat. Seru.

Hecate commodo autem si Latonā putas deū hecatē non putare quæ a matre est Hasteria sorore Latonæ. Cicer. de natura deorū.

Hedera dicta q̄ hereat siue q̄ editapetat uel quaid cui adheserit edat: quæ i tutela Liberi putabatur esse: quia ut ille iuuenis semper: ita hæc uiret. uel quia ita omnia sicut ille mentes hominum alligat. Fes.

Hedera ab ἑλαρω colloco & insideo & non hereo prima breui genus arboris.

Hedui populi sunt in gallia post helueticos & sequanos i occasū uergentes iuxta quos Arar ex alpibus lapsus fluit. siti sūt iter Dubī flu. & Ararī. nō multū abest ab oppido Duum Est. n. hedua i burgūdia. appellaturque hodie Autū. Stra.

Hegensippus propriū.

Hegesias philosophus cirenaicus. Alter statuarius. Quin. xii.

Hegesipyle holori ῆgis thraciæ filia uxor Melciadis athenīensis.

Hei datiuo pronominis iungitur: ut hei mihi qualis erat Vir. heu uero accusatiuo pronominis quoque. Ter. heu me miserū. nam per exprobrationem cum nomine iūgitur. Vir. heu stirpem inuisā. Et cū nominatiuo Vir. heu pietas: heu prisca fides. heheu nulli cassui seruit. Vir. hei heu qd uolui misero mihi. Ve datiuo quoque martialis. Nescio si sciero ue tibi causidice. Lau.

Heletani populi hispani: pars ītra pyreneum montem & pompeiana trophea. alii uero in diclicetas. sic. n. appellant. Stra.

Hellenes oppidū est in calectorū regione. St.

Heluetii una ex parte continentur flumine rheno quod agros helueciorū a germāis diuidit. altera ex parte monte iura qui est iter sequanos & eluetios: tertia lacu lemāno & flumine rhodano qđ prouinciā ab heluetis diuidit: qui dicuntur

patent ī longitudine mille cnquaginta passuū ī latitudine. clxxx. duo omnino itinera

sunt quibus heluetii exire possunt. unum per sequanos angustum & difficile iter mõtem iuram & rhodanum. alterum per prouinciam nostram facilius & multo expeditius. propterea q̃ inter fines heluetiorũ & allobrogũ rhodanus fluit: isque nõ nullis in locis uado transitur. Strabo.

Helluo dictus est imoderate bona sua consumens ab heluẽdo q̃ aspiratẽ ut auiditas magis exprobetur fit eni uox incitatior Festus.

Helluacia genus ornamenti lydii dictum a colore bouum qui inter ruffum & album appellaturque heluus. Fes.

Herma a græcis p̃ firmamento ponitur. unde & Mercurii nomẽ inuẽtoris: ut putabãt firmæ orationis dictũ interdũ saburram significat. Fe. pom.

Helus & helusa antiqui dicebant: qđ nũc olus & olera. Fes.

Helucus ab hiatu & oscitatione dictus.

Heliconides musæ a monte helicone uocatæ. Festus.

Heluella olera minuta. Festus.

Helleborus herba quae ẽ in anticyra radicella dicitur. Fes.

Helluones idest uoratores & insatiabiles Ter. helluo ganeo. Ser.

Heluis homo in primis litteris latinis exercitatus. Var.

Heliotropia mirandum qđ i floribus quos uocant heliotropia: ab eo q̃ ad solis ortum mane spectant: & eius iter ita sequũtur ad occasum: & eũ spectent semp. Var.

Helectrũ ab ἥλιος. sucus ex arbore pinei generis. Inde succinũ & a colore etiã mixtura metallorũ. Pli. xxxiii.

Helicon unus ex iugis Parnasi: qui & cyrrha Apollini sacer.

Helios sol inde heliades appellatæ sunt: heliogabalus naturalis filius Antonii caracallae ex Semiamira apud phœnices genitus i bello patris parthico factus apud fœnices sacerdos Solis. unde nomẽ accepit cabalus, ppriũ eius nomen ut Seruius. vii. uel illa lingua sacerdos arte materna apud antiochiã ad imperium assumptus interfecto macrino q̃ firmata pace cum parthis libidinose cum illa uiuebat. Inde Romæ impetrauit ut mater i senatorio ordĩe locaret: quæ prima fuit uirturpissimus. T.

Heliopolis ciuitas ægypti a græcis thebe. altera in cicilia patria Crisippi stoici.

Heliades sorores Phaetontis i alnos uersæ uel populos: quæ per cancrum & leonem fissis corticibus succum in heridanum iaciunt q̃ in electrum obdurescit: quod Pli. flumẽ dicit. de his plura. Sed cum ex illis preciosa pocula succauarentur dicit Iuuenal. Heliadũ crustas sculpturæ artificium gemmarũ ornamenta.

Helitropia herba quæ ad solẽ uertitur uel helitropium. Tor.

Heliochrisos flos habens folia aurea ex sole & auro: quasi flos aureus. Pli.

Heleus bacchus a ciuitate helidis. Tor.

Helicopis nympha. Tor.

Helena in prima accentũ apud nos: apud græcos uero i ultima: filia Tindari ex leda: uxor Menelai: qui cum eam in patriam duceret tempestate in ægyptum delatus ad regẽ Polybum. Inde discedentes. viii. annis errãtes in patriam uenere multum cõsenuit. de qua multa feruntur.

Helenius flos ex helenæ lachrymis natus. Ideo in helena insula laudatissimus. Plin.

Helcus quidam hulcus.

Helorus flu. siciliæ. qui stagnat ut nilus. Vir.

Helops piscis pamphilo profũdo nec alibi nascens Columella.

Helisabeth fœmina hebræa.

Hellin Deucalionis filius unde græci hellines & regio quæ attis primo bellis dicta.

Helle. les. Athamãtis argiuorũ regis filia Phryxi soror inde hellespontus a tenedo in propontidem.

Heleborum herba in anticira plurima nascitur apud nos ueratrũ: cuius due species sũt.

Hellix genus hederæ quã nos lubricum.

Helluari effundere luxoriose. Ci. pro. sex. utrũ ego patrimonium tibi eripui Gelli lantu comediſti: qd tu meo periculo gurges ac uorago patrimonii helluabare?

Heluetii populi germaniae iuxta lacum hercinie siluæ. Stra.

Hem ecce demonstratio ẽ facti. Te. i an. Hem puer hercle puer est. Do.

Hemeroscopium celeberrimũ Massilienſiũ oppidum inter hiberum & nouam Carthaginem non procul a succone flu. Str.

Hemodius figuræ quædam numerorũ quas græci cæteris nominibus appellãt uocabula in lingua latina non habent: fingere autem nostra quoniam id absurde futurũ erat noluerunt. quale enim fieri nomẽ posset emolio numero aut epitreto. ẽ autem eomolios qui numerum aliquem totum in se habet: dimidiũque habet eius. ut tres ad duos xv. ad decẽ. xxx. ad. xx. Aul. ge.

Hemona & humana & hemonem hominẽ dicebant. Fes.

Hemina ex græ. ἥμισυ qđ ẽ dimidia pars sextarii. Festus.

Hemis nos semis græ. ἥμισυ. aspiratẽ i. s. & ultima abiecta. Tor.

Hemiciclus dimidius circulus.

Hemina genus uasis mẽsura uini uel frumẽti: quasi semisextario. Gellius. si e sextario hemina fusa est tertio. Inde eminaria quasi mediocris. T.

Hemisperiũ media spera.

Hemistycos medius uersus. Ser. neutri generis. hemistycõ. unde quidã hemistychiũ.

Heniocus auriga. Tor.

Hepta græcũ pro septẽ ponitur. Fe.

Heracleæ oppidũ ꝓximũ ẽ Neapoli icumbẽs mari: habens mirũ i modũ afflatũ aphrico uento ut saluberrima sit habitatio: quam tenuerunt Osci. & deinceps pompeii: quos sarnus alluit: postmodũ tusci & pelasgi & samnites: q etiam inde eiecti. St.

Herbando cũ Plau. ait: significat uictũ me fateor: qđ est antiquæ & pastoralis uitæ indicium. nam qui parato cursu aut uiribus contendebant: cum superati erant ex eo solo in quo certamen erat decerptã herbam aduersario tradebant. Fes.

Heri & here non dubitauerunt antiqni ꝓpter cognationem litterarum i & e. mane & mani & uespere & uesperi. Dona.

Here ẽ aduerbiũ temporis. heri dictio a græ. χθες. Festus.

Haeres apud antiquos ꝓ domino ponebatur. Festus.

Herenata proprie dicimus de his quæ contra uoluntarem. acciderunt. Te. i adel. herenata melius fieri haud potuit q̃ factũ ẽ hera quãdo uiciũ oblatum: ẽ qđ ad illum attinet potissimum tali genere atque animo natũ ex tanta familia. Do.

Hæredium prædiũ paruulũ. Fes.

Hærem marteam antiqui accæpta hæreditate colebant quæ a nomine appellabatur hæredum & esse una ex martis comitibus putabatur. Festus.

Herbili sander herba pastus: qui grauior ẽ q̃ frumẽto alitus. Fes.

Hercules astrologus dictus ꝙ eo die flammis se iniecit quo futura erat obscuratio solis F.

Hercle ornatiua particula est. T. in an. puer hercle est. Donatus.

Herba uiride pecorũ pabulũ Vir. geor. prio Et sulcis frumenti quæret herbã.

Hernici dicti a saxosis: quæ Marsi herna dicũt Festus.

Herdidi proprietatem indicat. Var. re. rus. li. i. Bina iugera quo Romulo primum diuisa uiritim heredem sequerentur.

Herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt. Vir. iii. geor. Atque imemor herbæ uictor æquus. Actius i melea. gaudẽt currũt celebrant herbam conserunt. bonam tenẽt pro se quisque cum corona clarum constat caput. Affran. in excep. sit opus luculentum hoc dici herbam det. No.

Herpillus grae. latine aũt serpillus dicitur Se.

Heros uir fortis semideus plus homine habẽs ut hercules. Ser.

Hercules a substantia solis.

Herculis uictoria Romae aedes duae sunt. una ad portam trigeminam: altera in foro boario. Ma. de sa.

Hernicus uir. cũ legisset hernicos: quorũ agmina pelasgis oriundos appellatosque ita a pelasgo quodam duce suo qui hernicus uocabat morẽ quẽ de aetolia legerat hernicis assignauit q sũt uetus colonia pelasgorũ. & hernicũ quidem hoiem pelasgum ducem hernicis fuisse uoluit. Ma. de sa.

Herædítas ad nos pertinet aut ueteri iure aut nouo. ueteri ex lege. xii. tabularum uel exte stamẽto: uel iure factum. Nouo iure fiũt hæredes omnes q ex senatusconsulto aut ex cõstitutionibus ad hereditatem uocantur. Ca ius de peti. hære.

Hæreditas plaerũque diuiditur in. xii. uncias: quae assis appellatione continentur: habẽt & hae partes ꝓpria nomina ab uncia usque ad assem utputa haec sexcuns sextans quadrans. triens. quicuns. selibra. septũx besextans. destãs deuns as. Vlpia. de haere. isti.

Haereditas non potest dici eius qui apud hostes decessit. qa seruus decessit. Vl. de uer. si.

Haereditas etiam sine ullo corpore iuris intellectũ habet Pomp. de peti. haere.

Haereditas nihil aliud est q̃ succesio i ius uniuersũ qđ defũctus habuit Pau. ꝓ uerbo. sig.

Haereditas nomen iuris ẽ qđ accessioné & decessionem i se recipit. haereditas aũt uel maxime fructibus augetur. Vl. de uer. sig.

Haereditas delata intelligitur quã quis possit adeundo consequi. Te. Claemẽs eo. ti.

Hæreditatis appellatio sine dubio cõtinet etiã dãnosã hæreditatẽ. Iuris enim nomẽ ẽ sicut bonorũ possessio. Põp. de uerbo. si.

Haereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur Pau. de uerborũ. signi.

Haereditatis appellatiõe neque legata:neque fideicõmissa continetur.Caius de lega.

Haeres in funere aut in monumẽto duntaxat aureos centũ consumere iussus per testato/rem non potest minus cõsumere si amplius uellet licet neque ob eam rem contra testamentum facere uidetur.Alphe.de uer.sig.

Hæredis appellatio non solum ad proximum hæredem:sed ad ulteriores refertur:nam & haeredis haeres.& deinceps haeredis appellatione continẽtur.Vlp.de uer.si.

Hæredes dicũtur aut substituti aut instituti. Instituti dicuntur primo gradu. Substituti secundo uel tertio: heredis substitutio aut simplex est aut duplex.Simplex é ueluti Lucius titius heres esto. Duplex ueluti filius meus mihi haeres esto.& si hæres uon erit: siue haeres erit & intra pubertatẽ decesserit tũc Caius haeres mihi esto.Modesti.de uul. & pupil. insti.

Hermaphroditũ cui cõparemus quæritur: & magis eius puto sexum estimandũ qui i eo praeualet.Vlp.de sta.ho.

Hero hoc é domino cõpetit legis aquiliæ actio Vl.ad leg.aquil.

Herbaceus ex materia herbæ.Lau.

Hercules quẽ concertauisse cũ Apolline de tripode accæpimus ex Ioue antiquissimo quære in Cice.de na.deorũ.

Haeres parens homo & si in cõmuni sensu intelligantur tamẽ mas.ge.sẽper dicũt.Nemo enim aut secũdam haeredẽ dicit aut parentem bonam.aut malam hominem: sed masculina tantũ tam&si de fœmina sermo habeatur licet Virg.dixerit.Et quæ nũc puero est amissae cura parentis

Heracleus nomen quorũdam imperatorũ ro.

Hera Iuno.En.Regnare hera.

Heraclides heracleotes philo.ex ponto.La.

Heraclitus ephesi philosophus elati animi.q accersitus a domino ire neglexit.Laer.

Hercules.i.Iunonis gloria. Iouis ex Alcmena filius apud thyrinthiam urbem educatus. Var.xliii.fuisse dicit sed oia clara ipi herculi attribuũtur.T.

Hercinii cetus pelasgorum colonia.

Hercinia silua in alemania.xl.dierum iter notissima.

Hermagoras.Cice. semper hermagora unde Quinti.Aenea & Anchisa & Pellia scriptũ fuisse dicit in nominatiuo:rhetor græcus & subtilis.Quint.

Hermes Mercurius proprie interpres.Ci.de natu.deo.quinto li. fuisse dicit.Quin.qui argum occidit & fugiens in aegyptũ urbẽ condidit:quæ adhuc hermopolis græce dicitur:a quo primus mensis.i.septembris nomen accæpit:fuit maximus doctrinæ unde Trimegistus dictus é.i.ter maximus:quorũ libri adhuc extant græce editi.T.

Heraphroditus Mercurii & Veneris filius ex utroque cõpositum nomen.de quo.Ouid. libro quarto.

Hermenia interpretatio: & ide periermenias Aristotelis.

Hermonie Menelai filia ex helena: nupta horesti:sed cum Electrae astu euasisset matris manus.& Egisti ab Egisto data est Pyrtho filio Pyrrhi quẽ horestes interfecit.

Hermus flu.Lydiae aureis harẽis apud sardos fluit regia Croesi.T.

Hernæ sabinũ uocabulum quia græcis origi/nem habuit idest saxa.Inde hernici ad expssionem.Vir.dicit hernica saxa.

Heros uir fortis & semideus herois patersa/milias.

Herodotus historicus maximus græcus.

Herostratus heros exercitus uir scelestus qui ephesiae templum Dianæ icẽdit: ut famam adipisceretur:quo die Alexãder.mangus natus est post Romam cõditã ãno. ccc.lxxxv. q restitutum est.

Hersilia sabina uxor Romuli.

Hercinia silua i germania é in qua & extra quã Sueuii habitãt & plærique colduorũ Est eni proceris frequẽs arboribus & munitissimis in locis ingentẽ admittens habitum i cuius medio sita est ara ad habitandum ad commoda cui insunt & rheni fõtes proximi sũt inter utrũque lacus & effusæ de rheno paludes quo aditus é per lacum:deinde per Istrũ postea per faciliora loca montanasque planicies.Strabo.

Heraclia dicebatur quondam:que nunc calpe dicitur in Europae finibus.St.

Herculis mos fuit ut etiã rogatus laborãtibus subueniret.tunc enim sicut & Var. dicit oẽs qui fortiter fecerũt & hercules nominabantur:licet eos.xliii.nominauerunt. hinc é q legimus herculem tyrinthium argiuũ: thebanum liuium.S.

Heri dicitur tamen & here.Iuuenal.in primo. Res hodie minor heri q̃ fuit.

Herbesco ab herba inchoatiuũ formatur.

Hesperiae duæ sunt.Vna que hispania dicitur. alteraque est italia:que sic discernũtur Aut. enim hesperiam solam dicimus & significat italiam:aut addis ultimam & significat his/

paniam: quae in occidentis est fine. hora. qui cum hesperia hospes ab ultima. & hæc ē uera hesperia ab hespero stella occidētali. Ceterū hesperia dicta est italia a fratre atlantis quia Germano pulsus italiā tenuit eique nomen pristinæ regionis imposuit ut docet Iginus. Ser.

Hesperia uespera a græcis. tractum ē. Illi enim hesperiam a stella hespero dicūt. Vnde & hesperia italia q̄ occasui subiecta sit nominat. Macro. de satur.

Heus aduerbiū uocandi a græco ἓυ. uenit. Fe.

Heus aduerbium est uocantis. Vir. i. æn. At prior heus inquit iuuenes monstrate mearum Interdū dolentis est. Vir. vii. æn. heus etiā mēsas consumimus inquit Iulus. S.

Hiare ē aperire. Salu. hi. li. quarto. Atque hiauit humus multa uasta & profunda.

Hiare mirari stupere. Vir. ge. li. ii. hūc plausus hiantem per cuneos. geminatus enim plebisque patrumque. & æn. li. vi. Incertus clamor frustrantur hiantis. Varro in marcipo. Quicquid euidenter circunstant non rident credo ridere hiātis nō audio. Non.

Hiades stellae sunt i fronte tauri que quotiēs nascuntur pluuias creāt. unde & Vir. Arcturum pleiadesque hiadesque dixit. græ. autē ἀπο τοῦ ὗω dictæ sūt. i. pluo lati. suculae. i. sues in cuius formatae sunt faciem. S.

Hialus uitrum & hialinus uitreus & pro uiridi capitur. Vir. iiii ge. Milesia uellera nymphæ carpebant hiali saturo fucata colore ὑάλον. n. dicitur uitrū. Ser

Hyapedes sunt quos rhodanus fluit: sunt autē gallis illyricisque cōmixti penes quos ē sublimitas alpium cacuminis.

Hiare ē aliquid sua sponte & ex tenera aliqua ui diffindere ut tellus æstu.

Hyas filius Athlantis ex Ethera & quinque filiæ quae hyades dictæ sūt ethera Oceani & thethyos filia. hyas leæna interfectus est sorores fletu interierunt: & miseratione deorū in cœlū translatæ in ore tauri collocatæ sūt faciūt pluuiam ab ὗω gtaece pluo latine succulæ quasi ab suibus dicerēt hyades. qd tyro. Tul. reprehēdit quidam corrupte hedos uocant. Pleyades. vii. fuerunt. T.

Hiberia statim post Idubedā est. dicebatur aūt ab antiqs Iduberia uniuersus tractus extra rhodanum terrāque ītra sinus gallicos arcta quā Romani totam eodem nomine hispaniam appellant & hiberiam quidem partē unam exteriorem: alteram uero iteriorem dictauerūt. Stra.

Hiberus fluuius labitur a cantabris: a meridie ortū habens sed magnū camporū spacium pari sēper interuallo a pyreneis distans mōtibus labitur autē inter pyrenem & Idubedam rectus ex ambobus exæquo disiūctus montibus. Stra.

Hiacyntus ab hia dictio dolentis quasi querela Apollinis cū disco interemit & in florem uersus est: in quem etiam Aiax uersus dicit cum se interemit. Ouid. iscriptum dicit nomine. s. Aiacis & querela Apollinis: sed cū i eo flore tantū & i & a appareat quidam sine h scripserunt Iacyntus quasi ion. idest uiola. T.

Hiacyntinus accentu in penultima & quæ seruant t in principali si non in ātepenultima ut crastinus serotinus. T.

Hyæna animal in aphrica Pli. viii. Quæ & sermonem humanum imitatur. T.

Hiarbas punicū dicūt uocabulum Iouis filius ex Garamantide Vir. T.

Hiberinum domum uocarunt. Varro.

Hiberna ubi cœnabant & plura facere cœperunt ut i castris: ab hyeme hiberna. Var.

Hibiscus genus herbae Vir. hedorūque greges uiridi compellere hibisco. Ser.

Hybridas uocant generaliter natos. Vale. maximus li. viii. Quin autem uarus ꝓpter obscurum ius ciuitatis hibrida cognominatus ὑβρις. n. græce contumeliā significat. S.

Hybla pars atticae & oppidū siciliæ qd nunc Megara. Tor.

Hybernus ab hyems. Tor.

Hibiscus herba hibicibus grata ad edendū. T.

Hybrida contumeliose natus ab ὑβρις. græce contumelia. T.

Hiberus & hiber dicitur. Lucil. in quinto. Si tibi durus hiber: aut si tibi terga dediſſet. & i quarto. Qui præstat terris aufert tibi nomē hiberus. Sūt hiberes gens ab hiberis profecta: qui ultra Armeniam habitāt. quo ex singulis nominis est hi hiber huius hiberis.

Hibus quāuis hibus pro his antiqui protulerunt. Plau. in iugur. Eodē hercle uos paro & pono pariſſimi estis hibus. Pri.

Hic aduerbium loci & temporis ē hic loci manifestum est temporis in an. hic reddes oia Donatus.

Hic pro tum. T. i ecy. hic animus partim uxoris misericordia deuictus. Dona.

Hic pro talis ponitur. Vir. primo æn. hic pietatis honos. Et hunc ego te Euriale aspicio.

Hiceraon troianus egregius home.

Hic quando producimus erit aduerbium i lo-

eo ut hic illius arma. quãdo aũt corripimus erit pronomen. ut ſolus hic inflexit ſenſus Ser. in commento donati.

Hicuron ciuitas eſt in umbria ex altera parte montiũ prope hicuron mõtis exceſſus. St.

Hieron ideſt ſacrũ promontoriũ non europæ modo. ſed orbis uniuerſi ĩ occidentẽ remotiſſimũ ſignum terminatur. hoc promontorio extrema Hiſpania ſta. M. & quingẽta ꝓminent Strabo.

Hidaſpes rex medorum antiquiſſimus a quo flu. mediæ alter Indiæ. T.

Hydimeles nomen propriũ. T.

Hidrargyrõ ſudor argẽteus. de quo Pli. xxxiii. Plautus.

Hidria urna Tortel.

Hidra & Hidros ſerpẽtes aquatiles de hydra. Ouidius. ix.

Hydropiſis. La. aqua ĩtercus morbus inde hydrops & hydropicus q eo morbo afficiunt.

Hydarnes perſa qui cum Dario coniurauit. T.

Hyems duas res ſignificat: aut tẽpus aut uim uenti. Vir. quar. æn. At uelut ingentem formicæ farris aceruũ. Cum populant: hyemis memores & dũ pelago deſcæuit hyems. Ser.

Hyems q tum multi imbres hinc hiberna cula hibernũ q tũ anima quæ flatur omniũ ab hiatu hyems. Var.

Hyella œnotriæ urbs a phœnicibus condita.

Hyems ab hio. Priſcia. ab iber græce. imbros. Varro ab hiatu. T.

Hieros ſacer. ita & deriuatiua ſcribũtur.

Hierotheus proprium.

Hieropolis urbs. Tortelius.

Hierarchia ſacer princitatus. Tor.

Hierapicra ſacra amara. Torte.

Hiera ſacra iſula eſt inter Siciliam & liparem: uel cano ſacra ubi antrũ Vulcani: de qua Plinius ſecundo.

Hiero tyrãnus ſyracuſanus pulcher affabilis: iuſtus de quo Iuſti. xxiii.

Hieri ſacri populi ſunt ultra ſauromatas budinos & thiſſageras calui & ſimi natura homines & barbati etiam fœminae iuſti bellum non nomine Herod.

Hieroſolyma urbs paleſtinae. unde hyeroſolymis. To.

Hieronymus proprium. Tortelius.

Hilum putant eſſe qđ grano fabæ adhaeret: ex quo nihil & nihilum. Feſtus.

Hilarœdus laſciui & delicati carminis cãtor. F.

Hilaritudinem pro hilaritate. Plau. in milite. Sine animo obſequere mecũ atque honorate hilaritudine. No. marcel.

Hilum breue quoddã. Lucil. libro. xxx. q tua laudes culpes non proficis hilum. Ci. tuſcu. li. primo. Tum illud qđ Siſyphus uerſat ſaxũ ſudans nitendo neque proficit hilũ.

Hilareſco. Varro. in epiſto. latina libro primo In uotũ amicoꝝ domus fumat hilareſco.

Hilaretur iocũdetur. M. T. de. fi. bono. & mali. ii. uerũ hoc ſecũdo loco nerbis his eandẽ certe uim uolũtatis epicurum nõ magis poſſe q̃ cæteros. omnes enim iucundũ motum quo ſenſus hilarerur græce ΗΔονΗν. la. uoluptatem uocant.

Hillas ĩteſtina ueteres dixerunt. unde bochilla oppidum italiæ q eo bos inteſtina uullnera trahens aduenerit. Labe. Lãbit itẽ hyllam coquus ſi limbum adduxit flagris ceditur. item in catulario. Neue aliter hũc pedicabis quomodo uideo adoloſcẽti noſtro cedis hylla. No.

Hilare Tullius đ ora. iii. quis unquam res præter hunc tragicas pene comice triſtes remiſſe ſeueras hilare forenſes ſcænica proprie uenuſtate tractauit. Affra. in priuigno. & ꝓpter patruelem tuam conſuit hanelans hilare delata coma. No.

Hila dictus ab hilo. Simius neque diſpendii facit hilum. V.

Hilaria octauum kalendas apriles hilaria appellabant quo primo tempore ſol diem lõgiorem nocte procedit. Macro.

Hilarius hilaris iucundus.

Hilarion idem proprium eſt.

Hilas Thiodamãtis filius pulcherimus ab hercule dilectus in myſia raptus a nymphis. qdam dicunt in lacum cecidiſſe: cũ hauriret aquam. Iuue. urnaque ſecutus. T.

Hylæa ciuitas ſcythiæ.

Hilaæus pater cuiuſdam caſtoris. home.

Hyle materia. T.

Hyllus herculis ex Deianira filius q Iolam patris amicam inde duxit uxorem. To.

Hilæus centaurus fuit qui a peritoo inuitatus ad nuptias uiſa puella promotus eſt & dũ uiolentior ei eſſe conaretur a laphitis qui ſi mul nuptiis intererant prohibitus é: hinc in certamen itum: & uſque ad pericula dimicatũ ab hercule ſunt poſtea ſuperati. Vir. & magno hileum laphitis cratere minantur Ho. li. car. & nimium uero hileũ. A.

Hinulus ex equa & aſino fit mulus contra ex equo & aſina hinulus minor q̃ mulus corpore: plærũque rubicundior auribus ut equinis iuba & cauda ſimilia aſini ſimilis. V.

Hymnus canticum uel laus. T.

Himeridion diurnale. uel q̄ paruum in diem durat diminutiuum. T.

Hymeneum quidam Liberi ac ueneris filium dicunt esse: qui primus certas nuptias īstituerit. Ideo per laudem cantari uirginalibus nuptiis ob huiusmodi meritum Alii uirum fortem athicū dicunt q̄ raptas prædonibus uirgines oppressis latrōibus patriae restituerit. Alii q̄ hymen dicatur membrana quædam qua est munita uirginitas. quae primo disrumpitur coitu hymeneum putant. Alii hymnum uocari uirginalium nuptiarum: ergo sic accipe hymeneum ī nuptiis quemadmodum in funere uel in sacris hymnum Ter. in adel. uerum. hoc mihi mora est tibicina & hymeneum qui canant. Do.

Hymeneus ut alii dicūt deus ē nuptiarū. ut alii quidam iuuenis fuit qui die nuptiarum oppressus ruina est. unde expiationis causa nominatur in nuptiis: sed falsum ē nam uitari magis debuit nomē extīncti. Sed hoc habet ueritas. hymeneus qdā apud Athenas iter bella scæuissima uirgines liberauit quā ob causam nubentes eius inuocant nomē quasi liberatoris uirginitatis. hinc etiam apud romanos Talassio inuocatur. cum enim in raptu sabinorum plæbeus quidam raptā pulcherrimam duceret ne ei auferretur ab alus Thalassonis eam ducis nobilis esse simulauit: cuius nomīe fuit puellæ tuta uirginitas. Seruius

Hymen membranum proprie quo infans in utero inuoluitur. unde quidam hymeneū dicūt ueneris & Bacchi filium nuptiarū deū in qbus psallit & coronat sertis limina. Martianus capella & hymen etiam dicitur & p nuptiis.

Hymees persa ex ducibus Darii Hero.

Hymelle uel. la. flu. de quo Hero. & V.

Hymetus nos acticae clarissimus omniū graecorum sēper florens. unde marmora fodiebantur. horatius Trabes hymetiæ pro marmoribus quæ prima habuerit Romæ Crassus orator. Pli. xxxvi.

Hymeneus nuptiarum deus Veneris filius ē: licet Martianus capella li. primo de nuptiis. Mercurii & Philologiæ camœnæ filiū dicat Tu quem psallentem talamo. quem matre camœna progenitum prohibent copula sacra.

Hymetus mons est acticæ Porphy.

Hinnibunde pro hinniter ab eo q̄ hīno. Claudius in annabilis libro. xvi. Eque hinnibūde inter se spargentes terram pergentes calcibus. Nonius.

Hynnas uel hynnos sub quo exēplo accipere debeamus Varro designat. ait enim ex eqs & asinis q̄ nascuntur hynnuos uocari. No.

Hio hias ex quo iteratiuū figuratur hiato hiatas. Plau. Si qua forte contio est ubi eum hiatare nondum uenit ī mētē. Et actius. xv. iliados. Ille hiatans herbam moribūdo ore Item Celius. sequere me tu qui mihi oscitās hiatansque restas. Laberius etiā passiuū protulit hiatātur fortes. Inchoatiuum uero formā hisco. cis. cū dicimus etiā hiasco. tamen plus inesse uidetur in eo qđ est hiscere q̄ hiare. hiat enī qui ore patet uel tacitus qđ & moribus factis animaduerti potest. hiscere uero incipere loqui. Reperiuntur esse passiua sicut gelo gelasco. idest īcipit gelari. Dio.

Hypagines naues quibus equi uehuntur quas græci ὑπποναῦ uocant. Festus.

Hippacare est celeriter animam ducere ab eq hiatu qui est supra modum acutus. Fes.

Hippius. i. equester Neptunnus dictus est. uel q̄ Pegasus ex equo & pegaside natus sit uel q̄ equuleus ut putant loco eius suppositus Saturno fuerit: quem pro Neptūno deuorarat: uel q̄ extrientis ictu terra equum excierit. cui ob hoc ī illyrico quaternos equos iaciebant nouo quoque āno ī mare. Festus.

Hippocouum uinum ab īsula Coo dictum ab agro generoso cui nomē est hippo. Fe.

Hipperionem alii patrem Solis. alii ipsum qđ eat super terras ita appellatū putabant. Fes.

Hiperborei supra aquilonis flatum habitantes dicti q̄ humanæ uitæ modum excedant uiuendo ultra centesimum annum quasi. ὑπὲρβαι νοντες τον ὁρον. sæculi humani Festus.

Hippocampi equi marini a fluxu caudarum quæ piscosæ sunt & est græcū menander uehutos hippocampos ī externo usu scire nescitur delphino cinctis uehiculis hippocampisque asperis lucili. transuerso ordine posuit hippocampi elephantos. camillos. No.

Hyperborei montes sūt scythiæ sic dicti q̄ supra. i. ultra eos flat boreas. Se.

Hippomanes dicitur esse uirus defluens. herba est quam si equi comederent in furorem uertuntur. Iccirco quasi ὑππων μανια dicitur: idest equorū īsania. Re autem uera hippomanes dicitur esse uirus defluens ex

equarum inguinibus: quo tempore ferunt amoris furore. Virgilius tertio georgicorū. Hic demū hippomanes: non quod nomie dicūt pastores lentum distillat ab inguine uirus. Serui.

Hyperbole eminētia. Cicero. Superlatio qua/si superiactus. ut tardior testudine.

Hyperbaton transgressio figura: cuius quin/que species anastrophe. parenthesis. theme sis. sinthesis. hysteron proteron.

Hypallage submutatio ex ὑπὸ quod ē sub & ἀλλαγὴ mutatio: ut dare classibus æquor. & sceleratam hastam: ideſt ipse sceleratus. & aduersa tuentibus hirquis: ideſt oculis ī hir quos: ideſt oculorū angulos retortis.

Hypanis fluuius princeps scythiæ. tertius post istrū: purus & salubris usque ad capadocū terminos: ubi fonte hamaxāpeo amaro mi/scetur. Ouidi. Alex terminus ut aræ positæ in rippis testantur. Soli.

Hypacaris flu. scythiæ sextus ab istro. Her.

Hypermestra filia danai: quære in belides.

Hypermeter & hypermetrus hypermetrum abūdans syllaba. ut hominūque locorum/que. & debet sequens a uocali incipere: nisi fiat synæresis. ut cura peculi.

Hypenor troianus a diomede occisus.

Hyphormis flu. est prope scorantem. Stra.

Hyperiochus troianus ab ulixe interfectus.

Hyperion titani & terræ filius solis & lunæ: & auroræ pater.

Hypotheca cū non transit possessio ad credi torem pignus cū transit.

Hypocresis dissimulatio quasi subtectrio iudi cii & hipocrita simulatus: q in spectaculo personam subit alienam. ut seruus domini

Hypopirgiū ideſt locus sub turri.

Hypostasis subsistentia a theologis p psona.

Hypozeusis subconiunctio figura cū singulis sensibus daē propria clausula. ut regē addit regi memorat nomenque genusque. Tor.

Hyphen sub uno cū plures dictiones sub uno accentu leguntur: ut quandoquidem simul ac pro postq̄. Tor.

Hyperiphania superbia φανία apparentia uel splendor. Tor.

Hyperides orator dulcis tpe Demosthenis.

Hypsenor dolopionis filius sacerdos scaman dri sūmo honore habitus: interemptus ab euripilo. T.

Hypagines naues qbus equi uehūtur. græci ἱππαγωγὰς uocant. Cæsar actuarias dicit. alii gerarias. Plau. uel actuariæ celeres q̄ ci/to agantur. T.

Hypparcus mathematicus īsignis.

Hyppasus philosophus metapontinus pitha goreus: alter lacon qui eorū rempublicam scripsit.

Hyppachria equorum principatus soror me/throclis uxor Cratis: de qua Laer.

Hyppo oceani & tethios filia. T.

Hyppodamus propriū. Tor.

Hippodamia œnomai helidis & pisæ regis fi/lia: cuius nuptiæ cū fatum patri ex oraculo protenderent ne nubere instituit. ut q uel/let cursu eam uincere: sin minus capite trū/caretur. quam Pelops tantali filius corru/pto myrtalo auriga uicit ita ille putans fa/tum aduenisse mortē sibi consciuit. Pelops cū uxore regnū tenuit. Virgilius hippoda/me dicit. nam græca in e & in e & in a in la/tinū uerti possunt. Tor.

Hippodame perithoi uxor secūdo Ody. T.

Hippodes populi scythiæ in equinos pedes desinētes. Herodotus appellat hippobates.

Hippocrine fons boetiæ: iuxta quem aganip/pe dū Cadmus quæ loca insedisset eques ex ploraret dedit locum fabulæ. Tor.

Hippocrinem ungula uolantis equi natum. i. equi fons. Inde pegasus a pigi fons: & simi/liter aganippe quasi ualde equinus: qui am bo poetis facundiam præstare creduntur. Tortelius.

Hippocoon patruelis Rhesi regis thracum: a Diomede interfecti.

Hippocrates asclepii filius cous pitagoræ di/scipulus: princeps medicorum: equorū ro/bur. Plinius uigesimosecundo. medicinæ ī/uentor apollo chironis alūnus. & de medi/cina. Plinius. libro uigesimooctauo. & septi/nio: & quindecimo. Macer ueronensis tem poribus augusti galenus Romam traiani temporibus uenit. pergamenus ex asia flo/ruit temporibus antonii pii. Rasis pœnu scripsit lingua arabica. Auicēna hispalēsis. Diascorides uir militaris herbarū uirtutes arborū lapidū: aromatū animaliū quinque uoluminibus conscripsit. Tor.

Hippolytus thesei filius ex hippolita amazo/nū uel antiopa secūdū Sene. quasi equis di/scerptus. Sūt enim multa nomia ficta secū/dū Platonē in cratilo. T.

Hyppolyta mater hippolyti. T.

Hippolochus filius bellorophontis glauci pī

Alius antimachi troiani filius cū piſandro fratre ab agamemnone occiſus. T.

Hippomanes uirus ex equarū inguiminibus. Heſiodus herbā dicit: quæ in furorē equos agat. ponitur pro caruncula in fronte. equi enim græce. ιπποϻανια furia.

Hipſicratea uxor mitridatis: quē ſumme dilexit. Tortelius.

Hypſipyle thoantis lemni regis filia. nam cū uenus deprehenſa in lēno cū marte a lēnia dibus ſperneret: nec facerent ei ut aliis diis ſacra: in eis fœtorem hircinū immiſit. unde a uiris ſpretæ eos ex bello thracū redeūtes ſteremerunt præter hypſipylem: quæ patrē ſeruauit ſuppoſito funere: apud quā iaſon duobus annis moratus eſt: & grauidam fecit ex thoāte & euneo: quos alio alēdos miſit ſecūdū leges. Et cū ſcitū eſt patrē in fraterna regnare coo. lemniades fugit capta a pyratis licurgo nemeæ regi dono datur: in cuius ſeruitio nutrix opheltis regis filii interrogata a regibus argiuis redeuntibus thebis de aqua ad langiam fontē deducens: narrans caſus ſuos a filiis cognita eſt: qui cū adraſto erant interim puer a ſerpente interemptus: unde uixa Licurgo ſalua ta eſt. Tortelius

Hircius iuppiter intra conſpectū domus cuiuſque colebatur: quē etiam deum penetralem appellant. Fe.

Hircipili duorū pilorū homines. Fe.

Hirquitali pueri primū ad uirilitatē accedentes a libidine. ſ. hircorū dicti. Fe.

Hira quæ diminutiue dicitur illa. nam græci dicūt ἱτεſtινū: ē quod ieiuniū uocant. Fe.

Hirrire garrire: quod genus uocis eſt canis rabioſæ. Feſtus.

Hirtus ſetoſus. Vir. iii. geor. hirtaſque capellas. Feſtus pompeius.

Hircus caper animal libidinoſum. Vnde horatius. Libidinoſus immolabitur caper. Ser.

Hirqui per q ſcriptum anguli ſunt oculorum Vir. in buc. Tranſuerſa tuētibus hirquis. i. oculos in hirquos. ideſt angulos oculorum retortis. Ser.

Hirūdines & ciconiæ quæ in italia pariūt. neque enim in omnibus terris pariunt.

Hira maritima urbs in agro.

Hyrcania in ſcythia aſiaca regio pantheris & pardis abundans & maxime tigribus.

Hirgis fluuius ſcythiæ intrat tanaim. he.

Hyrie flu. boetiæ: hyriates gentile.

Hyrmos q̄ſi ſyrmos: ideſt tractus ſeries orationis in multos uerſus. ut Eſt in ſeceſſu lōgo. Et Pricipio cœlū ac terram ſecūdū Ser. hyrmos & hyperbaton dicit.

Hyroeades uir mardus: q primus ex cyri exercitu muros ſardium aſcendit. T.

Hirpi dictio ſabina puto a græ. apud nos lupos ab αρπαξ græ. rapax forſitan populi in ſoracte: de qbus Ser. in. xi. & Pli. Var. ſecūdū Ser. ut ſolent hirpini: q ambulaturi per ignes medicamento plantas tingūt: qđ fortaſſe Vir. intellexit de meſapo.

Hyrtacus troianus ex idamōte pater Niſi comitis æne. Alter filius aſius. homerus.

Hirus propriū pauperis. Ouidius.

Hirūdo hirūdinis. Plau. i ru. Ad hirūdinum nidū uita eſt mihi ſimia aſcenſionem ut faceret adorirer.

Hiſpidus ſetoſus horridus. Vir. x. æne. Cui lateru tenus hiſpida nanti frons hominem præfert. Ser.

Hiſtoria regre in annales.

Hiſcere eſt proprie loqui. Acti. in armo. iudhem uereor pluſq̄ fas ē capti uū hiſcere. N.

Hiſce pro hi ueteres dicebant. Te. in eu. hiſce hoc munere arbitrantur ſuam thaidē. Do.

His ſimilia & horū ſimilia dicimus. Te. in euhaud noſtris ſimilia. Do.

Hyſton proprium.

Hyſpeus rex archadiæ Cyrenes ſecūdū quoſdam pater. ſecūdū Vir. Peneus. T.

Hyſtaſpes pater darii regis perſarū.

Hyſteron ultimum: unde hyſteron proterō. Vt poſtq̄ altos tetigit fluctus et ad æquora uenit. Tortelius.

Hyſterologia ſermo præpoſterus. Tortelius.

Hyſtiæus mileſiorū tyrannus. hero.

Hiſtiæa urbs in euboia. homerus.

Hiſtoria a ſpectando. unde hiſtoria ſcientem & hiſteon quid hiſtoria & quid annales: apud gellium quinto.

Hiſtri fluminis fontes ſunt iuxta ſueuos i hercinam ſiluam in quodā cacumine alpium: quod eſt tranſ Rhenum & lacū in orientē uergens mediocriter ſublime. Stra.

Hiſpania ē prima europæ pars. habet montes pyreneos qui oriētale latus efficiūt. occiduum hiſpaniæ latus uſque ad tagi fluminis eruptionē. pricipiū ē cōtinētis ad ſacrū promōtoriū maritimæ. Auſtralis autem lateris initium ad aliū uſque fluuiū anam & eius egreſſum ab orientalibus utique partibus defertur. alter recto in occaſū curſu labitur

altero longe maior. Verum anas ſeſe flectit in auſtrum mediam inter amnes regionem diſcriminás: quã celtæ maiori ex pte colunt & luſitanorũ plærique: quos ex ulteriore tagi regione in coloniam romani traduxerunt. Supra uero ſunt carpentani: oretani: uectones. Reliquus ager uergens ad orientem & meridiem habet betim fluuiũ a colũnis uſque ad pyreneos montes: & huic incumbens regio mediterranea. Stra.

Hiſpalis hiſpaniæ ciuitas eſt: quæ turdetanorũ agro adiacet. hodie ſibilia nũcupat. Str.

Hiſtopus nauis quæ actuaria dicitur. Tor.

Hiſtrio animal ſecũdũ hero. ĩ india & aethiopia & africa maxime creſcit. ſed hibernis mẽſibus latet. T.

Hiſtrio aſpiratur: q̃uis non graecũ. unde deſcẽdit. Feſtus ab hiſtria primum ueniſſe dicit. Liuius & Valerius maximus ab etruria. ũde etruſcũ nomẽ idẽ dicit. Cornelius tacitus.

Hiſtriones dicti q̃ primum ex hiſtria uenerunt. Feſtus pom.

Hiſpanos & hiſpanenſes dicimus ſicut ſardos & ſardenſes. ſed hiſpanos nationis nomen oſtendimus: hiſpanenſes cognomen eorũ: qui ꝓuinciam hiſpaniam incolũt.

Hiſtoria nihil aliud eſt niſi annalium confectio. Cicero.

Hiſtrio qui perſonatus in ſcaena tragœdias agit: comediaſque note & corporis geſtu. mimus eſt qui intra uel extra ſcaenam geſticulationes quaſdam exercet: imitanturque mores hominũ ac naturas.

Hiſtrio quære ĩ dictione mimus. Laurentius.

Hiulcus fixus. Vir. ii. geo. hoc ubi hiulca ſiti ſcindit canis æſtifer arua. Ser.

Hiuſquiamus herba quae dens caballinus a noſtris dicitur. T.

Hodocus latro atque obſeſſor uiarũ. Fe.

Hoc pro hic cũ contemptu dicitur. Terentius in phor. Hoc nihil eſt phaedria ilicet ꝓ hic antipho. Cicero in uerrinis. Etſi hoc neſcio qd ẽ nugatorẽ ſciebam pro húc. Dona.

Hoc interrogatio eſt ſatietatẽ uſque ad faſtidium deſignans. Teren. in phor. Hoc iam deſine. Hora. Donec hoc iam cœlum manibus ſublatis dixerit urge. Do.

Hoc pro huc o conuertitur in u: ut tremo tremui. huc illuc pro hoc illoc. Vir. in quarto Hoc tunc oĩpotẽs cœlo demittit ab alto. S.

Hodie ad tẽpus nõ plenũ: ſed ad continuationem uerſatur. Vir. Nunq̃ hodie omnes moriemur inulti. & dies pro nocte accipit. Te. i an. Si ſenſero hodie te q̃cq̃: & aduerbia tẽporis aut certa ſunt: ut nuper dudũ. Do.

Hodius graecorũ praeco. Home. ix.

Hœticii populi. Tortelius.

Hœthychius achiuus optimus ſcutorũ opifex apud hylen. T.

Holerorũ pro holerũ. Lucil. quinto ſatv. Tintinabulum hinc eſt ſurpiculi holerorũ. No.

Holos totus holus latinum ab oleo uel ab olo. Tortelius.

Hololampus totus flãmeus. T.

Holor auis alba: quidam cygnũ putant quaſi totus ωρϖιος albus. T.

Holocauſta ſacrificia cum tota hoſtia cõburebantur. T.

Holographũ totũ ſcriptum pro teſtimonio teſtatoris manu ſcripto. Tortelius.

Holoſatron totũ quaſſatũ: & genus petroſilini ſecũdũ Pliniũ. T.

Holus holeris: unde holero holeras. Martinus meos tortalos plus ſtercore q̃ holero.

Homeliũ pilei genus. Fe.

Homerus mater eritheis: ariſtoteles demonẽ quendam patrem dicit de patria uariæ ſententiæ: ac de tempore: de quo Quintil. ix.

Homelia ſermo. Tortelius.

Homeoſis ſimilitudo figura cum ex cognito in incogniti notionẽ uenimus ſpecies tres: icon: parabola: paradigma. T.

Homographia æqualis ſcriptura uel pictura

Homolus mons theſſaliæ. T.

Homonymus eiuſdẽ nominis: & pater Apollonii tyanei.

Homonyma æquiuoca. T.

Homonoea liberta Cæſaris pamphilici coniugis atmeti.

Homoptoton ſimiliũ caſuum uel ſimiliter cadens. ut mœrentes: flentes: miſerãtes. Tor.

Homotheleuton ſimiliter deſinẽs. ut abiit ab ſceſſit: euaſit: euripit. T.

Hominis appellatione tam maſculũ: q̃ fœminam contineri non dubitatur. Ca.

Homo homũculus. Plau. in rudente. Homunculi quanti eſtis eiecti ut nata ẽ: deinde eſt homuncio & homulus & homullulus. Ci. in piſone. Homulus ex argilla & luto fictus. Priſcianus.

Homo hominis quod eſt commune. Cicero pro Cluentio cum de eius matre loquerẽtur ait. Cui qui ea ſtulticia eſt ut eam nemo hominem appellare poſſit. Et Lucil. in quinto: de hémone atque hominẽ ſibi toto cedere iuſſit pectore. Virgilius primo æneid. Nec uox hominem ſonat: de fœmina loquẽs. uetuſtiſſimi tamẽ homo homo

nis declinauerũt. Enni. Vulturis in ſiluis miſerũ mandebat homonẽ. heu q̃ crudeli condebat mẽbra ſepulchro. ná & uultur & uulturis & uulturius dicit. Pri.

Homartinus fluuius ĩ agro piceno ab hadriano rũ urbe fluens emporiũ hadriæ eius appellationis habens in mediterranea. Stra.

Homo appellatus quia ſit humo natus.

Honerarios ludos: quos & libraria dicebãt. F.

Honeſtitudo pro honeſtas. Actius in medea.

Horrida honeſtitudo europæ principiũ primo ex loco. idẽ in mirmidonibus. Tua honeſtitudo danaos decipit diu. No.

Honor ẽ dignitas. M. T. epiſtola q̃ ad Cæſarẽ libro primo. Tu cũ ea quae es a ſenatu ſummo honore tuo conſecutus. Nonius.

Honor gratia pulchritudo. Vir. ſecũdo georgicorũ. Frigidus & ſiluis aqlo decuſſit honorem. & libro primo æne. Lumenque iuuentæ purpureũ & lætos oculis afflarat honores. Noni.

Honor ſubſtantia delectatio.

Honor cultura obſeruantia. Vir. libro ſexto. Sẽp honore meo ſẽp celebrabere donis. N.

Honor ſacrificiũ litatio. Virgi. libro octauo. Forte diem ſolenné illo rex archas honorẽ amphitrioniadæ magno diuiſque ferebat. Pau. in aulu. Et qd maiorem filiũ mihi honorẽ habere q̃ eius habuiſſet pater. No.

Honor ĩtegritas pudicicia. Virgi. primo æne. Et rapti ganimedis honores. No

Honos dilectus amor. Vir. li. xii. æne. per ſi qs honore tangit honos animũ. No.

Honor hoſtia. Virgi. tertio æne. Meritos aris mactabat honores. No.

Honor præmiũ. Vir. quinto. Ipſos præcipue ductoribus addit honorem. Lucil. li. xxx. Cuius uultu ac facile ludo ac ſermonibus noſtris. Vir. Hoc preciũ atque reddamus honorem. No.

Honeſtus pulcher. Vir. x. aene. Ipſe ĩter medios ueneris iuſtiſſima cura. Dardaniuſque pater puer & detectus honeſtũ. S.

Honor ſepultura. Vir. li. ſeptimo. Cernit ibi mœſtos & mortis honore carentes. Lucil. libro uigeſimoſeptimo. Nullo honore diſpletũ: nullo funere. No

Honor pro ſacrificio. Vir. tertio georgicorũ. Sæpe in honore deũ medio ſtans hoſtia ad haram. Et. i. æne. Tũ uenus haud equidem tali me dignor honore. Ser.

Honuſtus dicitur cui honus ipſum honori ẽ: ut ſi quis ſpolia de hoſtibus ferat. Retinet autẽ aſpirationẽ. nã ab honore deſcẽdit. N.

Honos ab honeſto honore. Varro.

Honeſtus dicitur q̃ honeratus: & dictũ ẽ qd honos ſuſtinet reipublicæ. V.

Honeſtus pulcher. Te. in eunucho. Ita me dii ament honeſtus eſt. Do.

Honapis fluuius ſcythiæ: de quo in dictione tracantus.

Honor municipalis eſt adminiſtratio reipublicæ cũ dignitatis gradu: ſiue cũ ſumptu: ſiue ſine errogatiõe cõtingentis. Munus autem aut publicũ aut priuatũ. Publicum munus dicitur quod in adminiſtranda republica cũ ſumptu ſine titulo dignitatis ſubimus. Vlpianus.

Honos. Te. ĩ eu. Hic tibi pro illo munere habitus ẽ honos. Ironicos & metamorphoricos honos & nugigerulis præberi ſolet. Do.

Hortor tam actiua q̃ paſſiua ſignificatiõe. Pri.

Hortor quære in adhortor. Pri.

Hordiariũ æs quod pro hordeo equiti romano dabatur. Fe.

Hortus apud antiquos omnis uilla dicebat q̃ ibi q̃ arma capere poſſent orirentur. Fe.

Horctũ & fructũ pro bono dicebant.

Hordea prægnãs. unde dies quo grauidæ hoſtiæ ĩmolabantur hordiacia dicebant. Fe.

Hora iuuentutis dea. En in anna. li. i. quirine pater ueneror horamque quirini. No.

Hornũ illius anni. Lucil. li. xxiii. Anno atque horno te abſtuleris caueto. Var. in eumeni. Cũ in eo eſſem occupatus atque ĩ ſchola curarent inſcribit Scantius horno per dionyſia. Nonius marcellus

Horrendũ ſignificat uitabile & terribile. Vir. libro ſexto. Horrendas canit ambages antroque remugit. No.

Horrendũ nouum & admirandũ. Vir. tertio æne. horrendũ dictu uideo mirabile monſtrũ. Idẽ li. viii. Naſcenti cui tris aĩas feronia mater: horrendũ dictu dederat. No.

Horrendum ridiculum. Virgilius tertio georgicorum. Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis. No.

Horrẽdũ & horridũ multam habent diuerſitatem. Etenim horrendũ ẽ tetrũ & uitabile. Vir. iii. æne. Conciliũ horrẽdũ. horridũ plærũque extans & pminẽs. Virgi. iii. æne. Et glacie riget horrida barba. Lucil. vi. ſaty. Et ſecũdo. Quos diuitiæ producunt & caput ungunt hõridulũ. No.

Horia dicitur nauis piſcatoria. Plau. ĩ rudente Saluete horia mari fluctuoſo. Idẽ i eadem. Mea opa laborare & rete & horia. No.

Horreſco contremiſco. Vir. iii. geor. Tunc ſe-

getes altæ campique natantes: lentibus horrescunt flagris. & Persius. Scis comité horridulũ trita donare lacerna: ideſt trementé frigore. Ser.

Horrendus uenerabilis. Vir. vi. æne. Horrendæque procul ſecreta ſybillae, uenerationis enim comes eſt timor. Ser.

Horror plærunque ad odiũ pertinet: plærunque ad uenerationem. ut Vir. i primo æne. Deſuper horrentique atrũ nemus imminet umbra. Et lucil. Arboribuſque ſuus horror & Vir. Horridus in iaculis. Ser.

Horridus hiſpidus. Vir. ii. geor. Inſeritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida. Ser.

Horret terribilis eſt. Vir. x. æne. Tũ late ferreus haſtis horret ager. Ser.

Horda require in tauro. Var.

Hordicalia reqre ibidé. Var.

Horus ſolẽ iouis oculum appellat antiquitas apud ægyptios apollo: qui eſt ſol horus uocatur. exquo & horæ. xxiiii. quibus dies noxque conficitur nomẽ accaeperunt. Macro.

Horret mire ſe habet. ſed et En. in. xiiii. ait. Horreſcit telis exercitus aſp utrũque. & heritheo. Arma arrigunt: horreſcũt tela. & in ſcipione. Sarſis haſtis longis campus ſplendet & horret. Macro.

Hora cũ aſpiratione græce tam pro termino q̃ pro tẽpore. nos pro tempore tamẽ. hora funis: in quo nauis ad terram ligaf.

Horæ ſecũdũ homerũ portas cœli ſeruant.

Horoſcopos latine ſolarium uas ſiue inſtrumentũ quo horæ ad ſolem dinoſcerentur. De quo Pli. ſecũdo. T.

Horologiũ inſtrumẽtũ ad cognoſcendas horas ſine ſole. T.

Horatius ab ὡραῖος pulcher. Alii ab oro. as. ſed magis p h. poeta uenuſinus patre libertino proprium romani. inde athenas cõceſſit tribunus ſub bruto. ĩde amiciſſimus mecænatis auguſtũ reliquit heredẽ: ſepultus ĩ exqliis. lxiii. ætatis anno. xxxvi. Auguſti imperii.

Hormenus troianus a polypete perithoi filio interemptus ab impetu dictus. T.

Horontes lycius qui occiſo apud troiam pãdaro rege ei ſucceſſit: & cũ ænea nauigans ĩ ſiculo mari periit. Eſt etiam flumen ſyriæ inter libanũ & ante libanum montes & antiochiam: quæ & epiphanes diuidit. Itẽ gener artaxerxis perſarũ regis. Tor.

Horizon finitio uel terminatio. T.

Horthes urbs theſſaliæ. T.

Hortẽſius latinũ puto ab hortor æmulus Ciceronis ſeruus ab illo: de quo Aulus gelius primo: & ualerius maxi. & alii.

Hoſpes cũ ſit cõmunis generis dicitur tantũ a Virgilio. Bellũ o terra hoſpita monſtras. Seruius. in ar.

Horti non ſunt olerũ: ſed arboribus confiti: & uoluptatis gratia compati: ut horti ſaluſtiani. Laurentius.

Horno autẽ nihil eſt aliud niſi hoc animo: unde deriuatio duplex inuenitur. nam Ci. dicit. hornatiuas fruges. Hor. dicit hornatas fruges. Ser. ĩ cõmen. Do.

Horna. Hora. lib. car. iii. Si thure placaris & horna annua: ideſt uino nouello: nũcuſque ruſtici horna uina nouella dicunt. nã & uino ſacrificabatur ut uina confundebantur e pateris. Acron.

Horna ideſt nouella. Hora. lib. car. Diſtenta ubera horna dapes ineptas: non me lucrina iuuant. Acron.

Hoſtis. Plau. in curcul. Status cũ hoſte interceſſit dies hoſtis: nũc more ueterum ſignificat peregrinũ. Ma. de ſa.

Hoſtia amburbalis ab ambiendis aruis. Virg. tertio geor. Terque nouas circũ fœlix eat hoſtia fruges. Ma. de ſa.

Hoſpes utrique generi cõuenit & ſoſpes. Lucanus in quinto. Hoſpes in eſternis auditur currite tectis. frequẽter tamen hoc nomine hoſpita in genere fœminino utũtur auctores. Vir. iii. Et pater anchiſes bellum o terra hoſpita portas. Lucil. in tertio. Tũc obtulit hoſpita tellus. Et hoſpita iuno. Ouidi. lib. ſecũdo faſtorũ. Principio méſis phrigiæ cõ termina matris hoſpita delubris dicẽ aucta nouis. Priſcianus.

Hoſtia fluminum tantũ pluraliter dicũtur: ſi orbẽ ſignificare uoles ſingulariter dicitur. Ser. in arte.

Hoſtis eſt generis cõmunis. Statius in quinto thebaid. Turbidus incertuſque oculis uigilantibus.

Hoſtem occupat amplexi cũ de uxore helimi loqueretur. Pri.

Hoſtis apud antiquos peregrinus dicebatur: & qui nũc hoſtis & perduellio. Feſtus hoc ipſum ſentit. N. T. in. i. officio.

Hoſtia dicta ab eo qđ eſt hoſtire ferire. Serui.

Hoſtis. Multa enim uerba litteris commutatis ſunt ĩterpellata: neque omnis origo noſtræ liguæ e uernaculis uerbis ut multa uerba aliud nunc oſtendunt: aliud ante ſignificabãt: ut hoſtis. nã cũ eo uerbo dicebãt peregrinũ q ſuis legibus uteref nũc dicũt eũ:

quē tunc dicebant perduellem: in quo genere uerborꝫ tũc a casu erit illustrius. Var.

Hostia est latinorum urbs maritima: quā Ancus Martius condidit: & importuosa propter lymũ tyberis. Strabo.

Hostia est urbis romæ nauale quo tyberis erũpit eam præterlabens. Strabo.

Hostimentum beneficii pensatio. Fe.

Hostica pax hostiũ captator. Fe.

Hostilibus laribus immolabant: ꝙ ab his hostes arceri putabant. Fe.

Hostimentũ æquamẽtũ: unde & hostes dicti sunt: qui ex aequa causa pugnam adeunt. Plau. in asina. Par pari datũ est opera ꝙ pecunia: unde & hostire dicitur. Idẽ in eadem Quin promitto inꝫ hostire ut memineris aequa reddere. Nonius.

Hostire est comprimere recedere: dictum ab hostia. Pacu. ĩ teucro: nisi coercuero proteruitatẽ atque hostiam ferociam. Nonius.

Hostire offendere cædere. Pacu. ĩ herotapegmon libro secũdo. Hunc quod in eum amissum nocens hostit uoluntatem tuam. No.

Hostium id dicitur per qđ ab aliquo arcemur ingressu utrũque. Idcirco perite coniunxit Vir. Quo lati ducũt aditus centum hostia centum. dictum autẽ ab obstando: uel ut alis placet ab ὀστιάω μαι: ideſt ab repellẽdo.

Hostia proprie fluminũ exitus dicunt. Virg. i. aene. Italiam contra tyberinaque lõge hostia. Seruius.

Inuolare irruere iuoluere uel insilire uel inuadere. Plau. in amphi. Cũ clamore iuolãt impetu alacri. Ci. de orato. li. iii. Ista prudẽtia doctrinæque possessio in quã hoies caducã quasi atque uacuã abũdantes ocio nonis occupatis iuolarũt. No.

Inuitius ab eoqd̃ ẽ inuitus. Ci. secũdo de ora. Quẽ ego paulo post sciebã uel ipudentius uel inuitius: nolo enī dicere de tã suaui hoie fastidiosius. No.

Inuitare apertam habet significationem. Vir. li. v. Celeri certare sagitta iuitant: qui forte uelint & præmia ponunt. T. in heauton. q̃ uellem me domum inuitatum nobis enim esse ãplius. M. T. in uerre actione secũda. Rogat rubri ut qđ ei cõmodũ fiet inuitet. Luci. li. xxx. Contra hæc inuitasse aut istigasse uidentur. M. T. de senectute. Ad quem fruendum non solum retrahit, uerũ etiã inuitat atque allectat senectus. No.

Inuitari est delectari. Vir. primo geor. Inuitat genialis hyems curasque resoluit. Turpil. i transiliõe. Horonã mensam talos nimis hi hoc huiusmodi quibus rebus uitam amant tamen iuitari solẽt. Idem in philopatro. Lucus ipse inuitat herede hic ueneris. M. T. in hortensio uoluptates autẽ nullas ad res necessarias inuitamenta afferunt senibus. Idẽ de republica. Idque ipsa natura inuitare solum: sed etiam cogeret. No. mar.

Inuitari significat repleri. Plautus in amp. Mirum si inuitauit sese i cœna plusculũ. Lucil. Pulchre inuitati accæptique sumus benigne. Turpil. in epidero. Non inuitat plusculum hic sese prandio. Salu. his. li. iiii. Et uersi postero die multoque ꝓperãtes deseruerant in castris nacti cũ se ibi cibo uinoque læti iuitarẽt. Lu. li. xxx. Cibo bene enim longinquũ mortalibus morbũ in uicio esse ubi qui iuitare Dapsilus se. Varro. sexque ulyxe. Ipsũ audi uino inuitari poculis large atque benigne. No.

Inuado prouerbiale. i. in tuto in securitate. nã ut in ꝓfundo periculum est. ita inuado ẽ securitas. T. in an. Omnis res est in uado. Do.

Inuadere est appetenter ĩcipere. V. li. xii. Aut pugnam aut aliquid iandudum iuadere magnum. Lucil. li. xxx. Vt semel i coeli pugnas te inuadere uidi. No.

Inuadere rursum in uadũ ruere Actiusi atha mante: ut profugiens hostem inimici inuadum in manus. No.

Inueterascere in consuetudinẽ uenire spectari amari denuo agi. Te. in ecyra. Nouas q actas feci ut inueterascerent. Do.

Inuenustus ẽ sine uenere. i. sine gratia. quẽ oẽs respuant repudiẽtque pulchre & quẽ deformes appetant inuenustus cui displicens obicitur. Infœlix cui placens negatur. T. in andria. Adeon hominem inuenustũ aut ifœlicem quãq̃ ut ego sũ. Do.

Inuidiosũ quod sit uitabile ad uiuendũ Lucil. li. xxvi. Stultitate sũma a scabie sũma in re: summa obrutam neque inimicis iuidiosam neque amico exoptabilem. No.

Inuoluere signum uolutum superimponere. Vir. i. geo. Scilicet atque esse frondosũ iuoluere olympũ. No.

Inuoluere tegere. Vir. secũdo æne. uertitur interea cœlum & ruit oceano nox inuoluens umbra magna terrãque polum que mirmidonũ que polos. No.

Inuidiosus cui iuidetur. Est. n. iuidia uel dicto uel facto i alterũ maliuolentiæ cõciliatio si qs calamitates suas ostẽdit ut alteri cõcitet odiũ: qđ dr̃ iuidiã facere uel uocare uel addu cere ad inuidiam inde. Inuidiosa res quæ facti atrocitatẽ augens inuisum illud uel illius auctorem facit. & inuidia quasi atrocitas uel detractio. T. Ita ut sine inuidia laudẽ iuenias & amicos pares. Lau.

Inuleus est filius Ceruæ. Hora. lib. car. uitat Inuleo me similis cloe. Acron.

Inuideo tibi. i. quasi non uidens tibi fio hoc ẽ nõ ferens te bene agentem uidere. Pri.

Inundo modo absolutam modo actiuã. habet significationẽ. Vir. x. Nec inũdare sanguine fossas. Pri.

Inuolere implicare. M. T. ad Cæsarem iuniorẽ li. primo. Sed qđ uideré nomine pacis bellũ inuolutum sore. No.

Inuolutũ occupatũ cõprehẽsũ. V. sexagesimo primo. saxi iuoluta icẽdit. No.

Inuehi dicitur uehi. Vir. v. Centauro inuehit magna. Nonius. M.

Inuehi aggredi ĩcrepari. M. T. ad cæsarẽ iunio li. iii. Et in miseriam posse iuidam non dixi inuidentiã quæ tam ẽ ẽ cũ inuidetur ab inuidẽdo iuidia recte dici potest: & ut fugiamus ãbiguum nomẽ iuidiæ i. iiii. ut aegritudini iuidẽtia utẽdũ ẽ enĩ docẽdi causa uerbo minus usitato. quoniã inuidẽtia non i eo q̃i uidet solum: sed i eo cui iuidetur dicitur. No.

Inunguẽ ad perfectionẽ: & ẽ translatio a marmorariis qui iuncturas unguibus ꝓbãt. Vir. secũdo geor. Nec secius ois i unguẽ arboribus positis secto uia limite quadret. & Ho. ad unguẽ factus homo. Ser.

Ioculariũ i malũ ecõtrario ꝓ graui molesto ac nimio iocosũ ergo. Do.

Iouia uicia uasorũ fictiliũ. Fes.

Iouiste cõpositũ a ioue & iuste. Fes.

Iocasta Creontis thebani filia uxor Lai deide filii & enecati quæ post filiorũ mortẽ se interemit suspendio habuit fratrẽ creontẽ. T.

Iocastus filius oeli ex lepatra coniuge.

Ionia græcorũ regio & colonia i fine minoris Asiæ inter cariam & cæoliam: a caria menã

dro flumine diuisa ab Iono duce: qui ex re/
sponso Apollinis filius dictus.& dux colo/
niarũ.xiii. cõsilio totius hellados ĩ Asia ea lo
ca occupauit.cõdidit Ephesũ miletũ myan
tha iã ab aqua uorata prænẽ Samnitrõ cola
phona chiũ erithras phacea clazomene gle/
bede melite & smionã ultimo ubi tẽpla ædi
dificaret primum Apollini.uel a Ioue in bo
uem uersa mare transgressa ioniũ dici uolũt
alia ionia ĩ finibus italiae ab ioue naulochi
filia quam Hercules uiis insidentẽ iteremit
unde mare ionium hoc minus:illud maius:
Vir. ionio ĩ magno.T.

Iole eurite regis œchaliae filia ut in dictione
hillus.T.

Iopas rex aphrorũ unus de procis Didonis. T.

Ioppe urbs maritima palestinæ regia secundũ
quosdam Cephei patris andromadæ.anti/
qssima urbiũ ante diluium ut ostendit saxũ
cum uestigiis uinculorũ andromadæ.alii in
india esse dicũt.Ouid.a nigris indis porta/
tam dicit.

Iota littera græca ad formam nostri.i.Tor.

Iocus est in uerbo:ludus est in facto.Oui.Mil/
le fac esse iocos turpe est nescire puellã. Lu/
dere ludendo sæpe paratur amor. Cõsũdũ/
tur iterdũ. Iuuenal. Quotiens uoluit fortu
na iocari de facto hic itellexit. dicimus etiã
ioca.Cice.ad Acti.Itaque ioca tua plena face
tiarũ.ludis pro ioco dixit. Hora.sed tamen
amoto quæramus seria ludo.& ludere ꝓ io/
cari.Plinius iunior.Iustũ ludere me putas se
rio peto. Iocũ accipimus qđ ẽ cõtrariũ serio
Quin.ludere pro eludere uel scurriliter log
& ꝓ eo qđ est uersibus scribere in opusculis.
inde epigrãmata dicuntur lusus. alludere ẽ
cum aliud dicimus ad aliud latenter referre
sententiã .Præterea ludus uel spem uel peri
culum sibi propositum habet.Iusus uel lu/
sio nihil habet præter meram uoluptatẽ ut
pila uel tesseris delectationis gratia. Cic. Ex
multis lusionibus nobis senibus talos relin/
quãt & tesseras.de uoluptate loquit:scilicet
lusus ꝓ ludo posuit Suetonius.Ac ne ex lu/
su quidem aleæ compendiũ spernens.ludus
quoque schola ẽ ubi labor & uapulatio.Est
que tum aliarũ artium:tũ grãmaticæ quã tri
ualẽ scientiam dicimus.quæ in triuiis & cõ
pitis docetur.

Ludus quoque armorum uel gladiatorius:ubi
gladiatores discunt.Quin.In ludũ uendide
runt tanq̃ decepti.ludi.n.gladiatorii dicun/
tur sicut ludi circẽses seculares quotiẽs unũ
pluraue paria gladiatorꝝ ad spectaculũ pu/
gnatura ꝓducũtur q̃ unus gladiatorũ dicit
qa populo tanq̃ munus donatur:q uero do
nat numerarius & qui familiã habet gladia
torꝝ uel ĩ disciplina uendẽdos lanista uocat.

Iorna mons est ĩ finibus europæ quem & arta
bram appellant Stra.

Iosci sunt bitugeres.Stra.

Iphe filia œli ex lepatra.T.

Iphianassa una ex filiabus Proeti regis argiuo/
rum quæ nupsit Melampo:uide in dictone
Proetus: alia Agamẽnõis ex Clytẽnestra.T.

Iphis patrocli amica donata ab Achille euersa
urbe in scyro.T.

Iphidamas Antenoris filius ab Agamẽnone ĩ/
teremptus. T.

Iphigenia quam ob occisam Dianæ ceruam ab
Agamẽnone in portu boetiæ Dianam placa
ret:ĩmolare uoluit pater cerua supposita &
a Thoãte Dianae ope tẽplo præposita ut fra
trem agnouit & cũ simulacro in Italiam au/
fugit.Tor.

Iphthime filia hicari uxor eumeli odys. iiii.T.

Ipadamus unus ex argonautis.T.

Iphitus troianus. de quo Vir.in secũdo. Pater
Archeptolemi aurigae hectoris post Em/
phei mortem.

Iphidus filius Amphitrionis frater herculis.

Ipotamius piscis. require in anguilla.

Ipsippe ipse neque alii.Fe.

Ipsus cõmendatio personæ est.T.in and.Ipsus
mihi Dauus qui ĩtimus eorũ est cõsiliis.Est.
dixit ergo ipsus quasi q maxime sciat. Do.

Ipsilutes bratheæ in uirilẽ muliebrẽque spe/
ciem expresse.Fes.

Iracũdia dicta q̃ iram iccẽdat. Festus Põpeius.

Irascere pro irasci.Põpo.in aristo. Noli quæso
irascere:more fit moriri suã qsque uxorẽ ut
uelit.Nigi. ĩ cometo grãmatico li. xiiii. Ita/
que irascere quod in me irascitur.No.

Iratus culpa ægre ferens præter spẽ iratus ẽ q
ex aliqua causa irascitur lacessitus.Iracũdus
q ex aliqua aut nulla causa præcedẽte irasci
tur.& iracũdia ignis ẽ & morbus.T.ĩ phor.
qđ eius remedium inueniam iracũdiæ.Be/
ne ergo remediũ:quia morbus.Inde subiũ/
xit:loquar incendã.Ir ignis.Dona.

Iracundus & iratus:ebrius & ebriosus:amans
& amator & alia quid iter se distent Cice.di
scernit in tertio tus.aliud iracundiã eẽ aliud
iratum ut differt anxietas ab angore nequ
enim qui anguntur omnes anxii.iter ebrie
tatem & ebriosũ: aliud amatorẽ aliud amã/
tem.No.

Ironia maior ẽ q̃ increpatio.Ter.in an.Salue.

bone uir. Dona.

Ire accumbere. Lu. li. xxx. Chremes ī medium in sūmum ire ad dementes. N.

Ire abire uenire & redire. Ter. in adel. Sed eccū Syrum ire uideo. Do.

Ire amhulare. Vir. ge. li. iii. It tristis arator. No.

Ircipes genus rastrorū ferreorū qđ plures habet dentes ad extirpandas herbas ī agris. F.

Irripini populi sunt ī samnio dicti: a lupo duce. Irpū enī lupum dicunt. Stra.

Ire uiam & uia. Ci. p Murena hāc uiā dico ite uia. Vir. quarto geo. Longam incomitata uidetur ire uiam. Prī.

Irenarche qui disciplinae publicae & corrigendis præficiuntur.

Iracundia est ulciscendi libido. Ci. tus.

Ir ē ideclinabile. Carisius tamen ir iris declinarit. P.

Iracunditer pro iracunde. Prī.

Iri audio illi iniuriam factum iri audio contumeliam dictum iri: q; ita dici uulgo desit audio & is nunc esse uerborū figuram iā ī medio loquendi usus. Idcirco exemplis superse deo. Sed cotumelia illi uel iniuria factū itur paulopost remotius exemplum igitur ponemus. M. Ca. pro se cōtra C. Cassium. Atque euenit ita quirites ut in hac cōtumelia quæ mihi p huiuscemodi petulantiā factū itur: rei quoque publicae miserear quirites. Sicū autē contumeliā factū iri ad cōtumeliam faciendam: idest operam dari quo fiat contumelia: ita factū itur casu tātū immutato. Idē dicit. A. g.

Irmos sententia in longum continuata. Virg. i. æn. Nanque tibi usque incute uim uentis. Est autem uocabulum græcum σύρω dictū idest coniūgo. Ser.

Irpices regula cum pluribus dentibus: quam item ut plaustrum boues trahūt ut eruant quæ in terra sunt: & postea ī terra sunt: scilicet detracta: quæ sirpices prius a qbusdam dicti restelli irpices. V.

Irpini appellati nomine lupi quē irpūni dicūt samnites: eum enim ducē secuti agros occupauere. Fes.

Irquilatus pueri qui primo ī uirilitatem suam experitur. Festus.

Irritare dictum est proprie prouocare: tractū a canibus qui cum puocantur irruūt Lucil. li. i. Irritata cane q̄ homo q̄ planius dicit. T. ī phor. irrito. Vir. li. x. Irritatque uirū telis & uoce lacessit. Salu. his. li. primo tunc uero & posticū cæteri. En. de causa educere senatus rati maximo gaudio bellum irritare. Lu. li. xxviii. Lucil. si ī amore irritarit suo Plau. ī amphi. Irritabis carbones. Va. sexque ulyxe. Omnes irritans uentos omnesque procellas Nonius.

Irnella genus uasis ī sacris. Fe.

Irritatus est ira cōmotus ut ī sermone dictum uerbum a canibus qui restrictis dētibus hāc litteram r imitātur. T. in an. Potes nunc dū animus iratus est. Do.

Irriguus qui irrigat. Vir. quarto. ge. Irriguum que bibant uiolaria fonte. Ser.

Irruere proprie dicūt̄ q cum furore præliū ineunt. T. ī eu. quā mox irruamus. Do.

Ismanius discernendi causa ut aliquid singulare haberent prisci notabant: forsan ab eo q mane natus diceretur ut ismanius esset. V.

Isocrates græcus orator uerba prius libera sub numeros ire primos coegit. Ma.

Iste & isti ad uituperatiōem sumitur personæ interdum reprehēsionē rei significat. T. i an. Id isti uituperāt factū Vir. Quid petis istis & est uerbum odiosum. T. in eu. Cum milite isto. & in adel. Iam uero omitte Demea istam tuam iracundiam. Do.

Istaec ī me cudetur faba. i. hoc malum ī me recidet: ī me huius mali uidicabitur culpa ut laborat solū ī quo cuditur: idest teritur faba cum siliquis exuitur tunsa fustibus ut ī areis fit more rusticorum: uel q; qui male coctā fabam: & quæ non maduerit: sed dura permanserit supra caput coq ueluti ipsi fabae irati dū saxo cōminuūt: tum uniuersū malū & omnis labor ad coquū peruenit. Simile & alibi a pulmento prouerbiū est. Tute hoc contristi tibi hoc excedendum est accingere Donatus.

Ista distat ab ilerda ad aquilonem stad. quigentis & quadraginta. Str.

Isara flu. rhodano se iūgens ubi cēmenus mōs rhodano applicat̄ usque huc ad druētiā: inter quos fluunt alii amnes ex alpibus ī rhodanū isara rapto secū atace flu. effertur i adriaticum sinū. Strabo.

Isthmos est in narbonēsi littore qui sinus mecholanus efficit. Strabo.

Isapis flu. ppinquus cesenae. Strabo.

Ispellum ciuitas est in umbria ex altera montium parte q̄ camertes Strabo.

Isti pro istius. Ca. de moribus Cla. neronis. pecunia mea reip. profuit: quoniam istimodi uti. Prī.

Is ad quem ea res pertinet hæc uera sic itelligūtur ut qui ī uniuersū dominiū uel ciuili uel iure prætorio succēdit continuatur.

Is de spacio longiore: hic uero propinquiore

Interdū eundē locū habent ut q diuitias cu/

pit is uel hic uel idem uel ille auarus est. Itē dicimus: Alexander superauit Darium & id uel hoc ī adolescentia.

Istinc & isti c ad personam refertur audiētem Virgilius sexto eneidos. Iam istine & comprime gressū: idest abi a loco in quo es. Seruius sulpicius in epistola ad Ciceronem. qui si istic affuissem. i. romæ ubi tu es. Ser.

Hispanis promōtoriū ī ora æthiopici oceani est: se protendēs in mare quod azinium appellatur.

Isthmos mons: in quo sita corinthus est ciuitas: hic ex achaia in reliquam græciam tandem spatio separat ioniū mare ab ægeo.

Is demū idem compositum facit. Caesar singulariter idem pluraliter eisdem dicendum confirmat: sed consuetudo hoc non seruat Seruius in arte.

Isagoge introductio. Tor.

Ischyros fortis. Tor.

Isæus declamator tempore domitiani: ḋ quo Plinius pulcherrime in quadam epistola. Quin. eum uidetur carpere.

Is urbs a babylone itinere dierū octo. & fluuius is: ubi bitumen.

Isis filia in achisidis actiuo isim ut tibris tibridis tibrim. T.

Isidorus proprium. T.

Ision filius phlegyae cētaurorū pater: de quo i centauro. T.

Ismenius flu. boetiæ ab ismeno filio pelasgi. T

Ister maximus fluuioꝝ europae: q & danubius: de quo Pli. iiii. Aristoteles ī metauris singula eius ora per. lx. M. pa. mare uincere. T.

Istria locus iuxta portum ad hostia istri. unde ister: & ab istria istrio.

Isthmos ira stricta inter duo maria. Sunt autē duo celebres achaicus ubi corinthius: thracius ubi cardia urbs fuit. T.

Ismarus mons thraciæ asper & icultus ex parte: ex alia fertilis uinetis & oliuis: quem orpheus incoluit: ubi ismara urbs ciconū quā ulixes diruit reuertens troia: iam maronia dicta.

Isus filius notus Priami de quo ī antimo uidimus.

Isocrates orator clarissimus Gorgiæ auditor: de quo Quītilianus plures laudes dicit.

Ita pro ualde. Te. in andria. Non ita dissimili sunt oratione ac stilo. Do.

Ita aiunt pro credūt & loquūtur uniuersi: & ē tepidi consensio & quasi iuiti respōsio. Te. ī andria. ita aiūt. & heau. ita credo monēte patre filiam. Do.

Italia dicta est q magnos uitulos. i. boues haberi. Vituli enī ab italis sunt dicti. Italia ab italo rege. Eadē ab attelio appellata. Fe.

Italia ab italo rege Siciliæ. q ad eam partem peruenit in quo postea turnus regnauit & suo nomine appellauit. Serui.

Italiam de græco uocabulo appellatam scripserunt thimeus & M. Varro. quoniā boues græca ueteri līgua itali uocitati sunt. quorū in italia magna copia fuerit: bucetaque ī ea transgigni: pastique solita sit complurima. Coniectare aūt ob eandē causā possumus q italia tunc esset armētosissima. Au. ge

Italica urbs est quæ turdetanorū agro adiacet super beti. Stra.

Itiū ex uicinū morinis uersus britāniam. Str.

Italica est urbs ī italia: quæ alio nomine confinium appellat. Stra.

Ita itaque quære ī sicut. Lau.

Itinere faciēdo uigīti milia passuum ī dies singulos peragenda sic sunt accipienda: ut si post hāc dinumerationē minus q̄ uigīti milia supsunt: integrū diem occupent ueluti uigīti & unū milia sunt passuum biduum eis attribuat: quæ quidem dinumeratio ita demū obligāda erit si de die nō conueniat.

Italiæ roseae dixit esse sumē. Cæsar uopiscus in quo relicta pertica postridie nō apparet propter herbam. Var.

Italia a bobus nomē habere existimata est græcia enī antiqua. ut scribit Thimeus. tauros uocabat italos: a quoꝝ multitudine & pulchritudine & fœtu italiam dixerunt. Var.

Italia prius hesperia a fratre atlantis: a quo & stella occidentalis: qui a fratre pulsus & hispaniæ & italiæ nomen dedit. Macrobius ab hespero stella italiam dictā dicit. qđ Virgilius sentit. Inde Oenotria ab ονόος uel oenotrio sabinorū rege. Inde italia ab italo siculorum rege: q agriculturam italos docuit: & leges posuit thimeus secūdū Varronē a tauris: ut Aulus gelius secundo. Latiū uero uel q̄ iter alpes lateat: uel a latino uel q̄ illic saturnus latuerit. Secūdū Solinum a tybridis hostis ad lyrim: q medias mintur nas diuidit. Seruius usque ad fundis. aliud latinū a fundis ad uulturnū. unde hesperino in latio: idest antiquo. Est etiam dicta ausonia. Aristoteles inquit: pars ad tyrrhenū uersa incolebant opici. nūc ausonii secūdū quosdam a filio ulyxis: quod nomen secūdū Liuiū nono durauit usque ad consules. Inde magna græcia dicta: de quo Pli. iii.

Ithaca insula patria ulyxis. in qua mons neritos: unde ipsa aliquando uocat. T.

Ithacus cognomē ulixis.

Ithyreus quasi ithyneus ab ἰθύνω qđ é dirigo ideſt directiuus epitheton a Vir. arcuum p/thicorum.

Itis terei thracũ regis & prognes filius: de quo Ouidi. ĩ faſianũ uerſus.

Itymus chloris pandari filiæ filius. Ho.

Itẽ ſimiliter. Te. in an. Itẽ alio die contra uiciſ/ſim. Plau. ut illa illũ contra q ẽ amoris cul/tor optimus. Do.

Iter eſt uia. Virgili. ſexto aene. Hac iter elyſiũ nobis. Nonius.

Itu pro iceſſu. Titin. in ſatina. Itum geſtũ ami ctũ q uidebant eius. No.

Iter uel itiner uetuſtiſſimi dixerunt iteris uel itineris. Plau. in mercato. Quin tu ergo iti/ner exeq meũ me ſinis. Ne. in licurgo. igno/ti iteris ſumus tute ſcis quæ ſunt núc ethe roclita. Pri.

Itaqua é collectiua uel rationalis coniunctio. Ci. p liga. Itaque quo me uertã neſcio. Pri.

Itidem & itẽ ſignificant ſimiliter ab ide com/poſita ſunt. Lauren.

Iterum refertur & ad primam uicẽ non tantũ ad poſteriorẽ. nam iteꝝ uoco te. ideſt itera ta uice & iterũ uocaui te praeter hanc uicẽ. minus uſitatum eſt. Cic. p lege mani. Cum tantam multitudinẽ: cum tanto ſtudio ui/deamus quantam non iterum ĩ eodem ho/mine praeficiẽdo uidimns ante hac & poſt hac ſimilia ſũt huic: ideſt ante hoc uel poſt hoc tẽpus. Salu. Sed ea ſaepe ante hac fidẽ prodiderat. Sueto. Vnde inſtitutum poſt/hac ut ne ſcripto quidem ac ſermone cu/iuſq̃ appellaret aliter. Deinceps ſimiliter p dehinc & deinde & progradatim. Cic. tuſ. Omnes q deinceps accubarent ad lyram ca nerent. & iterũ p rurſus: ideſt pro cõtrario Vir. vi. Iterũque ad tarda reuerti corpora & rurſus irriſa priores. Lau.

Ita geminũ ſuplatiuũ expoſcit: ſiue nominis ſiue aduerbii. Ci. de ora. Vt quiſque græce optime ſciret ita eſſe neqſſimũ: uel uerbum quod uim ſuplatiui habet. Ci. in Cato. ma. ut qſque ætate antecedit: ita ſententiæ prin cipatũ obtĩet. Interdũ cũ cõparatiuo: ſed ra ro. Ita & ita quære in dictione ſicut. Lau.

Iter facere eſt ingredi uiam uel iter: uiam face/re eſt tranſitus aperire. Quintil. Ac ſibi uiã ſiquando nõ acceperit faciat. Munire uiam ẽ repurgare reficere: lapidibuſque ſubſtru ere. Ci. pro milone. Ideo ne appius ille cae/cus uiam muniuit. Dicimus enim munire rippam alueũ: aditũ ideſt reficere uel para/re. Ci. pro cluentio. Aditum ſibi aliis ſceleri bus ante muniuit. Iter habere. i. iter factuꝝ eſſe. Ci. Ille in ſardiniam iter habebat. Lau

Iter nauigatio. Te. in ecy. Ain tu tibi hoc incõ/modũ eueniſſe iter: non hercle uerbis par/meno dici poteſt q̃tum re ipſa nauigare in/commodũ eſt. No.

Iterauiſſe ſenatores qui magiſtratũ curulẽ nõ/dum cœperant pedibus iterauiſſe incuriã Caius baſſus ſcriptũ reliquit. Au. ge.

Iter q̃ eo uehendo quid teritur. V.

Iter ab ambitu appellat. Var.

Itanida minerua a loco ſic appellata. Fe.

Itur ad me quaſi ad hoſtẽ. Plau. ĩ pſeudul. Itur ad me. Te. ĩ an. Itur ad me. Vir. Simul enſe recluſo ibat in euryalum. Dona.

Iubar ante ſolem ortũ ſtella ueſper: q̃ iubata appareat. Pacu. Exorto iubare noctis recur ſu itinere. No.

Iubere ponebat pro dicere: quod ualet inter/dũ pro decernere. ut populus iuſſit. Fe.

Iuſſa iura. Fe.

Iubar ſtella quam græ. φωσφόρον appellant: uel hoc eſt lucifer q̃ ſplẽdor eius diffundit in modũ iubæ leonis. Fe.

Iubilare eſt ruſtica uoce inclamare. Fe.

Iubere eſt cogere aliquid ut fiat. Vir. lib. xi. Ac niſum dicere iuſſit. No.

Iubere eſt uelle. Lucil. ſaty. lib. vi. Saluere iube re: ſaluté mittere amico. Te. ĩ an. Iubeo chre metẽ. Virgi. lib. iii. æne. Sed uotis præcibuſ/que iubent expoſcere pacẽ. No.

Iubeo uolo. Vir. ſecũdo æne. Infãdũ regina iu/bes. i. uis. nam aliter hoc uerbum perſonam ænee non recipit. Te. in an. Iubeo chremeté ſaluere. Seruius.

Iubilare eſt quodammodo clamare apud ru/ſticos. Seruius.

Iubere eſt firme aliquid uelle. Te. in an. Iubeo chremeté. Volumus enim animo. iubemus uerbis. Plus eſt imperare q̃ iubere. Teren. in eu. Iubeo immo cogo atque impero. Do.

Iubar tam maſculini q̃ neutri proferebãt. En/nius in anna. Interea fugit albus iubar hy/perionis curſũ. Caluus in epithalamio. He ſperũ ante iubar. Pri.

Iubere quære in uerbo mandare. Lau.

Iubii tranſ rhenũ iuxta treuſgos incolebãt ad interioré rheni rippam traduxit agrippa. nec inuictos qdẽ. Stra.

Iubar dicitur ſtella lucifer: quae ĩ ſummo ha/bet lumẽ diffuſum: ut leo ĩ capite iubar hu/ius ortus ſignificat circiter eſſe extremam noctẽ. Itaque ait Pacuui. Exorto iubare no/ctis decurio itinere. V.

Iudiciū diuinatio appellatur: quoniā diuina/
re quodammodo iudicē oportet quā sciētiā
sese ferre par sit. Au. ge.
Iudicium diuinationem esse appellatā putant
quoniā cū accusator & reus duæ res q̄si co/
gnitæ coniūctæque sint: neque utra siue al/
tera constare possit. ī hoc tamen genere cau
sæ reus quidē iamiam est: sed accusator nō/
dū est. & iccirco quod adhucusque deest &
latet diuinatione supplendū ē qs non sit ac/
cusator futurus. Au. ge.
Iudicare a dico q̄ tunc ius dicatur: hinc iudex
q̄ iudicat accepta potestate: idest quibusdā
uerbis dicendo ius. Var.
Iudæus a iudæa prouincia palestinæ. T.
ugurta numidiæ rex: de quo Salu. T.
ugarius uicus dicitur romæ: qa ibi fuerat ara
iunonis iugae: quam putabāt matrimonia
iūgere. Festus.
Iuga semper pluraliter. Ser. in arte.
Iugatū iunctū a iugo dictū. Cice. iiii. tus. Hoc
quidem est cōmune uirtutum omnes inter
se iugatæ sunt. No.
Iuges auspicium est cū iunctum iumentū ster
cus fecit. Festus.
Iugulū pro gutture iugulando. Cice. Si es nu/
dus da iugulū.
Iugerū in singulari: in plurali uero iugera ter/
tiæ declinationis. significat aūt me u rā du
cētoz q̄draginta pedū in longitudinē: di/
midii in latitudinem. uel ut aliqui uolunt
quantū par boū uno die arat: qđ idē ē. Lau.
Iucūdus est ī prosperis qque lætitiæ est alteri:
ut prosper & saluber. nam potest qs esse tri
stis: iucūdus aūt alīs. Gratus uero ē i aduer
sis. Cice. ad sulpiciū. cuius officia si aliquan/
do iucūdiora: nunq̄ tamē gratiora sunt. In
iucūdo quaedam gratia ē delectatiōis. ī gra
to uero etiam commodi. Idem de of. h. secū
do. Quanq̄ enim qđ præsens tanq̄ ī manu
datur iucūdus est. tamen hæc in posterum
gratiora muri naualia.
Iugulus quære ī ceruix. Lau.
Iugū quære ī colles. Lau.
Iugere milui dicunt cū uocē emittūt. Fe.
Iugeri proprietatē Var. designat de repu. pri
mo in agro romano ac latino iugeris iun/
gūt uocant q̄ iuncti boues uno die exarare/
possunt. Festus. Iugū sub quo uicti transi/
bant hoc modo fiebat fixis duabus hastis
sup eas ligabat tertia sub his uictos discin/
ctos transire cogebant. Fe.
Iuglandes agrestes nuces. Ci. tuscu. v. Instituit
que in candentibus iuglādiū putaminibus
barbam sibi & capillum adureret. No.
Iugū & iumēta a iūctu. V.
Iugeri pars minima dicit scrupulus. i. decē pe
des & longitudine & latitudine q̄dratū. V.
Iugerū uocant quod iuncti boues uno die exa/
rare possunt. Varro.
Iugandes magnæ & crebræ finitime q̄ fundi
oram faciunt sterilē. Var.
Iulus æneæ filius. ut ī ascanio. deriuatiuū eius
iulius. Vir. Iulius a magno. Tor.
Iulius q̄ eo mēse dicit iulius natus. Fe.
Iugula stella orion: q̄ amplior sit cæteris qua/
si nux iugulans. Fe.
Iulus æneæ filius si aliquādo cæptus uocari a
primæ barbae lanugine: quae illi tum nasce
bat ἰουλον eni grae. primam barbam la/
nuginem uocant. Ser.
Iulia hispaniæ ciuitas ē nō lōge a corduba. St.
Iulius appellatus ē q̄ hoc mēse ad q̄rtum idus
qntilis iulius procreatus sit dictator. Ma.
Iumentis legatis boues non continentur. nec
econtra.
Iumētum a iungendo dictum ueteres putant
g littera ī eo noīe attrita. nam & uectabulū
dicunt: qđ nunc uehiculum dicunt. No.
Iumētum non ut solum significat qđ nunc di/
cit: sed uectabulum etiā qđ adiunctis peco/
ribus trahebat. ueteres nostri iumentum a
iungendo dixerunt. Au. ge.
Iumētum & iugum a iunctu. Var.
Iunceus tenuis & pallidus. Te. ī eu. Tāetsi bo/
na est natura reddunt curatura iunceas. D.
Iuno uulnerata in papilla ab hercule. Home/
rus qnto iliados. T.
Iunium mensem dictum putāt a iunone. Idē/
ipsum dicebāt iunonium & iunoialē. Fe.
Iunius dictus ex iunonio ē. nam & ædes iuno
ni monetæ kalendis iunii sit. nōnulli puta/
uerunt iunium mensem a iuno bruto: qui
primus romæ factus ē. nominatum q̄ hoc
mense. i. kalendis iuniis pulsu targno sacrū
carneæ deæ ī cœlio mōte uoti reus fecerit
hāc deā uitalibus humanis peaesse credunt
Ma. de. sa.
Iuno lucina. Iuno a iuuando dicta. Iuno luci/
na iunonis filia: latine nixos dicit iuno luci
na ab eo q̄ in lucē producat. Do.
Iuncarius campus emporiensium sic dictus
q̄ iūcos producit. Stra.
Iunonis īsula est iuxta gymnesias insulas ubi
paruae īsulae: quas qdam uocauere colū/
nas. Stra.
Iūgauni ligures fūt īcolae alpīgi oppidi distāt
a moneci portu stad. q̄drigētis & lxxx. Str

Iuno aer ut stoici disputant. iteriectus iter mare & cœlũ iunonis nomine cõsecratus: quæ ẽ soror & coniúx iouis: qđ & similitudo est ætheris: & cũ eo summa conúctio. effeminauerũt eũ: iunonique tribuerũt qđ nihil é mollius: sed iunonem a iuuando credo esse nominatã. Cice. de na. deor.

Iunoni imolat porcam uel agnam regia regina sacrorũ. i. regis uxor. Ma.

Iuppiter ideſt iuuans pater: quẽ cõuersis casibus appellamus a iuuando ioué A poetis dicitur diuũ atque hominũ rex. A maioribus autẽ nostris optimus maximus: & qđé ante optimus. i. beneficentissimus: q̃ maximus qa maius certeque gratius prodesse omnibus q̃ opes magnas habere. hunc igit enni⁹ ut supra dixi nũcupat ita dicens. Aspice hoc sublime candens qué iuocãt omnes iouem. Planiusque alio loco. Cui quod in me est execrabor hoc quod lucet quicquid est. Hũc etiam augures nostri cũ dicũt ioue fulgente tonante. dicunt enim cœlo fulgẽte & tonante. Eurypides autẽ ut multa præclare sic hoc breuiter uides sublime fusum imoderatũ æthera qui terram & aerem circuniectũ amplectit: hunc summum habeto diuum: hũc peribeto iouẽ. Ci. de na. deorum

Iuppiter a iuuando dictus. nam cum iuppiter pro igne ponat: nulla res sic fouet omnia quemadmodũ calor. Ser.

Iuppiter iuppitris & iuppiteris ut Ceselio placet. Iouis quoque i nominatiuo inuenit. Cecili. i episto. Nam nouus qdem deus repertus é iouis. Acti. Lucifero lampade exurat iouis arietem: ex quo etiã pluralẽ numerũ Plautus protulit i cassina. Repẽte ut emoriantur humani ioues. Pri.

Iuppiter ideſt aer. Vir. q̃rto æne. Modo iuppiter. ac si diceret. tantummodo sit serenum. unde Hora. Manet sub ioue frigido uenator teneræ cõiugis immemor. Ser.

Iuppiter stygius. i. Pluto. Et secundũ stoicos dicere unum esse deum: cui nomina uariãtur pro actibus & officiis: unde etiam duplicis sexus numina esse dicuntur: ut cũ i actu sunt mares: sicut fœminæ cum patiendi habẽt naturam. unde etiam non iugis i gremium late descẽdit. ab actibus autẽ uocat: ut iuppiter iuuãs. Mercurius q̃ præesset mercibus. Liber libertatis sit: ergo & iouem stystiũ dicit dido inferis sacrificatura ut alibi. Iunoni infernæ dictus sacer. hinc est iouis oratio cœlicolæ mea mẽbra deí quos uera potestas officiis diuisa. Ser.

Iuppiter poetæ de cœlo semen igneũ cecidisse dicũt in mare: ac natam ex spumis uenerẽ cõiũctione ignis & humoris: quã haberet uim significantes seminis a qua ui natis dicta uita. Et illud a lucillo uis est uita uides nos uis facere omnia cogit. Quare quod cœlum principiũ satum dictus saturnus: & q̃ ignei saturnalibus cærei superioribus mittuntur. Terra ops: q̃ hic omne opus & hac opus ad uiuendum. & ideo dicitur ops mater. q̃ terra mater. Etenim terra gentes oés peperit & resumit denuo quæ dat cibaria. ut ait Ennius quæ qđ gerit fruges ceres dicta ab ãtiqs. quæ nũc & idẽ hi dei cœlũ & terram Iuppiter & iuno. quod ut ait ennius. Istic est iuppiter quem dico. qué græci uocant aerem q uentus est & nubes. imber postea: atque ex imbre frigus uẽtus post fit aer denuo. Hæc propter iuppiter sunt ista que dico. quia mortales omnes atque arbores herbas beluasque omnis iuuat. qđ hic omnes & sub hoc eundẽ appellans dicit ennius. diuũque pater hominũque rex. pater q̃ patefaciat semen. nam cum est cõcæptũ: & inde cũ exit quod oritur. hoc idẽ magis ostendit antiquis huius nomẽ. nam oli diiouis reqre in diiouis supra. Var.

Iurgata iuris actio. Fe.

Iurari flamini diali fas non erat. Fe.

Iurgiũ & lis hanc habent distantiam. q̃ iurgium leuior res est. siqdẽ iter beniuolos & ppiquos dissẽtio uel cõcertatio iurgiũ dicit. Inter inimicos dissensio lis appellatur. Tul. quarto de repu. Admiror nec uerũ solum. sed etiam uerborũ elegantiam. si iurgãt iqt beniuolo⁹ concertatio. nam lis iuimicorũ iurgiũ dicit. Et i sequẽti iurgare igit lex putata inter se intimos non litigare. No.

Ius quære in leges. Lau.

Ius & eqtas in eo differũt. q̃ ius omnia uerba iflexibilia exigit. aequitas de iure multũ remittit. Te. in adel. Non necessaria habeo nimia pro meo iure agere. Do.

Iura & fas sic distinguũtur. nam iura ad hominem. fas ad religioné pertinet. fas é diuinũ ius humanũ. Ser.

Iuro tũc dicitur cũ confirmamus aliquid aut promittimus. ut iuro me tibi auxilio futurꝫ. sed uide q̃ praepositio aduerbium iuro addita falsum iramentũ significare uidetur. ut piurare deiurare abiurare. Salustius ab sempronia creditum abiurauerat cædis cõscia fuerat. Abiurare creditum est falso iuramẽto se a pecunia credita defendere. Ita/

que abiurare magistratū ē falso iuramento magistratū negare.

Iura mons uidet esse samniti glaudi: q diuidit sabaudiam a burgundia. Stra.

Iuratus. Reperiūtur aūt participia in positione passiua ea que non habent declinationē passiuam. sicut apud ueteres inueniuntur. ut iuratus nō enim dicitur a iuror. Ser.

Iurandū pro iusiurandum. Te. in an. Quia si forte opus sit ad herū iurandum de uulgo dicitur: iuramētū aut deest ius ut sit iusiurandum. & omnium sic locutus est ut explicari atque intelligi non possit. Donatus

Iuro q̄is sit neutrum: habet participium præteriti iuratus. Pri.

Iuro etiam iurant q; etiam in passiua significatione inuenitur. qppe etiam unum ipsum Lucil. in qnto protulit. Et læte iurant aues bubone siniſtro. Statius etiam in decimo thebaidos. Captiuis etiā iurauerat huius. Virgi. etiam in secundo georgicoꝝ. Aut cō iurato descendet Dacus ab Istro. Pri.

Iura fecialia nota quæ. Ancus marcus cum uideret populum ro. ardētē amore bellorum & plærunque inferre bella gentibus nulla iusta extante ratione: exīde pericula creari misit ad gētē eqcolanam: & accaepit iura fecialia: per quæ bellum iudicabat hoc modo: sicut etiam de albanis rettulit Liui. nā siquando homines uel animalia uel aliqua gente rapta essent. populus ro. cum fecialibus. i. sacerdotibus q faciendis præsunt fœderibus. proficiscebat & pater patratus: & ante fines stans clara uoce dicebat belli causam: & nolentibus res raptas restituere uel auctores iniuriæ tradere iaciebat hastā: quæ referebat pugnæ principium. & sic licebat more belli rex rapere unde dicebat clariga re: hoc est per feciales bellū indicere. Clarigatio autē dicta ē aut a clara uoce: qua utebat pater patratus. aut a græ hoc ē sorte. nam per bellicam sortē inuadebant. agros hostiū: ūde & dicūtur q sortiūtur bona defuncti. Ser.

Iurisprudentia ē diuinaꝝ atque humanarum rerū noticia: iusti atque iniusti scientia. Vlpianus de iusti. & iure.

Iuris præcepta sūt hæc honeste uiuere. alteꝝ non ledere: ius suum unicuique tribuere. Vlpi. e. ti.

Ire gentium introducta sunt bella: discretæ gētes: regna cōdita. dominia distincta: agris termini positi: aedificia collata cōmercia: emptiones: uenditiones: locationes: conductiones: obligationes institutæ: excæptis q̄busdam quæ a iure ciuili introductae sunt Ermogenianus.

Iura mons uidetur esse sancti plandi: qui diuidunt sabaudiam a burgundia. Stra.

Iurgio apud plautū. Euax iurgio uxorē tandem abire ianua. Euax nihil significat: qd̄ ait iurgio. i. litibus. Itaque quibus res erat ī controuersia ea uocabatur lis. ideo ī actionibus uidet dici quam rem siue militē dicere oportet. Ex quo licet uidere iurgare ab iure dictum: cum quis iure litigaret ab quo obiurgat is qui id facit iuste. Var.

Iussa iura. Fe.

Iusticiū semper singulariter tantū. Ser.

Iusti dies dicebātur triginta cū exercitus esset imperatus: & uexillū in arce positū. Fe.

Iusticia est constans & perpetua animi uoluntas ius suū unicuique tribuēs. Vlpianus de iustitia & iure.

Iusticiam. Ci. de partitione oratoria. commune quæ posita pars ē iusticia dicitur: æque erga deos religio: erga parentes pietas: uulgo autē bonitas creditis in rebus fides. īmo deratio est animaduertēdi lenitas amicitia in beniuolentia nominat.

Iussus. Virgi. x. aene. Socii cesserunt æquore iusso: pro ipsi iussi. & est usurpatū participiū. nam iubeor non dicimus: unde potest uenire iussus. sic ergo hic participiū usurpauit. ut Hora. uerbū dicens. hic ego procurare & idoneus impropriot & mihi iuitus ergo satis licenter actū est: adeo ut hoc loco correptam longam posuerūt. Ser.

Iussum pro uero & iustū pro iusto frequenter tam nos q̄ actici ponimus. Vir. li. xi. Quecūque est fortuna mea iter uerius unū pro uobis fœdus lueret decernere ferro. Pri.

Ius pluribus modis dicit. uno modo id quod semper æquum ac bonū est ius dicitur: ut ē ius naturale. Altero modo qd̄ omnibus aut pluribus ī quacunque ciuitate utile ē. ut ius ciuile: neque minus ius recte appellatur ius honorariū: praetor quoque ius reddere dicit: etiā cū unq̄ decernit relatione scilicet facta non ad id quod praetorem facere cōuenit. alia significatione dicitur locus in quo ius redditur appellatione collata ab eo qd̄ fit in eo ubi fit. quem locum determinare hoc modo possumus ubicunque praetor salua maiestate imperii sui: saluoque more maiorum ius dicere constituit. is locus recte ius appellatur. Plau. de. iust. & iu.

Ius nonnunq̄ pro necessitudine etiā dicimus:

ueluti est mihi ius cognationis uel affinitatis. Martianus de iust. & iu.

Ius ciuile ē quod neque in totū a naturali iure uel gētiū recedit: neque per omnia ei seruit itaque cū aliqd addimus uel detrahimus iuri cōmuni ius propriū ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrū constat aut scripto aut sine scripto: ut apud græ. Vlpia. de iust. & iu.

Ius ciuile ē qđ ex legibus plebiscitis senatusco̅sultis decretis principiū auctoritate prudētiū uenit. ius prætoriū autem ē quod prætores introduxerunt adiuuandi: uel supplendi uel corrigendi iuris ciuilis gratia ꝓpter utilitatē publicam: qđ & honorarium dicitur ab honore prætoris sic nominatū. nam & ipsum ius honorariū q̄si uiua uox iuris ciuilis est. Pom. de iusti.

Ius ciuile uocatur qđ quisque populus ipse sibi constituit quasi ius proprium ipsius ciuitatis: ꝙ uero naturalis ratio ī ter omnes homines constituit id quod apud omnes gentes peræque custodit̄ uocat̄que ius gentiū: quasi quo iure oēs gētes utūtur. Caius eo. ti.

Ius singulare ē quod contra tenorem romanis propter aliquam utilitatē auctoritate constituentiū introductū ē. Paulus de legibus.

Ius totum consistit aut ī acquirendo aut in cō seruando aut in diminuendo: aut enī hoc agitur quēadmodū quod cuiusque fiat: aut quēadmodū quis rem suam uel ius suū cōseruet: aut quomodo alienet aut amittat. Vlpia. eo. ti.

Ius omne quo utimur uel ad personas pertinet uel ad res uel ad actiones. Modestinus de statu hominū.

Iustus q̄ nihil iniquū iubet. Terē. in an. Apud me iusta & clemēs fuerit seruitus. Do.

Iusso pro iussu. Sisen. hi. li. iii. Tū tridentibus senaticonsulto & populi iusso dat ciuitatē Nonius marcel.

Iusticium ius dicēdi ītermissio quasi iuris statio: qđ fieri solet publico luctu. Liui. viii. ab urbe condita dictator nūc iusticiū edidisset omnes iuniores sacramēto adegit. Ser.

Ius ad doctrinam pertinet: officium ad uirtutem. Asca.

Iuuēturis sacra pro iuuēibus sūt īstituta. Fe.

Iuuenalia fingebant̄ dianæ simulacra: qa ea ætas fortis ē ad tollerandam uiam. Diana enim putabat̄ uiag̃ dea. Fe.

Iuuenilitas pro iuuētus. Var. in titonio. Quia dereliqt multi cupida iuuenilitas. No.

Iuuentus & iuuēta & iuuenilitas hoc differūt. Iuuentus iuuenes. iuuēta ætas uel iuuenilitas. Vir. iiii. geor. Interea superat gregibus: cū læta iuuentus. Solue matres. Idē in. iii. Et patiens operis paruoque assueta iuuentus. Nonius.

Iuuenis existimari potest is q adolescēs ē cū excessit eandē etatē incipiat inter seniores nūmerari. Marcellus de legatis tertio.

Iuuenta ætas putat̄: iuuentas ipsū numē. iuuētus adolescentia. Ho. li. car. Et parū comis sine te iuuentas mercuriusque. Acron.

Iuuentus multitudo iuuenū. Ser. Sulpi. ad Ciceronem. Licitū est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuentute generū eligere. Et Virgili. primo æneidos. Præmeret troiana iuuentus. Ser.

Iuuentas ipsa dea appellat̄: sicut & libertas.

Iuuenta ætas est. Virgili. primo æneidos. Lumenque iuuentæ. Ser.

Iuuentus a iuuando ꝙ iuuare iam ad agrū colendū posset. Varro.

Iussus quartæ declinationis & masculinū pluraliter neutrū. & secūdæ. Vir. Accipe iussis carmina cœpta tuis. Et iterū. Ille patris iussa exeqtur. Lau.

Iusticiū quære in uerbo stare. Lau.

Ius generale est: sed lex iuris ē species. non est ergo iteratio quod dixit Vir. ī primo æne. Iura legesque dabat uiris. Ser.

Iuxtim pro iuxta. Sisen. ab urbe condita. iuxti municiū flumē obtrūcat. Liui. in egisto. In sedes se collocat regias Clitēnestra iustī tertias natæ occupant.

Iuxta est proxime. Vir. iii. æne. Humilis uolat æquora iuxta. No.

Iuxta coniunctī. Var. de ui. pa. li. i. Cū interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanā. N.

Iuxta rursus similiter. Salu. in iugur. Hyemē atque æstatē iuxta pati. Plau. in trinummo Iuxtaque eam curro cū ea. Var. in papia pape. qui potest laus uideri uersa tum motus sæpe furaces essemus ac nequissimi ibi iuxta ac. P. affricanus. Plau. in au. Dixi tibi mater iuxta mecū res tenes. N.

Iuxta horus ingrediens commodum consecutus comitabatur uir corpore atque animo iuxta ualidus. No.

Arthago noua est ī hispania: quā Hasdrubal ædificauit. Est post abderam. Strabo. K enim & q: q̄uis figura & nomine uidet aliquam habere differentiam: cū c. tamen eandem tam in sono uocum q̄

in metro continet poteſtatem·& k quidem ſuperuacua eſt penitus: nulla enī uideſ eſſe ratio cur a ſequēti k ſcribi debeat. Cartha/go enī & caput ſiue per c ſiue per k ſcriban tur: nullam faciunt nec in ſono nec in pote ſtate eiuſdē conſonantis differentiam ·Pri.

Kalendas poſt ianuarias die tertio pro ſalute principis uota ſuſcipiūtur. Vlpia·de uer·ſi·

ABDACVS polydori filius filii frater Iai· Labinotus babylōius tyrannus filius Nectoris reginæ. Labyrinthus de quo Pli.xxvi·in quatuor mundi partibus famo/ſior creticus opus Dædali·

Labaſco inchoatiuū uerbū ē: metaphora ab ar bore ſucciſa: quæ multis ferri ictibus ſucci ſa tandem incipit in caſum pendere: ruinā/que nutare. Te. in adel·Labaſcit: unum hoc habeo ·Do·

labaſcor ꝑ labor. Acti. Nōnullū ingeniū tātum nec cor tā ferū qđ nō labaſcatur lingua mi/teſcat malo·Varro rex diuinar.vii. Poſtq̄ uidit miſericordia labaſci mentem infirmā populi. No.

Laborioſum in quo laboreſ·Gallus priuatus durū rus fugite laborioſum. No.

Labeo qđ ē labos laboſum facit nō laborioſū Luc. i ·iiii·ſaty. Tantalus laboſas pœnas·S.

Labras·Au.ge.li.x.ca.q̄rto. Et labras & labres ſenſim primores emouemus: ac ſpiritū at/que animam porro uerſū ad eos q̄bus ſer/mocinamur intēdimus.

Laberinthus lacus eſt apud cretā factus a dæ/dalo perplexis parietibus ubi minotaurus incluſus eſt ·Ser·

Labor pricipale eſt lapſor iteratiuū. labaſcor inchoatiuū·Dio.

Laborioſus in quo laborē capimus: uel quod plenū ē labore·Lau.

Labare ruere eſt & repente cadere penul.bre. Vir·Labat ariete crebro ianua. labi uero eſt leniter ſenſimque deorſum ire·labūtur flu/mina cœlum anguis prima longa. Quinti· ut numē & deus delabi ſyderibus. labi quo que dicūtur q̄ in lubrico imprimētes ueſti/gia ad terram feruntur: nō cū ruina ſed lē/tius cū mora·lapſus pro ruina & pro ſcele re ex animi infirmitate. Elabi quoque ē pe/riculū fugere more anguis aut murenæ cū manus effugit·Vir. Ecce aūt elapſus pyrrhi de cede polites. a labo fit labaſco. Te· Laba/ſcit uictus uno uerbo q̄cito figurate dixit. In de labor laboris & laboro laboras. ide dici tur me laboratus qđ artificio nō ē ſatis ex/cultū. illaboratū uero qđ ſine labore factū uidetur.

Labes ruinam ſignificat a lapſu·Virgi.ii.æne. hinc prima mihi mali labes. Ser.

Labes macula in ueſtim. ēto dicit: & deīde me/taphoricus tranſfert i homines. Fe.

Laborioſus·C. Cecilius in poematis dicit·non ut uulgo dicit qui laborat: ſed in quo labo/ratur. Durū inqt rus fugi & laborioſū eadē ratione·Laberius in ſororibus·E caſtor in/quit multū ſomniculoſum ut pœnus aſpi/dem pſillus. Au.geli.

Labruſca uitis agreſtis: quæ quia in terræ mar ginibus naſcit labruſca dicta ē a labris & ex tremitatibus terræ·Ser.

Labra non ſolū hominū: ſed margines uel fi/nes dicūtur. Vir. in buc. Siluestris raris ſpar ſit labruſca racemis·herba ita dicta. qa i la/bris agroꝝ & in ſepibus & terminis naſcit. & ē genus erraticae uitis·Vir.vii·æne. Si qđ aquæ tremulū labris ubi lumē ahenis. Ser.

Laberiū aſperæ libertatis egrē romanū. Cæſar quingentis milibus inuitauit: ut prodiret i ſcenā & ipſe ageret mimos: quos ſcriptita/bat·ſed poteſtas nō ſolū ſibi iuitet: ſed & ſi ſupplicet cogit·No.

Labia & labra indiſtincte dicūtur diminuti/ue labella. Flaccus ſic diſtinxit: modica eſſe labia·labra īmodica. & inde labrones dicti. Seruius.

Labra ſunt ſuperiora. labia inferiora. Alii la/bra aſinoꝝ proprie dicūt. Te. in eu. Incur/uus tremulus labiis demiſſis. unde labro/nes q̄ labra maiora habent. Alii labra dicūt inferiora & labia ſuperiora·Do.

Lacubus nulla differentiae cauſa cogente iue/niūtur u penultimam pro i ponere. ut par/tubus & tribubus & lacubus. Oui. i. iii. fa/ſtorum. Premia de lacubus proxima mixta tuis. Priſcianus.

Lacerna q̄ nimis capitio ē. Fe.

Lacer q̄ auribus curtatis eſt. laterū quodcun/que cū in corpore imminutū. F.

Laceſſo laceſſiui: participiū enī facit laceſſitus Captamen laceſſi dicit: ſicut faceſſo faceſſi. Et profert exēplū. Lucil. quo uſus eſt. xiiii. nō uetus ille Cato laceſſiſſet appellari qđ cō ſcius non erat ipſe ſibi. ſed poteſt laceſſiſſe per ſyncopam eſſe prolatum ui ſyllabæ. ut cupiſſe dicimus pro cupiuiſſe·Pri.

Laceſſo ex eo uenit quod ē lacero·ſed hoc ua/riat. Laceſſere enim cōcitare ē. Ser.

Lacte huius lactis. Plau. in am. Neque lacte lacti est usque similis. Ser. in cõmen. Do.

Lactes partes sunt intestinorũ a græ. dictæ: cuius singularis est hæc lactis. Pompo. in lare familiari. Oro te base p lactes tuas. Titin. Craticula cerebellũ agmina lactis. Pri.

Lacesso a lacero significat concitare. Dio.

Lachrymo & lachrymor q̃is oui. dixerit. Lachrymatas cortice mirras. Dio.

Lacertosus uehemẽtiam siue copiam lacerti significat. Lau.

Lacesso pro inuoco. La.

Lacaena genus uestimẽti.

Lachana olus. neutri ge. numeri. plu.

Lacenus na. nũ. a laconia & laconicus prouincia achaiæ uel peloponẽsis: quæ & cebalia & lacedaemonia urbs: que & lacedaemon alio etiam nomine sparta.

Lachesis nna ex parcis.

Laciniũ promõtoriũ italiæ iter adriaticũ & ioniũ: a quodam latrone illic ab hercule interempto: ubi tẽplũ iunonis.

Lacydes philosophus cyreneus alexãdri filius academiae nouae princeps post archesilaũ.

Lacrimes lacedaemonius messus ad cyrũ.

Lacaon & lacoon p sineresim priami secundũ quosdam filius sacerdos Apollinis: de quo Vir. & Ser. ĩ secũdo. Pli. de eius simulachro tertio. Eupharion. quia in tẽplũ neptunni cum uxore cõcubuit in templo a draconibus dicit laniatũ.

Laciniũ promõtoriũ est italiae inter adriaticũ & ioniũ mare ĩ eurum tendens ĩsigne quodam iunonis laciniae tẽplo haud lõge a petilia ciuitate.

Laconium mare aegei pars est & ionii salleo promontorio achaiae ubi eius initiũ est usque ad promõtorium malleum. Ionii autẽ a malleo usque ad tenaron: ubi finis. laconicum autẽ a regione quam alluit dicitur: ĩ qua lacedaemona.

Lactare est inducere uel mulgere uel decipere. Acti. ĩ medea. Nisi ut astu ingentum lingua laudem & dictis lactẽ lenibus. pacu. in illiona. Nec porro te error qui nũc lactet macret. Cecil. in periboea. Mea rastraria qđ præludiũ: quæ uoluptas: quæ te lactat largitas. Acti. in alc. Tanta ut frustrando lactans neruas protrahas. Varro in honos lyras: q̃bus suam delectet ut ipse amusiam & auiditatẽ speciebus lactet suis. Ci. tuscu. iiii. Maliuolentia lactans alieno malo delectatio iactatio & similia. No.

Lactare est inducere aliquam uoluptatẽ a lactando: unde delectare oblectare dicitur. Te. in an. Nisi me lactasses amantẽ. lactasses produxisses. oblectasses induxisses: quæ significatio frustrationẽ ostẽdit lactare dulcedine aliqua tenere/& ad persuasionẽ inducere. Dona.

Lactare & lactere ita distinguũtur. Lactare est lac præbere. lactere autẽ lac suggere. S.

Lactobrigæ nomẽ compositũ a lac & actobrigia hispaniæ oppido. Fe.

Lactaria colũna in foro olitario dicta q̃ ibi infantes lacte alẽdos deferebant. Fe.

Lac succus maternus quo animalia nutriũtur Vir. in buc. Et succus pecori & lac subducitur agnis. Noni.

Lactes dicunt̃ intestina. Titin. in psaltria particula cerebellum lactis agninas. Pla. ĩ curculione. Ira cibi uacuitate uenio lassis lactibus Idẽ in pseudulo. Vna opa allicere fugitiuũ canem agninis lactibus. No.

Lacteo lacte pleno. Vir. i. geor. Frumenta in uiridi stipula languẽtia turgẽt. S.

Lacessere positũ pro uocare. Ci. in ora. Et aristoteles socratẽ lacessiuit: & xenophontis uoce musas quasi locutas ferũt. Et tuscu. v. Impulsæ sumus ad philosophiæ scriptionẽ uerũ & lacessiti. No.

Lacertus serpentis genus est. Vir. Nũc uirides etiam occultant spineta lacertos. Ser.

Lacuna dicta est aquæ collectio a lacu deriuatur: quam alii laniam lustram dicunt. Fe.

Lacunae sunt fossæ: in quibus aqua stare consueuit. Vir. i. geor. Præsertim incertis si mẽsibus annus abundans. Exit & obducto late tenet omnia limo: unde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Ser.

Lacerare diuidere cõminnere est: ex quo deriuatur conlanius: q̃ discindendo lacerat pecora. lacinia q̃ pars uestimẽtis est: lacerna q̃ minus capio est. lacer q̃ auribus curtatis ẽ. lacerũ quodcũque cũ corpore ĩminutũ. F.

Lacerare est sæpius uulnerare. Virgili. iii. æn. Quid miserũ ænea laceras. S.

Lacus lucrinus in uectigalibus publicis primus locatur eruendus boni ominis gratia: ut ĩ dilectu cenosi ne primi nominantur ualerius statorius. Fe.

Lacus tabulatũ quo tectoꝝ & cameraꝝ supiora ornãtur. Lucil. Resultãt ædesque lacusque. unde etiam lacunar p eodẽ dicit̃. Ho. Nec mea renidet in domo lacunar. ĩde alia deriuatione laquearia dicta sũt. Vir. i. æne. Dependent lichni laquearibus aureis. Ser.

Lacũ curtium .aCurtio dictum cõstat.& de eo triceps historia.Nam & Procilus non idem prodidit qđ Piso:nec hos Cornelius stilo secutus a procilio delatum in eo loco dehisce re terram. & id ex s.c.ad aruspices relatum esse responsum de omnium manio pistilio/nem postulare.i.ciuem fortissimũ eodẽ mittitum quẽdam Curtium uirum forte ascẽdisse in equum & a concordia uersũ cũ equo præcipitatum eo facto hiatum coiisse atque eius corpus diuinitus humasse ac reliquisse genti suũ monumentũ. Piso i annalibus scripsit Sabino bello qđ fuit Romulo & Tatio uirum fortissimum.M.Curtium sabinũ cũ Romulus cũ suis ex superiore parte impressionẽ fecisset Curtium in locũ palustrem q tamẽ fuit in foro anteq̃ cloacæ sunt factæ secessisse atque iuẽisse. Cornelius & luctatius scribũt eũ locũ esse figuratum ex s.c.septus eẽ.Idque factum esse a Curtio consule:cui. C.Sẽitius fuit collega curtiũ appellatũ.Var.

Latum docet.Var.semper portis additum obusum iumẽtorũ exeuntium & introeuntiũ & præterea aut aduersũ hostilem ignẽ portis de proximo subueniretur.Do.

Lac uinum erat appellatum in templo semeles quam credebant maiã:nec non eandẽ fauni filiam dicunt:quam asserunt obstitisse uoluptati patris in amorem suũ lapsi:& ut uirga myrthea ab eo uerberatur cum desiderio patris nec uitis ab eodẽ pressa cessisset trãsfigurasse se tamẽ in serpentẽ pater creditur:& coisse cũ filia. horum hæc proferũt indici qđ uirgam myrteam in tẽplo haberi nephas qđ super caput eius extẽdebat.

Lacena genus uestimẽti.T.

Lachrymae mirum i adolescẽtibus.T.i phor. Interuenit adolescens quidam lachrymans nõ mirarier contra tristisque senatus.Do.

Laena uirilis uestis Home,& chlænã dicit.

Laephoricones.populi quidam.

Laertas &.I. laerta Acrisii filius ulyxis pr̃:tertio post ulyxis reditum ano mortuus,& lacrtes est bisyllabũ.No.

Laestrigones gẽtes i extremo Italiæ. fere quos ulyxes apud alcinoũ narrat humana carne uesci ut cyclopas.

Laeros Hispaniæ fluuius est lambrace ciuitati propinquus.

Lætũ pecus fœcundum aut pingue.Acrõ.

scipiendo. Augures enim designant limo
& eis dāt nomina. & prima pars dicitur an/
tica: posterior postica. Item & dextera & si/

nistra. Seruius.

Posco prouoco. Virgilius. viii. ænei. nec mox aut laurentis nate superbos: aut acrem dubites i prælia poscere turnũ & Cicero poscũt maioribus poculis. i. prouocant. Ser.

Poscere ut Varro dicit est quotiẽs aliquid p me rito nostro deposcimus. Ser.

Postremissimum gracchus dixit. Au. gellius.

Posthumus q post matris mortẽ natus. Var.

Potio a potion. unde poculum potatio: repotatio. Varro.

Potiri est non modo in usu aliquid habere uerum etiam in potestatem locum aut quippiam redigere. Salus. in catilina. Ex libris sybillinis regnum romæ tribus cornelis portendi: syllam atque cinnam ante se tertium esse cui fatum foret urbis potiri. Ser.

Potisne ideſt potes. Virgil. nec potis iõios. Est autem nomen potis & facit potis potior potissimus. Terent. in an. potisne mihi uerum dicere. Donatus.

Pote pro potis: ut mage pro magis. Te. in adel. nihil pote supra. Donatus.

Potior potiris cũ accusatiuo & genitiuo casu efferri potest: quod tamen nos ablatiuo. Te. i adel. patria potitur commoda. nos patriis potitur commodis diceremus. Actius in clitẽestra: feras potiuntur plagas. Plaut. hostium potitus est. Do.

Potestatis uerbo plura significantur nisi persona magistratuum imperium i persona liberum patria potestas in persona serui dominũ. ac cũ agimus de noxae deditione cũ eo qui seruum non defendit praesentis copiã facultatemque significamus in lege acina in potestatẽ domini rem futuram uenisset uideri & si eius uendicãdæ potestatẽ habuerit Sabinus & Cassius aiunt. Pau. de uer. sig.

Potestatis uerbo nõ solũ ad liberos qui sunt i potestate referendũ est. uerũ etiam. ad eum quẽ redemit ab hostibus q̃is placet hunc seruũ nõ esse. sed uinculo quodã retinetur. donec preciũ soluat. Vlpi. de testa. tu.

Potorio in argento uerum id duntaxat sit in quolibet possit. an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatiuum sit ueluti columnarium: ut urceoli dubitare potest. sed pprius est ut hæc quoque istituta. Pom. de auro & ar. leg.

Potis & pote raro i obliquo casu. Virgilius tertio ænei. nec potis ionios fluctus æquare sequendo. Priscianus.

Potior potiris a potis. Prisc.

Potest & potestur idem significant. Pris.

Potus participium. Iuue. e potaque flumina medo prandente passiue. Pris.

Potior. tiris. tieris. i tertia & quarta coniugatione. Virgi. in. iii. & auro ui potitur. Infinitũ tantum. secundum quartam coniugationẽ semper inuenitur. Pris.

Possum passiue antiqui protulerunt: ut scaurus de uita sua tertio poteratur. & apud Ennium. nec retrahi potestur iperiis. Dio.

Potis est dicimus pro potest. ut apud Enniũ. q potis igentis oras euoluere belli. & Virg. At non euandrũ potis est uis ulla tenere nec nõ pote potes crebro dicere reperimus. ut persius. qui poteuis dicã nugaris. Dio.

Potissimũ iter plura. potius iter duo. ut quẽ potius instituã Fabiũ an Aemiliũ aut quã natarũ potissimũ erudiã e multis scilicet.

Potercus fluuius est in ĩsula cretæ iter gnoson & gortinam defluens ciuitates.

Potina urbs arcadiæ. unde glaucus qui cum ueneris sacra sperneret potinades malis membra absumpsere quadrigæ a ποτνιοῦ qui est uenerabilis.

Potior illam rem pro illa re potior gaudia. Lucre. in. iii. Adde edicabonia dũ comites quorum unus humerus est sceptra potitur. Pacuuius in atlantha. Regi ut memorabis nũc regnũ potitur ꝑmissum patris. No.

Poteratur pro poterat. Ceci. in. i. anna. cũ uix sine periculo bellũ geri poteratur. No.

Potestur pro potest. Pacu. in chris. Si qua potestur inuestigari uia. Quadrigarius in annal. iii. adeo nemorari uix potestur: ut omnes simul sunt quisque negociũ adorti essent. N.

Potus a bibẽdo. Luc. li. xxx. secus cũ eo medio ac ludo bene potus recessit. No.

Præ in cõpositione uehemẽtius auget q̃ per. ut præcelsus præpotẽs. qui præter modũ moreue aliorũ potens ac celsus est. interdũ cũ uerbo nihil significat ut præcludo.

Præcox fructus præter morem cæterorum coctus siue ãte cæteros: ut uuæ præcoces Quidam dicũt præcoquus. Mar. utilia maternis fueramus præcoqua ramis. & quære in dictione diuturnus. Lau.

Præmaturus anteq̃ sit tempus maturum colligatus. Laurentius.

Praua appellãtur quæ non recta sunt. ut lignũ prauum. Laurentius.

Prædia omnia ædificia urbana accipimus: nõ solum quæ in oppidis: sed etiam quæ forte stabula aut alia meritoria in uillis & in uicis uel si prætoris uoluptati tantum deseruientia: quia urbanuum præ dium non locus fa/

cit sed materia proide hortos quoque i ædi ficiis cõstituti urbana dicuntur. uinearii ue ro uel olitorii non. fundus é possessio. Fusti ca ut uineæ: prata oliueta: pomaria: salicta arbusta: pascua: nemora: & similia: prædia uero est possessio & rustica & urbana & est ut genus. fundus uero species.

Præcepta & præceptões idifferéter ꝑ disciplina

Prætorius qui præturam gessit. Lau.

Præceps antiqui præcipes & ancipes secũdum analogiam dixerũt. sicut bicipes. Plautus in commorientibus. Saliam iam in puteũ præ cipes. Idem in rudente: post altrinsecus est securicula ancipes. genitiuum quoque præ cipis: nunc præcipitis ancipitis. Pris.

Præcipito lauo tondo duro calceo etiam pro passiuis ponuntur. Virg. prio. ænei. accingũt omnes operi pro accinguntur. Et. ii. & nox humida cœlo præcipitat. Pri.

Prædo & prædor idem. Pri.

Preco & precor idem. Pri.

Præ significat ad. ut Ter. hic ego illũ contẽpsi præ me ideſt ad cõparationẽ mei. pro ab: ut idẽ. cre do ut fit misera præ amore. hunc ex/ clusisti foras. ponit ꝑ sup ut præsidio: præ/ sto. pro ualde. ut præcelsus præco a ualde & canendo dictus é. prægestio ualde gestio. ꝑ ante: ut prædico præmaturus: uidetur inde deriuari præter sicut sub subter: i inter: pro propter. Prisci a.

Precario a nomine ipsa terminatione datiui pro aduerbio accipit. Terẽ. in eu. seu ui seu clam seu precario. Pris.

Precor prospera imprecor tetra. Caper.

Prebeo quære in uerbo præsto. Dio.

Præcox quæro in diuturnus. Lau.

precari cum datiuo est optare alicui deos p̃can do bonam malãue fortunã. Quintilianus. & oram soluentibus bene precemur. inter dum subitelligitur datiuus imprecari uero crebrius in malam partem accipitur. Lau.

Praeclarus quære in clarus. Lauren.

Praes est qui populo se obligat: interrogatur quea magistratu si praes sit. ille respondet praes. Festus.

Praestitem in ea significatione dicebant antiq qua nunc dicimus antistitem. Fe.

Prendicula ientacula. Festus.

Præsegmina proprie plau. in aulula. dici uolu it quae unguibus emimilis præsecantur qn ipse quidem tonsor ungues desecat collegit omnia abstulit præsegmina. Nonius.

Pratum est in quo ad fructũ percipiendũ falce duntaxat opus est: ex eo dictum qđ pratũ est ad fructum capiendum. Nonius.

Prænesteo ppidũ super aretino mõte a filio regis latini & ulyxis nepote. Solinus. Virgil. vii. acae cubo uulcani filio de quo Seruius. vii. quidã dicunt praeneste dictũ a multitu/ dine arborũ eius nominis: & haec praene/ stis dicitur.

Pragmaticus negociator uel forensis.

Praxiteles statuarius marmoris de quo. Plini/ us. trigesimosexto.

Praxaspes nobilis persa: qui smerdum camby/ sem fratrem ipsius cambysae regis persarũ iussu occidit de quo Hero. iii.

Prandiũ ante abstemiũ in quo nihil uini pota tur caninum dicitur. quoniam canis uino caret. A. g.

Prata antiqui quasi parata appellauerũt. Var.

Præuidẽtia duplex est. aut enim animo aut cor pore preuidemus. Teren. in andr. herus est neque præuideram. Do.

Præter contra significat. Ter. in and. preter ci/ uium morem. Donatus.

Præsente nobis pro præsentibus nobis: & ab/ sente nobis pro absentibus nobis. Pompo/ nius. sine de ruo ergo præsente amicis. Var. i macello. Id praesẽte legatis omnibus absen te nobis. Teren. in eu. Nescio. quid profecto absente nobis. prouerbiale est ut sursum de orsum. ultro citro: fanda: nefãda: iusta iniu sta: digna: indigna. uelit nolit. Do.

Præstolari & presto esse & parare: hoc est obse qui. Teren. in eu. quẽ præstolare & noue di/ xit quẽ nõ cui ꝙ antiquũ erat. Do.

Præstolari qui ante stando abi quo uenturum sit excipere uult morare. Fe.

Præ meo cõmodo ideſt mei cõmodi cõparati/ one. Te. in adel. qui sibi omnia post putauit præ meo cõmodo. Idẽ in eu. hic ego illũ con tẽpsi præ me ideſt mei cõparatione. Do.

Præsentes dii sunt. uel qui statim præstant. uel ꝙ recolunt & uident. ut sol & luna. Alii præ sentes ꝑ potẽtissimis accipiũt. Vir. quo non præsentius ullũ. Ter. in phor. nõ tu hũc ha/ beas præsentem deum. Do.

Prætoria cohors est dicta ꝙ a prætore non di/ scedebat. Scipio enim Affricanus fortissimũ quẽ delegit: qui ab eo in bello nõ discederẽt & cætero munere militiæ nõ uacarẽt & sex/ quiplex stipendiũ acciperent. Fe.

Praetexatae appellabãtur quae res gestas roma norũ cõtinent scriptae. Fe.

Prætoria in castris appellatur qua exercitus in præliũ educit. quia initio praetores erant ꝙ nũc cõsules. & hi bella administrabãt. quo/

rum tabernaculum quoque dicebatur prae/ torium.Festus.

Præsiderare dicitur cũ maturius hyberna tẽ/ pestas mouetur q̃ãte sideris tẽpus.Fe.

Præsidium est quod pro utilitate & salute ali/ cuius auxilii gratia praeponitur.Subsidium quod post positum est ad subueniẽdum la/ borantibus.Festus.

Praestinasse apud Plaut.emere est idest emen/ do tenere.Festus.

Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ:quæ dant cæteris mo/ dum plangendi quasi in loco ipsum præfe/ ctae.Neu.hæc quidẽ mehercle opinor præ/ fica ẽ quæ sic mortuũ collaudat.Fe.

Præsagire est prædiuinare præsipere.sagax.n. est acutus & solers.Fe.

Præcidanea agna uocatur quæ ante alias cede/ batur.Item porca quæ cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset idest glebã nõ obiecisset:q̃ mos erat eis facere prius q̃ nouas fruges gustarẽt.Fe.

Praeiurationes facere dicuntur hi qui ante ali/ os conceptis uerbis iurant post quos in ea/ dem uerba iurantis tantũmodo dicũt idem in me.Festus.

Præneste dicta est quasi locus quo condita mõ tibus praestet.Festus.

Praenominibus fœminas eẽ appellandas testi monio sunt Cecilia & Tarracia.que Ambae Gaiæ solitae sunt appellari pari modo lucia & Titia.Festus.

Praeuaricatores a prætergradiendo sunt uoca ti.Festus pompeus.

Praetexta pulla nulli alii licebat uti q̃ ei qui funus faciebat.Fe.

Praepetes aues dicunt quae se ante auspicãtes ferũt.Nã præpetere dicebant ꝑ anteire.Fe.

Praefericulũ uas eneũ sine ansa patens summũ uelut peluis quo ad sacrificia utebantur.Fe.

Praecidere antecidere idest ante immolare.Fe.

Præsagitio dicta est q̃ ꝑsagire ẽ acute sentire unde sagae dicte anus qnæ multa scĩũt.& sa gaces canes q ferant cubilia præsentiunt.Fe.

Praecipere est iubere uel monere.Virgi.in .xi. Ipsi numerum modumque carinis praecipi unt & in.ix.nanque ita discedens praecepe rat optimus armis aeneas.No.

Praecipere est praeuenire. Virgi.in.xi.exultat/ que animis & spe iam praecipit hostẽ. Et in sexto. omnia præcepi atque animo mecum ante peregi.Nonius.

Praeclauiũ pars uestis quae ante clauũ texitur Affranius in homine.tertiũ diẽ praeclauiũ unum texere.Idẽ.fratris mea nutrix surge si uis ꝑfer purpurã præclauiũ contextus.No.

Præcox.i.præcoca.Varro uerere ne manu non mittat:cũ croco meditari hos honestos au/ dissemus dare possis mittet q̃ si non mittet fugies si me audies cum tempus reuocat ea praecox effuga.Nonius.

Pæda a manubiis distat. uide ĩ manubias.

Prænestе si ad urbem reddas figurate fœmini/ num est:ut Virgi.prænestе sub ipsa strau i. Quando uero proprium oppidi neutrum est:sicut reate.Idẽ.quique altũ prænestе.Pri.

Præpes quod ad altum uolat.P.

Praesagio.gior.idem.P.

Prætextum dici debet cum uestimentum intel ligitur:sed consuetudo uicit que prætexta dicit.referens.s.ad togã.Ser.in ar.

Præsegmina sunt partes corporis icisae. ut age simarcus.Pistinus ait.præsegminibus ampu tatis.Fulgentius.

Præscriptum præceptum dicitur a magistris ludi datur:quae præcepta pueris dãtur præ cipiuntque imitari.Por.

Præstare sæpe iurisconsulti:& oratores utun/ tur pro prohibere:ne alicui fiat damnũ. ut uenditor debet præstare uitiũ rei quã uẽdit idest prohibere atque efficere. ne emptori damni quid fiat alioquin satisfacere.

Præstigiator dicitur ab eo qđ præstringit aciẽ oculorum.Acrõ.

Praetexta deposita pueri accipiebant .togã.A.

Praegestientis.i.ꝑerãtis crescẽtis.Hor.nũc in udo ludere cũ uitulis salicto praegestiẽtis.A.

Praecisum & omasum partes carnis & uiscerũ Plautus ĩ aulularia praecisum omasũ pernã gallũ glisis glandia.Lucillius.xx.illi praecipo atque epulis capiũtur opimis.No.

Praecidaneum est praecidendum.Varro de ui/ ta parriũ li.iii.q̃ humatus nõ sit hæredi por ta praecidanea suscipiẽda telluri & caeteri. Aliter familia pura non est.No.

Praeceptũ responsum.V.iiii.geor.nam sine ui non ulla dabit praecepta.Ser.

Praeceps altus.unde qs põt preceps dari.Virg. ii.aen.Turrim ĩ precipiti stantẽ summisque sub astra eductã tectis.Ser.

Praeceps festinus.Virgi.ii.aen praecipites atra seu tempestate columbae. Et .iiii.aeneidos. praecipites uigilate uiri.Ser.

Praecinctos strennuos dicimus & expeditos unde graece appellatur.non qui bonã zonã habet:sed q est strẽnuus.S.

Praecidaneae hostiæ dicũtur a littera ꝑ modũ compositi uocabuli in litteram. & dicũtur

quæ ante ſacrificia ſolennia pridie cedũtur proca enim præcidanea appellata: quam piaculi gratia ante fruges nouas captas immolari cereri mos fuit. Si qui familiã funeſtam aut non purgarant: aut aliter eam rem quã non oportuerat procurauerant. ſed porca & hoſtias quaſdã praecidaneas dici id opinor a uulgo remotum eſt. præterea uerba Athei capitonis ex. v. librorum quos de põtificio iure compoſuit. ſcripſit ſibi Coruncano. põtifici maximo feriæ praecidaneæ atrũ diem inauguratae ſunt. collegium decreuit nõ habendum religioni quin eo die feriæ praecidaneæ eſſent. Auluſ. g.

Præcẽctio militaris muſica qua uis & impetus militum cohibebantur. ne ſparſi diſſipatique prorueren t. A. g.

Præcox & precoca qđ eſt imatura. Ennius ãnalium. li. viii. præcox pugna eſt. Luc. li. iii. annicula aſpera atque præcox eſt fuga. Neuius hinc puellæ præcocis libido ineſt. N.

Prædia agri & poſſeſſiones. Ser.

Prædes ideſt fideiuſſores ſponſores. Ser.

Præda hoſtibus capta q̃ manu parta. Var.

Prædes fideiuſſores dicuntur ſatiſdatores locupletes, p re de qua apud iudices lis eſt ne interea qui tenet diffidens cauſae poſſeſſionem deteriorem faciat tecta diſſipet: excidat arbores: & culta deſerat. Aſconius Pedi.

Prædia domus agri. bona uero ſiue in mancipiis ſiue in pecunia numerata. Aſco.

Prælumbare lumbos praefingere. Neuius. in uindemiatoribus. cœpit unũquenque præ lumbare fuſtibus. No.

Praefeſtinatim feſtine. Siſenna hiſtoria. li. iiii. Idemque perſeuerauerunt uti lex perueniret ad quaeſtorem ac iudices quos uellẽt inſtituerent praefeſtinatim & cupide. No.

Praefatum pro duro & inflexibili captũ uidemus. M. T. de off. li. ii. Ego etiam cũ catone meo diſſenſi nimis mihi praefatũ uidebat aerariũ uectigaliaque defendere. S.

Praefica. Plaut. in truculento. ſine uirtute argutũ ciuẽ mihi habeam pro praefica. Eſt enim mulier dicta ante domũ mortui: ut laudes canerent illius. hoc factitatũ Ariſtoteles ſcribit in eo libro qui inſcribitur nomina barbarica: quibus teſtimoniũ eſt q̃ fictũ eſt. Neuius dicens haec quidẽ hercle opinor praefica eſt. nã mortuos collaudat. Claudius ſcribit: quae praeficeretur ancillis quemadmodũ lamentarentur praefica eſt dicta: utrumque oſtẽdit praefectionem. Varro.

Praeiudiciũ dicitur res quae cũ inſtituta fuerit affert iudicaturis exemplũ qđ ſequãtur. iudiciũ aũt res quae cauſam litemque determinat. Aſconius pe.

Praemodũ. L. liuius in odiſſea primo praemodũ puto dũ dicit quaſi ad modũ parcentes inquit praemodum: quod ſignificat ſupramodũ. in quo ſcilicet prima ſyllaba acuidebet. Aulus gellius.

Prærogatiuæ primæ dicebantur: quos uellent fieri conſules fiebant. ſecundæ iure uocatæ quod in his ſequente populo iure omnia cõplecterentur. Aſconius pedia.

Præruptus in altũ eleuatus. Vir. i. æn. Inſequit cumulo præruptus aquæ mons. Ser.

Præſtaræ facere. M. T. de offi. li. iii. Emptorem indemnẽ damno præſtare oportere. N.

Præſtare dicit conſuetudine beneficiũ dare. N.

Præſtare exhibere. M. T. ad cæſarem iuniorẽ. ii. Tu ſi meam fidem præſtiteris qđ cõfido te eſſe facturum. No.

Præſtare antecellere. Vir. li. vii. O praeſtãs animi iuuenis. Salu. in catilina. Omnes homines qui ſeſe ſtudẽt praeſtare cæteris animãtibus. Nonius.

Præſtat utile eſt. Virgili. æneidos. lib. iiii. præſtat trinacrii metas luſtrare pa. No.

Præſtrĩgere obtenebrare. Plautus i militeglorioſo. praeſtringit oculorum aciem i acie hoſtibus. Nonius.

Praeſtringere attingere. M. Tul. de ſignis. Ignoſcite rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatem criminis non ſinit. No.

Præſtringere dicitur radere. M. Tul. philippicarum. lib. iii. cumis quid reddere portam capuae pene praeſtrinxi. No.

Praeſagitur pro praeſagit. Plautus in bachid. occidit animis iam ſto dicto plus praeſagitur mala. Nonius.

Præſtringere dictum eſt non ualde ſtringere & claudere. Plautus in milite glorioſo. praeſtrigunt oculorum aciem i acie hoſtibus. Lu. li. trigeſimo. praeſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus ſplendore micanti. Mar. Tul. de ſenectute. uoluptas rationi inimica ẽ mẽtis ut ita dicam præſtringit oculos. nec habet ullum cum uirtute commerciũ. Varro in andabatis. nõ mirũ ſi cecutis q̃ cito. Cice. de fato. & fini. bonorum & malorum. lib. ii. Acies animorum noſtrorum uirtutis ſplẽdore præſtringitis. No.

Praeſepia non tantum quibus aut canteria aut iumenta caetera: aut uetera animalia pabulantur: ſed omnia loca clauſa & tuta dicta praeſepia. Vir. aene. lib. i. Aut agmine facto

ignauum fucos pecus a præsepibus arcent. Varro honos lyras præsepibus se retineat forensibus. Nonius.

Præsente præsentibus. Pomponius in syris. Quid est apud forum presente tristibus mihi uendidit. Actius in menalippa. est res aliqua quæ praesente his prius natura instituit. Festella anali. libro secundo. & quedã est extra praesente suis: quaedam absente proiecisse. Neuius i mania. medicate uolumus dona donare pulchra praesente omnibus. No.

Praesens propitius. Vir. iii. geor. & nos agrestũ Praesentia numina fauni Et in buc. nec tam praesentis alibi cognoscere diuos. deoꝝ enĩ praesentia fauor est. Ser.

Praestare ꝑ facere ponitur. Cice. de finibus bonorum & malorum. Emptorem indemnẽ damno praestare oportere. Ser.

Praesto praestiti apud antiquos pro melius est ponebatur: aut ꝑ antecedit. aut superat. nã in dandi significatione præbeo potius dicebant. Nisi quod Salustius ait i libro secũdo. utrũ uincere me praestare creditis. & Cato. Interempto praestari. Rursus seneca de off. Si ceruicẽ praestitero ait pro praebuero. Est autem hodie horum uerboꝝ ista diuisio ut prebæo patientis: praesto facientis. ac perinde. præbui occasionem aut operam. praestiti fidem ac rem dicamus.

Praesens non modo huius temporis: sed etiam alterius. Cice. ille praesenti potius dignitati q̃ futurae consulebat: non nunc sed tunc intelligendum. Horatius hoc praesens in tempus omittat. i. in suum tempus futurũ praesens est: est in praesentiarum: ut idẽ letus in praesens animus quod ultra. & praesens est subditus non dilatus. Virgi. praesentemque uirum in. o. m. Vnde praesentissimũ & praesentaneũ remedium quod statim aut sanat. aut occidit. hinc dicitur animus praesens. i. praestans. & excellens. Praesens uirus est efficax. In rem praesentem nõ tẽpus sed locum significat. Cice. In rem praesentem esse uenturum idest ad locũ de quo controuersia ẽ. Valerius maximus. cum in rem praesentem uenisset. Laurentius ualla.

Prae se ferre est dicto factoue: & ipsa statim frõte qualẽ opinionẽ de aliqua re aut homine habeas confiteri. Quin. Fiduciã igitur prae se ferat orator. Item praefero in eodem sensu. Item prae me duco prae me gero: ãte me duxi. Cice. Et tamen cum ita uiuit neminem prae se ducit hominem nisi accipiatur prae se ante se: uel in comparatione sui. Et alibi prae se utilitatem gerit. Et alibi. tamen iniuriam a te in me iactam semper ante me duxi. Laurentius ualla.

Praeditus bono & malo dicitur. sicut affectus. Cice. me singulari ĩmanitate & crudelitate praeditum. Idem pro rabirio: senectute affectus: morbo præditus. his similia sunt singularis: notabilis: nobilis insignis: & eximis. ut nobile scortum. Liuius. nobilis ille clade romana locus. Laurentius.

Præsto sum quære in uerbo adsum. Lau.

Præparare quære in apparere. Lau.

Præesse est prepositum esse rei cuipiam gerendæ atque administrandæ. ide presens quod aliud significat.

Præsidere est ad opem praestãdam præesse periculo uel iniuria laborantibus: aut beneficentiam inuocantibus: ut dii præsidere dicũtur. Cice. Quãobrem uos dii patrii penates: qui huic urbi atque iperio præsidetis. uel significat rei gerendæ esse propositũ. Suetonius. præsedit & atticis ludis ideſt præfuit. Inde praeses: sicut a desideo deses: & resideo reses. Estque auxiliator & defensor. Liuius. vi. Dii deaeque qui capitoliũ icolitis siccine uestrũ militem a praeside finitis uexare ab inimicis. unde praesidium auxilium principale. Subsidium uero quod in auxilium succedit. praesul quoque qui primus olim erat inter salios martis sacerdotes.

Praecipere quaere in dictione mandare uel edicere. Laurentius ualla.

Praecipere quaere in eripere. Lau.

Præpetes. Nigidius figulus in. li. i. augurii priuati ita dicit. discrepat dextra sinistræ præpetes iferis. ex quo coniectare praepetes appellatas: quae altius sublimiusque uolitent: cũ differe a praepetibus Nigidius dixerit.

Praepetes sibi uideri esse alites quas Homerus grae. appellauerit. quoniã istas potissimũ augures spectarẽt: quae igẽtibus alis patulae atque porrectae praeuolarẽt. A. ge.

Praesidiũ dictũ quia extra praesidebant i loco aliquo quo tutior legio esset. Varro.

Praestigiator a sciẽtia dictus. Var.

Praesectũ nũc dicitur isecta caro i extis ut i carmine saliorum est. Varro.

Praes & sponsor & uas neque ideo: neque res a quibus hi: sed re simile. itaque praes qui a magistratu iterrogatus i publicum ut praestet a quo. & cũ respondet dicit praes. Var.

Praeter pro ante uel per. Varro. in eumenide. En domũ praeter matrem deũ aedem exaudio cimbaloꝝ sonitũ. Ci. in uerr nis. actione

ii. praeter locolos loli ferebant. No.

Prætexta insigne romanū quod supra tunicas honorati quique sumunt. Tu. de suppliciis sētentiæ dicendæ locū togā prætextā sellam curulē. Vir. manus ad memoriā posteritatē/que prodendam. Nonius.

Præterea postea. Vir. i. æn. aut quisquā numen Iunonis adoret. præterea. Ser.

Præterea postea ultra. Virg. iiii. geor. & multa uolentē dicere præterea uidit. &. i. ænei. quisq̄ numē Iunonis adoret præterea. Ser.

Præter propter ideſt ultra ī tragœdia. Quī. Ennī. quæ iphigenia inscripta est. cum illuc uē/tum est: illinc iubet ī certo erat animus præter propter uitam uiuitur. A. g.

Prætorium ius ad legem & cōsortiū iudiciū ad æquum estimabatur. Varro.

Præuaricatio est cursim & breuiter attingere quæ sunt inculcanda: infigenda: repetenda. uel p̄ perfidia accusatoris. Quin. Quid super/est nisi ut præuaricatio fuerit. praeuaricator est quicūque a præscripto offi cii sui deflexe/rit atque aberrauerit. Pli. xix. arator nisi in/curuus præuaricator. Plini. iunior alioquin præuaricatio est trāsire dicēda. Lau.

Prætexta erat insigne magistratuum: quā pue/rilis ætas nō usurpabat: bula gestamen erat triūphū quam ī triūpho præ se gerebant. ī/clusis itra eā remediis quae crederēt aduer/sus iuidiam ualidissima. hīc deductus mos ut praetexta & bulla ī usum puerorum no/bilū usurparentur ad omnē: ac uota cōciliā dæ uirtutis filio. Tarquini prisci similis quē annos. xiiii. natum q̄ hostem manu per/cusserat his insignibus donauit. Insigniens puerum ultra annos fortem præmiis uiri/litatis & honoris ei similis: cui primis in an nis munera ista cesserunt: bulla aurea cum toga erit: cui purpura prætexta uterentur duntaxat ulli quorum patres curules gesse/rant magistratus. Cæteris autem ut praete/xta tantum uterentur indultum est. sed us/que ad eos quoq̄ parentes equo stipendia iusta meruissēt. Libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat. ac multo minus pegri nis: qbus nulla erat cū romanis necessitudo.

Præstites deos ægyptii nascentibus quattuor esse memorāt demonam & duos priores so/lem & lunam intelligi uolunt: require in ca/ducei. Macrobius.

Præuertere præterire. Virgil. i. æne. uolucrem que fuga præuertitur hebrum. No.

Præuertere iterum significat iterponere. Plau/tus in amphi. Illuc redeundum est mihi ne me uxorem Præuertisse dicant pro republi/ca. Nonius marcellus.

Praeuertit reuocat. Plautus ī āphi. Ibi me iflam mat argumenta mea res meus errore ac fle/bilis praeuertit metus: accurro ut sciā quid uelit. Nonius.

Præuentum etiam malarum rerum dici ue/res uoluerunt. Lucilius uigesimosexto de/de quæ a deo male me accipiunt decimæ & præueniunt male. No.

Præuaricatores eos appellamus qui causā ad/uersariis suis donāt: & ex parte actoris ī par/tem rei concedunt. a uaricando enim præ/uaricatores dicti sunt. Ser.

Præbitio a prebēdo ideſt exhibēdo. Va. ī eume nidibus. q̄ ea die ī ea erat. præbitōni ī ianuā caue canē inscribi iubeo. No.

Precarium est quod precibus petenti utendi cōceditur. tamdiu q̄diu is qui concessit pa/titur. q̄ genus liberalitatis ex iure gentium descendit. Et distat a donatione. eo q̄ qui donat sic dat ne recipiat: qui precario solue ret est simile cōmodato. nam & qui commo dat. rem suam sic cōmodat ut nō faciat rem accipiētis: sed ut ei uti re cōmodata permit/tat. Vlpi. de precario.

Precario habere uidetur qui possessionem cor poris uel iuris adeptus est: ex hac solum cau sa q̄ adhibuit preces & impetrauit q̄ sibi possidere aut uti liceat. ueluti si me preca/rio rogaueris per fundum meum ire. uel age re tibi liceat: uel ut in tectum: uel in aream ædium mearum stillicidium: uel tignum in parietem immissum habeas: in rebus etiam mobilibus precarii consistit rogatio. Vlpia. de precario.

Precia dicebantur q̄ a flāminibus præmittebā/tur ut denūciaret opificibus abstinere ma/nus ab opere: ne si uidisset sacerdos facientē opus sacra polluerentur. Fe.

Preliares dies appellabātur quibus fas est ho/stē bello lacessere. erant enim quædā feriæ publicæ quibus nefas fuit id facere. Fe.

Prebia remedia. Fe.

Premetū qd̄ praelibatōis cā āte praemittit. Fe.

Peregrina sacra sūt dicta quae ab aliis orbibus religionis gratia sūt aduecta. Fe.

Prennosa pecunia. Fe.

Praedonilos hippocorīsticos idē diminutiue Idē Cato posuit pro praedonibus. Fe.

Precem singulariter. Fe.

Precia micatores dicebantur qui flāminidiali ideſt sacerdoti Iouis antecedebāt clamantes ut se ab opere abstinerēt quia is opus faciētē

uidere irreligiosum erat. Festus.

Precium poene exitium. Liuius i achille. Si malos imitabor tũ preciũ pro noxa dabit. No.

Precium dicitur qđ pro re empta datur. Vigilius æne. lib. iiii. urbẽ exiguam precio posuit Teren. in eu. preciũ sperans ilico produxit ac uendidit. Nonius.

Preciũ pro premio. Salu. in iugu. uicit tamen in senatu pars illa quæ nõ preciũ aut gratiã anteferebat. Nonius.

Precium pœna. Vir. ix. æne. rem magnam preciumque moræ. Et Teren. Ego precium ob stultitiam fero. Seruius.

Preciæ uuæ quæ cito matureſcunt. unde & dictae sunt quasi precoquæ: q; ante alias coquantur. Seruius.

Prestolor te & tibi: sed magis cum datiuo adiũgitur acquisitiuum est. Te. in eu. quem praestolare parmeno. Cic. i. inuecti. qui tibi ad forum aureliũ prestolarentur. Pris.

Precium qđ emptionis estimationi sue causa constituitur dictum a peritis q; hi solum id recte facere possunt. Varro.

Prelium & bellũ differũt: uide i bellum.

Preliant. Ennius i achil. inter mortales iter se pugnat preliant. No.

Prela sunt trabes quibus uua calcata & ui premitur. Seruius.

Prelia pro coitu. Virg. iii. geor. & si quando ad praelia uentũ é. de quo enim dicit aetate cõfecto. Seruius.

Premere defodere. Vir. li. x. sulcumque sibi premat ipsa carina. Ser.

Premere claudere. Vir. li. xi. pressique oculos: aut uulnera laui. u. t. Ser.

Premere inseq fugare. Vir. æne. li. i. hac fugerẽt graii premeret troiana iuuẽtus. Ser.

Premere agere. Vir. geor. li. iii. Ingentẽ clamore premens ad retia ceruũ. Et li. vi. faunique premũt te iussa parentis. Ser.

Premere initi cũ pondere. Vir. geor. li. iiii. Spumantia cogere pressis mella fauis. Ser. i arte.

Premere rursum refrenare uel cohibere. Virg. aen. li. i. imperio premit ac uinclis & carcere frenat. Seruius.

Premere tegere. Vir. li. xi. quos symois premit ille uiros. Seruius.

Premere etiã remouere uel excindere. Virg. geor. li. i. Et ruris opaci falce premens umbrã Nonius.

Premere occidere. Vir. li. xi. armigerãque remi premit. Nonius.

Premere aduersari. Vir. li. x. numina nulla premunt mortali urgemur ab hoste mortales. Nonius marcellus.

Premere calcare. Vir. æn. li. ii. uelutí qui sentibus ãgué pressit humí nitens. No. marcellus

Premere deponere. Vir. geor li. ii. qđ supereſt quaecũque premes uirgulta p agros. No.

Premo uasto populor. Vir. i. aen. & pelago premit arua sonanti. Ser.

Premo onero. Vir. i. geor. ceu pressae cũ iã portũ tetigere carinae. Ser.

Premo coarto iminuo. Virg. i. geor. ruris falce premes umbras. Ser.

Premo demergo infodio. Vir. ii. geor. quaecũque premes uirgulta per agros sparge limo pinguí. Seruius.

Premíratores nocturní predones. Neuius. Ante agrem i mutuis: nã in scena uos nocturnos cœpit premíratores tollere. No.

Premiũ a preda qđ ob id recte factũ concessũ Varro.

Premiũ & preciũ hoc modo discernũtur: precium p stulticia pena est. & premium generaliter p bono aut male facto reddit: premium p uirtute & sapientia honor é & lucrũ. Teren. preciũ ob stulticiam fero. Vir. rem magnam preciũque fero. Dona.

Pressũ subtile. M. Tul. in hortensio quis te aũt est aut fuit unq; in pariũdis rebus & explicãdis & definiendis pressior. No.

Pressum onustũ grauatũ. Vir. geo. li. i. ceu pressae cũ iam portum tetigere carinae puppibus Nonius marcellus.

Prestolat p prestolat. Turpilius in pedio. Ego prestolabo ullí. Liuius i thereo. Nimis pol iprudenter suis prestolat. Nonius

Prestolari é expectare uel manere. Sisenna histo. li. iiii. occulti tacitique aduenientium cohortium prestolari occipiũt. No.

Pressu quasi compressione. Ci. de oratore lib. iii. Valerium soranũ lenitate faucis atque in ipso uocis pressu & sono facile uincat. No.

Pridie couerso uocabulo die pristíni: qđ significat die pristino. i. priore: qđ uulgo pridie dicitur cõuerso compositionis ordine: quasi pristíno die: atque idem simili figura die crastíni dicebat: id erat crastino die. A. gel.

Pridie p ante dixit. Macrobius.

Primordia principia. Festus.

Primnesius palus ad quẽ funis nauticus religatur quẽ alíi tosillã dicũt. Festus.

Primigenia semina dedit natura. Varro.

Primanus tribunus erat q primae legioni tributũ scribebat. Festus.

Primigenius sulcus dr q i cõdenda noua urbe thauro & uacca designatõnis cã iprimit. Fe.

Prima aut ſecũda diei hora cauſa hominibus ſponſis tribuebatur. Feſtus.

Primiter ꝑ primũ: & primitus ꝑ primo. Actius in geminis. Quin bono es animo uides eripis primiter dapibus. Luc. libro. v. ſicuti cum primos ficus ꝑpola recentis ꝑtuli. Itẽ precio ingenti ad primitus paucos. Nonius.

Primus ꝑ optimus ſicut prior ꝑ melior & primos iuuenũ tot miſerit orco. Ser.

Primipilus ideſt cẽturio. T. Liui. vi. ab urbe cõdira centurio erat: quẽ nunc primipilum appellant. Seruius.

Primus praecipuus. Vir. xi. aen. quãtos primus patiare labores. Seruius.

Primigenia uerba dicuntur: ut lego: ſcribo: & ſto & cætera quæ nõ ſunt ab alio uerbo ſed ſuas habent radices. Varro.

Prima eligenda. quae & primo loco ponenda ac per hoc optima. Te. in adel. & illa quae tibi putabis prima ĩ experiũdo repudies. Do.

Primũ iã anaſtrophe figura ꝑ iamprimũ. Te. ĩ an. iam de amore hoc comperit. Donatus.

Principalis caſtroꝝ porta nominat: q̃ in eo loco ẽ in quo principes ordinum tendunt. Fe.

Priorſum libris anathemicoꝝ cõſultis reperi neruũ quẽdam de corde natũ priorſum pergere uſque ad digitũ manus ſiniſtrae minimo ꝓximũ: & illic deſinere ĩplicatũ caeteris eiuſdẽ digiti neruis circũdaret. Macrobius.

Priores & primores hãc habent diuerſitatem. priores enim cõpatiui gradus primores ſũmae quaeque res. Lucil. ſaty. viii. gallinatius cum uictor ſe gallum hoſtem caelitus. digitoſque primores erigunt ungues Turpilius in demetrio. ſindalio ĩnixa digitis primoribus. Macrobius.

Priſci latini ꝑprie appellati ſunt hi qui priuſq̃ Roma conderetur fuerunt. Feſtus.

Priſcus tarquinus ẽ dictus qui prius fuit q̃ ſup bus Tarquinus. Feſtus.

Priſtina uelut priniſtina dictum eſt. Feſtus.

Priſtine die priſtine & die priſtini dicebant qđ ſignificabat die priſtino ideſt priore: qđ nũc pridie dicitur conuerſo compoſitionis ordine quaſi priſtino die. Macrobius.

Prius aliquando ad ordinem aliquãdo ad laudem ptinet. Salu. quae prima mortales ducũt. Te. ĩ heau. Et ſua uia quae eſſent prima habere. Idem in eunuco. ſi quidem hercle poſſis nihil prius neque fortius.

Priuos priuaſque antiq dicebant ꝑ ſingulis ob quã cauſam & priuata dicũt quae uniuſcuiuſque ſũt. huic & priuilegiũ & priuatuſ. V.

Priuignus dictus q̃ ãteq̃ mater ſcdo nuberet ẽ ꝑgenitus. pri enim antiq ꝑ pre. dixerũt. Fe.

Prior ꝑ melior cõpatiuum ẽ ſine dubio: & primus ꝑ optimus ſuplatiuũ. Vir. ix. & primoſ iuuenũ tot miſerit orco. Sunt etiam ordiniſ inde primũ prĩo & apprime aduerbia. Priſ.

Pridie more præpoſitõis accuſatiuo iungit ut pridie nonas pridie kalendas. Priſcianus.

Priuato aduerbiũ. Liuius lib. xiii. priuato nos tenuiſſemus. dicit etiam priuatim. Salu. ea publice & priuatim rape. Priſ.

Prius pro melius. Teren. nil prius neque fortius. Seruius in arte.

Pridie & poſtridie quẽadmodum tenus genitiuo ſeruiũt uel accuſatiuo. Ci. ad Atticum. pridie cõpitalia memẽto. ſimiliter poſtridie quære diffuſius ĩ nudiuſtertius. Laurẽtius.

Prideni quaere in nuper. Laurentius.

Primipilum qui primipilatũ gerit. primipilaris uero qui geſſit. Lauren.

Priſca quæ ſupioribus ſæculis aut ſupiore ætate. ut priſci latini: priſtina quæ fuere ſupioribus ãnis menſibus: uel diebus. ut priſtina noſtra amicitia. Sed de rebus nõ ſeneſcentibus priſtinum dicimus ut pharos & tyrus nũq̃ in priſtinũ ſtatũ redibũt. Lau.

Prior ego te uocaui perſonam ſignifico. i. ego duoꝝ prior. uocaui te prius ſignifico tẽpus quaſi prius q̃ nũc uel tũc. ſimiliter ꝑ paſſiuũ uocatus es a me prior: ſi duo eſtis. Itẽ ſi multi ſumus: uocaui te primus uel poſtremus: uel primũ uel poſtremũ ſi multi eſtis. Lau.

Priamus Laomedontis filius: a πρίαμαι ideſt redimo. nam puer captus ab Hercule interfecto Laomedonte cũ Heſiona ſorore redẽptus ẽ: ipſe ſolus habuit quĩquaginta filios. xvii. ex uxore. Genealogia Dardanus Erichthoniũ genuit. hic Troium Trous Aſſaricũ & Illũ. Illus a quo Iliõ Laomeodon: Aſſaricus Capim: Capis Anchiſẽ. Oui. iiii. faſtoꝝ.

Priapus ex lampſaco urbe Helleſponti: de quo Seruius. ii. geor. cui aſellus ſacrificabatur primo de faſtis.

Prymno Oceani & Tethios filia.

Priuato ſũptu ſe alebãt milites Romani pene id ad tẽpus quo roma capta ẽ a gallis. Fe.

Priuate uocabãtur feriæ ſacrorum ꝑpriorum uelut dies natales. Feſtus.

Priuatur illam rem pro illa re. Neuius ĩ pedio. qđ res ius has priuari pulchras quas uti ſoles. Nonius.

Priuũ & ꝑpriũ uniuſcuiuſque. unde & res priuata. Lu. xxx. culecule accedũt priue cẽtonibus binis. Idẽ. abdominatu ĩ priua dabo. N.

Priuas ſignificat ſingula. Luc. ſaty. li. i. Id factũ

ẽ ut priuos lapides silices priuasque uerbe/
nas secũ ferrent·cænam adducã:& primum
miscens.abdomina cũctis aduenientibus pri/
ua dabo·Idẽ libro.iiii·Quod si forte animas
extrinsecus iuadi uermibus & priuas meo/
rum posse uenire credis.No.

Priuilegiũ lex ꝑ priuatis facta·M·T·in oratõe
quã habuit ad pontifices pro domo sua: le/
ges priuatis ĩ hominibus irrogare.id est.n.
priuilegium·Ser·

Ptiua dixerunt ueteres:quæ nos singula dici/
mus quo uerbo·Luci.in.i.sati·usus est. Ab/
domina thima uenientibus priua dabo: ce/
phaleaque carne.inde priuilegiũ. A.g.

Pro localis pro ante inuenit ut ꝑ templo pro
curia·Salus·in cati.qđ ni maturasset ꝑ curia
sociis signum dare.i·ante curiã ꝑcurro ꝑue
nio:sicut ꝑuideo: prospicio.temporalis est
sũt qui a ꝑcul cõpositã hæc dicant:unde ꝑ/
correpta est sicut in similibus · ut profat ꝑ/
teruus:uel ad græcorum imitationem. Ac/
cipitur etiam loco e uel sup.ut ꝑminet pro
eminet:uel supereminet. pro ante:ut procli
uus ꝑcumbens ꝑstratus:prosodiens: ꝑ ad
ut ꝑ uiribus ideſt ad uires.Virgilius ꝑ se qs
que uiri ideſt ad suas uires.ꝑ in:ut pro te/
stimonio hoc est in testimonio: & separata
ponitur ut pro clodio ꝑ milone:& loco in/
teriectionis:ut ꝑ deũ atque hominum fidẽ
& circũflectitur Priscianus·

Pro significat porro:ut ꝑfundum pelagus cu/
ius porro sit fundus.pro ante:ut solus pro
portis Mesappus in armis. Proscenium di/
cunt locum qui est ante scenam·Item & pro
dere ideſt ante dare:ut prodere patriã. ꝑpa/
gare ideſt porro pagare.ponitur & pro ĩ·ut
pro rostris:pro tribunali· Virg.hirsutúque
supercilium ꝑmissaque barba ideſt ĩmissa.
Seruius in arte.

Pro ideſt ante:ut pro templis ꝑ turribus pro
porro:ut ꝑuoco ideſt porro uoco: ꝑduco
similiter:pro ut pro imperatore:
pro derogatione ut profanus.i.non sacer:
quasi porro a fano:pro exclamatione: ut ꝑ
dii ĩmortales: ꝑ secundũ ut ꝑ uiribus ideſt
scđm uires.Seruius.

Proscenia quære in dictione rostrũ.Cap.

Pro quaere in rostrum.Caper.

Probare promittere.Hora.i.car.uagus & sini/
stra labitur ripa Ioue non probante ideſt ꝑ/
mittenti. Acron.

Problema ḍicta est propositio in capite libri
quaestio naturaliter posita.unde & Demo/
sthenes pro Philippo sed ne quid egre ꝑtur
bet exemplum.ego pro hoc tibi latinũ ferã:
ut enĩ ꝑblematis autenticum tibi gradũ tra
damus astanti cui nostra subsequens occur
set oratio.Nam & Tertulianus ĩ li.qué de fa
to scripsit ita ait.Redde huic fratri primum
problematis mancipatum·Fulg.

Probiter dixit Varro·Priscianus·

Protenus per e aduerbiũ locale.i. porrotenus.
ut cum protenus utraque tellus una foret·
Protinus aduerbiũ temporale ẽ ideſt statim
ꝑtinus æneas celeri certare sagitta.Caper.

Proconsul non qui pro alio cõsule: sed qui cũ
potestate consulari extra ordinem & ad ali/
quam ꝑuinciam administrandam mittitur
sex tantum fascibus.Lau.

Probrũ quære in dictione opprobrium. Lau.

Pro significat in:ut pro rostris ꝑ æde tribuna
li.Festus·

Pro ponitur etiam pro amplificando ac palã
faciendo:ut ꝑdi prouoca:propelle.alias ꝑ/
priuandi facultate:ut in propudio prohibẽ
do quia utrunque abnuit in his esse pudo/
rem potestatemque:alias aliud pro alio ut
pecunia pro prædio consule:alias pro admi
ratione:ut pro Iupiter.alias pro ãte:ut pro
hostio:alias pro mittere:ut promittere bar/
bam & capillum·Festus.

Pro ideſt ante:ut pro tribunali ideſt ãte tribu
nal.Virgi.stabat pro templo & capitolia cel
sa tenebar.Seruius.

Probatum & spectatum uis maioris est. Lucil.
in.xi.tuam probatam & spectatã mihi ma/
xime adolescentiam·No.

Probare fingere & persuadere in consuetudi/
ne dicimus:ut homo sacrilegus primo ĩno/
centem se probauit.Cice.hoc tu his proba/
bis.Teren.in eu. ꝑ eunucho ꝑbes.Do.

Probi uelut ꝑhibi qui se a delinquẽdo prohi/
bent.Festus.

Probiter.Varro octogesimo:postq̃ auida libi/
do rapere ac concipere cœpit: seque opifice
non probiter strepere.Festus.

Proboscis græcum nomẽ ẽ dictum qđ ante de
pascat·& est porrecta corporis pars inherẽs
naribus quæ excepto homine in aliis anima
libus inuenitur· Varro sexagesimo Iuuenis
sese cum dormire cœpisset.tam Glabrum q̃
Socratis caluum eẽ factum ericinum e pilis
albis cum proboscide.No.

Probrum stuprum flagitium.Fe.

Procat dicebant pro poscis.Festus.

Procalare ꝑuocare ex graeco απο του καλειν
.i.uocare·unde Kalẽde ea lumina Kalones.
& coatile & calatores.Festus.

Procare poſcere. unde procaces meretrices ab aſſidue poſcendo. & proci uxorem ꝓſcentes in matrimonium. Feſtus.

Procapis progenies quæ ab uno capite procedat. Feſtus pom.

Procax petax & procare ẽ petere. unde ꝓci petitores dicũtur. Ser.

Procellunt ꝓcumbunt. Feſtus.

Procera ꝓlixa & in longum producta: quaſi ex cera ob eius facultatem. Fe.

Proceſtria dicuntur quibus proceditur in muro. Aelius proceſtria aedificia dixit eſſe extra portam. Artorius proceſtria quae ſunt ante caſtra etiam qui non habent caſtra. Feſtus.

Procax diſpoliator & petax: procare enim eſt petere. Virgilius procacibus auſtris ideſt imprudentibus. nam qui multum petit imprudens eſt & procax. unde & proci dicti ſunt q filias alienas ī matrimonium petierunt. Te. ī hecy. Maligna multo & magis procax illico facta eſt. Dona.

Procedere & accedere in eo differunt: q̃ dignitas quaedam in inceſſu ꝓcedentis apparet. Terentius ī eunucho procede tu huc . nõ accede dixit. Donatus.

Procedere dicebant interdum pro ſuccedere. ī terdum pro porro cedere. Fe.

Procacitatẽ nõ amãtiũ ſolũ a ꝓcando & poſcẽdo dici poſſe. Virgi. auctoritate dedit. in primo æn. ſed etiã inanimantium : penituſque ꝓcacibus auſtris: qđ eſt ſeuẽtibus procellis Seruius.

Proceres ſecũdum Varronem principes ciuitates dicuntur quia eminet in ea ſicut in ædificiis: iutile quiddam hoc eſt: capita trabium quæ ꝓceres noiantur. Ser.

Procella uis uenti cum pluuia: ab eo qđ omnia percellat ideſt moueat. Virgilius primo æneidos creberque procellis Affricus. Seruius.

Proceſſurum eſſe omnia. in Valerii antiatis libro. xxiiii. ſcriptum eſt ſi hæres diuinæ factæ rectæque perlitate eſſẽt aruſpices. dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. A. gellius.

Procincta claſſis dicebatur: cum exercitus cinctus erat gabinio ritu cõfeſtim pugnaturus. uetuſtius enim fuit multitudinem hominũ q̃ nauiũ claſſem appellari. Fe.

Problema propoſitio interrogationem annexam habens.

Probatica ouilis a probaton: græce piſcina ubi oues lauabantur.

Proceleumaticus pes ex quatuor breuibus q̃ſi primitus iuſſus q̃ ī ſacris mineruae primus eius pedis uerſus ꝓnũciari iubebantur.

Procyon ſtella ante canẽ qui ſirius dicit. Hor. iii. car. Cice. in orato. Anticanẽ ꝓcyon graio qui noie fertur. Tor.

Proconeſſus urbs in minori aſia.

Prochyta ī cãpano mari una ex æolois īſulis. Plini. Inarmes mõs q terræmotũ paſſus alteram fũdit inſulam quæ ꝓchita ab effuſione dicta ẽ: a græco proheo. latine fundo: & prochitirion ideſt fuſorium.

Procris erithei acheũ: regis fília Cephali uxor.

Procitant ꝓ uocitãt. citare enim uocitare. unde ꝓcet prouocet. Feſtus.

Procitũ teſtamẽtũ dicebat uelut ꝓuocitũ. ꝓuocatũ. i. irritũ & ruptũ. Fe.

Procitũ cũ prĩa ſyllaba corripit ſignificat petitũ. Liui. matrẽ ꝓcitũ plurimi uenerunt. Fe.

Procitare ſæpe ꝓlicere. i. ꝓducere. Fe. pom.

Procinctá claſſem. i. paratã ad bellũ militũ multitudinẽ diali flãmini uidere nõ licuit. Fe.

Proculum inter cognomina eũ dicunt qui natus ẽ patre peregrinãte a patria ꝓcul. Fe. põ.

Proculos credũt ideo dictos q̃ a patribus ſenibus q̃ſi ꝓcul ꝓgreſſi & attenuati ſint. Fe.

Proculato ꝓuocato. Feſtus.

Proculiunt ꝓmittũt. Feſtus.

Procubitores dicũt qui noctu coſtodiæ cauſa ante caſtra excubant: cũ caſtra hoſtium ī ꝓpinquo ſũt. Feſtus.

Procudere dicit ꝓlatare. Varro ī theopte. facẽ legẽdo aũt & ſcribẽdo uitá ꝓcudito. Virgili. geor. li. i. durũ ꝓducit aratro uomeris obtuſi dentẽ. Nonius marcellus.

Proculant ꝓpe aut lõge ſignificat: dictum ẽ q̃ſi porro ab oculis: & quaſi præ oculis. unde & ſatis lõge & nõ ualde põt ſignificare. Ser.

Procul etiã ꝓpe ſignificat. Ter. in hec. quom cũ iſta ſermonem habueris ꝓcul hinc ſtans accepi. Donatus.

Prodere ꝓferre ꝓlatare differre. Lucil. in. v. an porro ꝓdenda res ſit. Terẽ. ī and. ut aliquot ſaltẽ nuptiis ꝓtrahat dies. Dona.

Procudit cudendo extenuat. Virgi. i. geor. Durum ꝓcudit arator uomeris obtuſi dẽtẽ. S.

Procax quære in dictione ꝓteruus.

Proelium quaere i bellũ. Lau.

Probrum et opprobrium idem eſt. probra quædam nam turpia ſunt: quaedam ciuiliter: ut quaſi more ciuitatis: ut pura furtũ ad ultimum. nam turpe eſt enim uere tutelæ damnari. hoc uero natura probum ẽ qđ poteſt etiã in hominem incidere. Vlpianus de uer. ſignifi.

Proconſul ubicũque quidẽ ꝓconſularia inſignia habet ſtatim atque urbẽ egreſſus ẽ. poteſtatẽ aũt nõ exercet niſi i ea ꝓuincia ſola quae ei tradita uel decreta eſt. Vlpianus de officio ꝓconſulis.

Proconſules oẽs ſtatim quã urbẽ ingreſſi fuerint habeant iuriſdictõem: ſed nõ cõtempti oſam ſed uoluntariam: ut ecce manumitti apud eos poſſit tam liberi q̃ ſerui adoptiões fieri. Apud legatum uero ꝓconſulis nemo manumittere põt: quia non habet iuriſdictionem talem. Martianus de offi. ꝓconſu.

Procõſules non ãplius q̃ ſex faſcibus utũt. Vlpi. de offi. ꝓconſu.

Procurator ẽ qui aliena negocia mandato domini adminiſtrat. Vl. de ꝓcu.

Proiectũ inter & imiſſum hoc itereſt. Labeo inquit q̃ ꝓiectũ eẽt id qđ ita ꝓueheretur: ut nuſq̃ requieſceret: qualia meniana ſub gurde eſſet. imiſſum autẽ q̃ ita fieret ut i aliquo loco requieſceret: ueluti tigna trabeſque immittent. Iabolenus de uer. ſig.

Pronunciatũ & ſtatutũ idem poteſt dici. ꝓnũmiſcue enim ut ꝓnunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos qui habent ius cognoſcendi Vlpi. de uer. ſigni.

Proſcribere palã ſic accipimus claris litteris. ut de plano recte legi poſſint ante tabernã uel ante eum locũ in quo negociatio exercetur: non in loco remoto ſed euidenti. Vlpia. de inſtitoria.

Proſoneta ſubinterueneriſ faciendi nominis cauſa uti multi ſolent: uideamus an poſſit q̃ ſi mandator teneri: & non puto teneri quia hic monſtrat magis nomen q̃ mãdatum: & ſi laudat nomen idem dico: & ſi aliquis phi/lantrophi noĩe acceperit: nec ex locato uel conducto erit actio. Vlp. de ꝓſonetis.

Prouinciales eos accipere debemus qui in ꝓuincia domiciliũ habent. nõ eos qui ex prouincia oriendi cauſã. Vlp. de uer. ſig.

Proximus accipiet etiã q ſolus ẽ q̃uis ꝓprie ꝓximus ex pluribus dicet. Paul. de uer. ſigni.

Proximus ẽ quem nemo antecedit. Supremus quem nemo ſequitur. Vlpi. unde cognati ꝓfani dicebantur ſacris non iniciati: qui fanũ intrare non poterant. Dicimus etiam per allegoriam profanos iperitos: qui merito docti exoſi ſunt. Hora. car. Odi profanum uulgus. Acron.

Profeſti dies dicebantur qui ante feſtos erant. Acron.

Profuſus uoce paſſiua actum ſignificat: genitiuo iungitur. Salu. alieni appetens ſui profuſus. Priſcianus.

Profoco profocaui probus: quaſi nouam necẽ miratur. Angit enĩ ueteres dicebant. ut Vir. & faucibus angit inhærẽs. Lucil. tamẽ ait: & ſuffocare conatur. Dio.

Profuſus actionem ſignificat. Salu. alieni appetens ſui ꝓfuſus quaſi profuſor. Lau.

Profluens pro flumine maſculini generis. Lau.

Profecto quære in nempe. Lau.

Proinde pro deinde Plautus poſuit. Ser. i arte.

Proinde idem ẽ qđ ideo uel ideoque. ſemper enim dependet a ſuperiore ſententia. uel ꝓinde ubi Lucretius duas ſyllabas facit. Lau.

Prohibeo generale eſt uel ante rem inceptam uetat ne incipias agere. Inhibeo autem re iã incepta: ne quid peragas utque incepto deſiſtas. Virg. hoſpitio prohibemur harenae. Idem parcite iam rutili & uos tela inhibite latini. Laurentius.

Prodegere eſt conſumere: unde ꝓdigus fit. S.

Prodere ſignificat deficere. Virgilius æn. libro ſcđo prodere uoce ſua quẽq̃ aut opponere morti. Nonius.

Prodere rurſum differre uel excludere. Virgilius æne. libro primo. nos tua progenies cœli quibus annuis arcem: nauibus infandum amiſſis unius ob iram. prodimur atque italis longe diſiungimur oris. No.

Prodere etiam protendere uel edere. Virgilius æneid. libro. iiii. Italiam regeret genus alto a ſanguine teucri proderet. Nonius mar.

Prodimunt prodeunt. Ennius prodimunt famuli cum candida lumina lucent. Fe.

Prodigatores prodigiorum iterprætes. Feſtus

Prodit memoriæ dat & fallit. Itẽ ex iteriore loco ꝓcedit. Itẽ ꝓdit. ut Ennius. nõ iſpirãdo cupidi rẽ ꝓdere ſummã. Fe. pom.

Prodidiſſe tẽpus longius feciſſe. Fe.

Prodit nõ ſolũ i aptũ exit ſignificat. ſed etiam porro it. Feſtus.

Prodigiæ hoſtiæ uocabãt quæ cõſumebãt: unde hoies quoque luxurioſi ꝓdigi. Fe. pom.

Prodigia dicta ſũt porro adigenda. Plau. i amphi. ſed mulier poſtq̃ experrecta ẽ ꝓdigiali. Ioui aut mola ſalſa hodie: aut thure compre catam oportet. No.

Prodigalitas dicta ꝓfuſio. Lucil. ſaty. li. vi. neq̃tia occupat hoc perulãtia ꝓdigitaſque. No.

Prodigiũ ẽ qđ quaſi in longum tempus dirigit ſignificationem. Seruius.

Producere dicit lõgius ducere. Vir. æn. ii. Abnegat exciſa uitã ꝓducere troia. No.

Producere conſequi. Vir. æn. ix. Nec te tua funera mater ꝓduxi. Ser.

Proetus abantis argiuoꝝ regis filius & succeſ
ſor ex antia uxore habuit mæram. Euryalē.
Lyſippem. & luianaſſam: quæ cū Iunoni ſe
præferrent ſibi uaccæ uidebanť uel ob ſpre
tam uenerē ſcdm Ouidium. x. prius in uac/
cas inde in lampades mutatas dixit. ſecūdū
pherecidem proeti regni patrem & quā uel/
let uxorem ꝓpoſuit ſiquis eas liberaret: qđ
Melāpus uatesfecit ſcdm Seruium Hellebo/
ro & Iphianaſſam uxorem duxit: ex qua ha
buit Antiphatem & Mātiū. Amphtes Oicle
um. Vitruuius dixit eas: a Melampo ductas
apud clitonū archadiæ oppidum. ubi ſpelū
ca ē limpidiſſima aqua quæ potantes odiſſe
uinū facit: & ita ab ebrioſitate liberatas qđ
Ouidius tetigit. xv.

Progymnaſmata præexercitamenta: idem &
progymnaſtica.

Producere ĩſtituere. Teren. in adel. ſeni animā
primum extinguerē ipſi qui illud produxit
ſcelus. Nonius.

Producere foras ducere. Te. in heau. produxi
ac uendidi. M. T. in frumētaria. Quid opuſ
lolio nemo tuoꝝ amicorū nemo abs te pro
ductus: nemo interrogatus. No.
Producere ꝓferre protendere proplantare.
Te. in an. aliquā ꝓducam moram. Do.

Prodere propagare. Vir. iiii. æn. genus alto a ſā
guine teucri perderet. Ser.

Prodere decipere. Vir. i. æn. unius ob iram pro
dimur. Ser.

Proedificatum dicitur qđ ex priuato loco ꝓceſ
ſit ĩ publicū ſolū. Feſtus.

Produci uenales dicuntur. Te. in heau. præciū
ſperans ꝓducit ac uendit. Dona.

Profanū id qđ non eſt ſanctū. Plau. Sanctū an
profanū habeas paruipendiť. Feſtus.

Profanum dicitur qđ fani religione tenetur:
Feſtus pom.

Profanū qđ ē ante fanum coniuctum fano. hīc
profanatum quod in ſacrario factū. Varro.

Profanum omnes pene conſentiunt id eſſe qđ
extra fanaticam cauſam ſit. quaſi procul a
fano & religione ſecretum: cuius ſignificati
exemplum executus eſt. Vir. cum de luco &
aditu inferoꝝ ſacro utroque loqueretur: p
cul o procul eſte ꝓfani conclamant uates to
toque abſiſtite luco.

Profanatum ꝙ ex ſacro promiſcuum humāis
actibus cōmodatum ē. Macro.

Profecturi uia. Herculi aut fauno ſacrificabāt
Feſtus pom.

Profeſtum diem dicebant qui feſtus non erat.
Feſtus pom.

Profeſti dies ꝓcul a religione numinis. Fe.

Proferre ꝓdere. Te. ĩ hec. Ita me dii bene amēt
haud ꝓpterea te rogo ut hoc ꝓferā. Do.

Proferre facere palā. Lu. li. xxvii. ꝓferat ergo iā
ueſter ordo ſaecula quæ ĩ ſe admiſerit. No.

Proferre ꝓtēdere. M. Tul. de repu. li. iii. Sapiē/
tia iubet ꝓferre opes: amplificare diuitias.
Nonius.

Proferari ĩpetrari. Luc. li. xxvi. hic minimo &
ꝓferat pax ꝙ caſſandrā ſigno diripuit. No.

Profeſſi a fari. Var.

Profetas dicebant ueteres antiſtites fanorum
oraculorūque ĩterpraetes. Fe.

Procliue ē porro inclinatū. uel ꝓnum ĩclinatū
que. Te. in and. ꝓcliue ad libidinem. Do.

Profecto confirmatio eſt. Te. ĩ and. ꝓfecto ſic
eſt. Donatus.

Profligare uerbum peſſimum: ad uſum trahi
cœptum ē. nam cū ſit ꝓfligatum perditum
ad internitionem adductū: nūc pfectum &
abſolutum: aut ædificium aut aliqđ utile in
cœptum dicendum putauit: cum affectum
dici debeat nō profligatum. M. Tu. tuſ. li. v.
profligata iā & pene ad exitū deducta quae/
ſtio eſt. Idem de ꝓuinciis conſularibus. bel/
lum affectum uidemus & infra. nam ipe cæ/
ſar quid eſt ꝙ in ea ꝓuincia cōmorari uelit:
niſi ut ea quæ per eum affecta ſunt: perfecta
reipublicæ tardat. Et in echonomicis. Cū
uero affecta iam prope ætate a ſole niteſcere
iam tempus eſt. No.

Profligare ſicut alia uerba plæraque ignorant
& inſcitia improbe dicentium quæ non in/
telligant deflexa: ac deprauata ſunt ratione
recta & cōſuetudine: ita huius quoque uer/
bi qđ ē profligo. ſignificatio uerſa & corru/
pta eſt. nam cum ab affligendo & ad perni/
tiem interitumque deducendo inclinatum
id tractumque ſit ſemperque eo uerbo qui
diligenter locuti ſūt. ita uſi ſunt.

Profligare dixerūt prodigere & dependere. p/
fligataſque res quaſi proſlictas & deperditas
appellarint.

Proficiſceret ꝓ ꝓficiſceretur. Pompilius ĩ ethe
ra hortatur hominem q̄ primum ꝓficiſce/
ret. No. marcellus.

Profiteor & confiteor hac ratione diſcernun/
tur: ꝙ uoluntate profitemur: neceſſitate au
tem confitemur. Cicero pro manilio: hic
ego non ſolum cōfiteor uerum etiam pro/
fiteor. honeſtius ſit profiteri q̄ confiteri.
Seruius.

Proficiſci in rem ægram & difficilem dicimus
Terentianus dauus in andria. Quid cauſæ

est quin hinc in pristinum recta proficiscor uia. Donatus.

Profligatum peius uult esse Tull. q̄ perditum Etenim ꝑditum qđ inueniri potest: ꝑfligatum qđ non pōt. A. g.

Profundū qđ longe habet fundū. Festus.

Profusus supra modum sumptuosus. Te. profundat ꝑdat pereat: nihil ad me attinet alius abiectus iacens. Pacuuius profusus gemitur murmuro. Festus.

Profundum nō solū imū sed etiam altum ꝑfūdum dici posse auctoritas usurpauit. Virgi. primo æneid. ni faciat maria ac terras cœlūque ꝑfundū. No.

Profugus ꝑprie dicitur qui ꝑcul ꝑ sedibus suis uagat quasi porro fugatus. Vir. primo æne. italiam fato ꝑfugus. Ser.

Progenerum appellat auus neptis suae uirum. Festus pompeus.

Progenui ꝑ ꝑgeniei. Pacuuius. paulo pater supræme uestræ ꝑgenui patris. No.

Progari er strēnue fortiter & cōstāter. Plautus in persa. Cor suo hercle utrū belle a te indica prognariter. Enn. ānali. li. vi. diu hoc auditu parūper ut ꝑ romano po. prognariter armis certando prudens animā de corpore mitto. No.

Prognariter audaciter. Plautus in persa: age indica prognariter. No.

Proiecta. Virg. proiecta saxa ꝑiecta si scđm consuetudinē dicat intelligit abiecta: si scđm ueteres ꝑiecta porro iacta. Macrobius.

Proiectū dicit dimissū derelictum. Vir. li. viii. ꝑiice tela manu. Idē i buc. non ego uos post hac uiridi ꝑiectus in antro. No.

Proiectū longe iactū extēsū. M. T. de signis. sed ꝙ erat eiusmodi loco ꝑiectus. Vir. in. iii. æn. ꝑiectaque saxa pachinni radimus. No.

Proiectum subtractū. M. T. philippicarū quid hoc stridente fremit ex urbe ꝑieceris. No.

Proiicere effundere honeste positū. Sisenna histo. lib. iiii. tū postq̄ apud ægimus perusinos ægimus eius facti mentionē proiecit. No.

Proinde itaque. Virg. xi. æneid. ꝑinde oīa magno: necessa turbare metu. Ser.

Proinde similitudinis aduerbiū ē. Terē. i phor. ꝑinde ꝑsecare quasi nō noris. aliquādo cōiunctio ē. Do.

Proletariū capite censum dictum: ꝙ ex his ciuitas constat quasi ꝑles ꝑgenie. Item & ꝑletarii. Festus.

Proletarii ciues dicebātur qui i plæbe tenuissima erant: & non amplius q̄ mille & quingētos æris incensum deferebant. Ennius in annalibus: ꝑletarii ut publicitus scutaque ferique ornant. No.

Proletarii erant qui in plæbe romana tenuissimi pauperrimique erāt: neque aplius q̄ mille quingētū æris incensum deferebant: q uero nullo aut perquā paruo ære censebātur capite: censi uocabantur. Extremus aūt census capite censoꝝ æris fuit trecenti: qđē oēs nisi i tumultu maximo scribebāt: illi honestiores erant q̄ hi. A. g.

Prolepsis Epicurus appellat idest ante ceptam animo rei quādam informationē. Ci. de na. deorum.

Prologus præfatio uel proloquium proponit narranda. quo neque satyri: neque ueteres comici usi sūt. Persius i principio non alios sed seipm reprehēdit ꝙ tam cito poeta fuerit: cum non contigerit ei qđ Hesiodo & Ennio. ita & luue. qui tam quodāmodo primā satyrā ponit loco ꝓlogi. propōit enim quæ dicturus est: repono uim græcam seruauit. Ho. επιγουνιδιον ηκω. i. posui hoc ē scripsi ipune sine effectu. Tergo quia i rotulis scribebat. unde uolumina puto: nota sūt mihi quæ oībus. neque. n. sum obtusior Platonis ferulae ueræ discipulum: & dedi consilium Syllæ qđ malum fuit: nam cæsar dixit eū ne sciisse litteras lucus Martis. ubi Rhea concepit Romulū & Rhemum: cuius poetæ frequenter meminerant antrū qđ ab ætna sub terra usque hieram isulam esse dicitur. Virgilius octauo. Tor.

Prolepsis praeacceptio figura expsona poetæ ut rhesi mauortia: tellus cum dicat de euridice quæ multo ante fuit q̄ rhesi. & cætera.

Prolixitudinem a ꝑlixo. Pacuuius i doloreste. Oro mi ne flectas Flandrini ꝑlixitudinē. No. nius marcellus.

Prologium principium ꝑloquium. Pacuuius. Quid est. nam me exaiasti prologio tuo. Fe.

Proloquiū est sentētia i qua nihil desideratur. Erit autem planius quid istud sit si exemplū ei dederimus. igitur siue id proloquiū dicere placet huiusmodi est. Hānibal pœnus fuit. Scipio numantiam deleuit. Milo cedit damnatus est. neque bonum est uoluptas neque malum. Et omnino quicquid ita dicitur plena & perfecta uerborum sententia. ut id necesse sit aut uerum aut falsum esse id a dialeticis anxioma appellatum est a Marco Varrone: sicut dixi proloquium. a Marco aūt Cic. pronunciatum: quo ille tamen uocabulo tāquā uti a se attestatus: quo adinquit melius inuenero. A. g.

Prolugere dicuntur qui solito diutius lugent. Festus pompeius.

Proluuies significantiam habet parem & ē immundicia. Virgilius duodecimo æne. fœdissima uētris ꝓluuies. Et in eodē. Respicimus dira illuuies. Terē. in heau. pānis obscita neglecta īmunda illuuie. No.

Proluuium profusio. Teren. in adel. quid ꝓluuium quæ haec largitas. N.

Prolubium ē præter amicitiā & fidem. Actius ī andromada. Muliebre ingeniū.

Prolubiū occasio. Neuius ī colace & uolo & uereor: & facere ī prolubio ē. Laberius ī cōpitalibus. Quod quidē mea matronali pudore ꝓlubiū meretricis ꝓgredi coegit. Varro de lingua latina lib. iiii. prolubium & prolibidinem dici ab eo qđ lubeat. unde ē lucus ueneris lubētinæ dicatus. No.

Proluuies sordis effusio. Virgi. iii. æne. fœdissima uentris proluuies. Ser.

Promos & condos uoluerunt cellarios dici eo ꝙ inde promant & ibi condant. Plautus in asinaria. Ego sum promus condus ꝓcurator pæni. pænū. n. cellarium dicimus. Fulgētius

Promōtorium ē mons in mari prominens. L.

Prometheus iapeti filius. Ouidius prīo ex asia nympha & cōiuge: unde promethides idest longa.

Prohœmium. sed œ non obseruatur initium uel exordium: de quo. Quintilianus principio. iiii. & unde dicitur.

Promeritum etiam in malam partem posuit. Plautus in amphi. quid mali sum here tanta ex re promeritus. No.

Promeres pro promereris. Plautus ī trinūmo nam retinere uelis quin dicam ea quoque ꝓmeres. Nonius.

Promereri bene agere præstare. Virgi. iiii. æn. nunquam regina negabo promeritā. Ser.

Promissum capillum dicunt longum. Item barba ꝓmissa idest porro missa. Festus pompe.

Promixtam dicebant pro promissiue. Festus pompeius.

Promittere ē polliceri. Virgilius æneidos lib. scdo promisi ultorē & uerbis odia aspera moui. Marcus Tull. ad caesarem Iuniorem. promissa tua memoria teneas. No.

Promittere etiam significat ad magnitudinem nutrire. Plautus ī rudente. capillum promittam optimum est: incipiāque hariolari. Virgilius æneid. libro tertio promissaque barba. Var. in modio. qđ cum erat in græca coma promissa rasa barba pallia trahētes. No.

Promitti & polliceri in hoc differunt. qđ pollicemur sponte: promittimus rogati. Seruius

Promonstra prodigia. Festus.

Prompta manifesta aperta. Ennius in saty. Eo inquit ingenio natus sum: ut amicitiam atque inimicitiam in fronte prōpte gerā. A. g.

Promulgari leges dicūtur cum primū ī uulgus eduntur: quasi prouulgari. Fe.

Promulco agi dicitur nauis cum scapha ducit fune. Festus.

Promellere litem promouere. Festus.

Pronis positum pro prona. Varro ī parmeno. alia trabs pronis ī humū accidens proxime frangit ramos cadēs. No.

Pronurus nepotis uxor. Fe.

Pronubæ adhibētur nuptis quæ semel nupserunt causa auspicii: ut singulare perseueret matrimonium: prætextatis nefas erat obsceno uerbo uti: Ideoque prætextum appellabāt sermonem qui nihil obscoenitatis haberet. Festus.

Promissio & pollicitatio eādē uim habent: sed pollicitatio maioris asseuerationis. Terē. in andria. nam pollicitus sum suscepturū polliceor ultro promitto. Donatus.

Promereri & mereri ē pstare beneficiū. Quique sui memores alios fecere merēdo & nūq regina negabo promeritā. Terē. in adelphis. uerum quando bene promeruit ita fiat cui contrarium est commereri. Idem in andria. Quid cōmerui pater. Do.

Pronus uicinus uti alrū longe positum. Vir. in quinto eneid. uentisque uocatis prona petunt m ria. i. uicina littori. Ser.

Pronunciare & nūciare idē ualent qđ ante: ut in hoc proludit. Ideo actores pronunciare dicūtur quod ī proscenio pronunciant poeta cogitante qđ maxime tum id dicitur propriе nouā fabulā cū agunt. Var.

Propinquo pro actiuo & pro absoluto īuenit. Virgilius decimo. tu rite propinquēs augurium actiue prolatū. Idem fuge nate propinquant absolute. Pris.

Propter loco causalis coniūctionis accipitur: ut te propter libycae gentes. Virgilius libro quarto. & præpositio quando significat iuxta. Idem octauo ateſin seu propter amenū. Priscianus.

Prope præpositio est. Virgilius. prope ceritis amnem. & aduerbium: ut Ter. ꝓpe adest cū alieno more uiuēdū est mihi. Pris.

Propemodum aduerbium quantitatis est. Seruius in arte.

Proprietarius cuius est proprietas prædii. Laurentius.

Propono premiũ.quære ĩ ostendo.Lau.
Propræror non qui pro alio præturam sed extraordinariam gerit.
Propius prærer comparatiui constructionem accusatiuum habet. Cice. propius urbem mouentur. Salustius proxime hispaniam mauri sunt.Laurentius.
Propylæa uestibulũ uel porticus.
Propina ante famem secundum quosdam locus iuxta thermas & publica balnea ubi deinde reficiebantur.alii pro fame dicunt qđ datur esculentum uel poculentum unde ꝓpino idest porrigo.
Propheta uates:a prophiro graeco.
Proscaenia pulpita ante scaenam: ubi ludrica exercentur.
Propages progenies a propagando: ut faciunt rustici cum uitem uetulam supprimunt ut ex una plures faciant.Fe.
Propatulũ late patens atque apertum.& patuli boues quorũ cornua in diuersũ patent. Fe.
Properus celer.unde aduerbiũ propere.Fe.
Properare aliud est festinare.qui unũ quid mature transigit is properat.qui multa simul incipit neque perficit is festinat. Festus.
Properã celeré strenuemque significat.Fes.
Properatim idest properãter. Cecilius ꝓperatim ĩ tenebris istuc cõfectũ est opus.No.
Properatim cursimque nota sũt celeratim quã maxime celeratim poterit insidiis suis disponet.Item alio loco. mandauimus ne uelitatim aut saluratim scribendo lectorum animus impediremus. A.Gellius.
Properatim & properiter celeriter properanter Quadrigarius in annali.lib.ii.proconsules propere exercitum reducunt.Pom.ĩ buccone.adoptato pergis properatim. Cecilius ĩ plocio properatim in tenebris istuc confectum est opus.Pacuuius in teucro.mihi classem impetrat thessalum uestramque in altum ut properiter inducerem.Actius in thelepho.remisque nixi properiter nauem ĩ fugam tradunt.Nonius.
Propediem aduerbium est temporis idest cito Terentius in adel. At qui syræ hoc uerũ est: & ipsa re experire propediem.Do.
Propter iuxta.Cicero.qui ꝓpter te sedet. Virg: templum de marmore ponã propter aquã. Te.in adel.nimium istoc abisti.hic propter hunc assiste.Donatus.
Propemodũ nõ plane cõsensionis est.Do.
Propediẽ idest cito.Titus.Li.vi.ab urbe condita consolans idem filiam ambustus bonum animũ habere iussit. Eosdẽ propediẽ domi usurum honores quos apud sororẽ uiderat Teren. ĩ heauton.& illũ tibi saluũ affuturũ esse hic confido propediẽ. Ser.
Properare aliud est q̃ festinare.qui unum quid mature transigit is properat. Qui multa simul icipit neque perficit is festinat. Festinare quasi fessum esse. nam qui multis simul rebus properandis defessus est: is iam non properat sed festinat.A.g.
Proprius sobrinus mihi est consobrini mei filius & patris mei consobrinus.Fe.
Proprium perpetuum. perpetuum ad homines sempitærnũ ad deos pertinet.omne. n. quod habemus: aut propriũ:aut mutuum est.Virg.propria hæc si dona fuissent.Terẽtius in andria nihil ne esse proprium cuiq̃: ergo nihil nobis propriũ esse potest. Quod enim non fuit non esse quidem potest aut quod eripi potest.non esse nostrum quod mutuum est. ut uilla. domus: filii: uxor. illa quæ eripi non possunt propria sunt. ut uirtus animi:sapientia iustitia prudẽtia quæ fortuna neque dare neque eripere cuiq̃ potest quod bonum est sempiternum:& proprie de his dicitur.Do.
Propitios & placatos homines dici uetustas uoluit.Terentius.q̃ ut ea quæ parentes propitii.Nonius marcellus.
Propinare a græco tractũ ẽ: post potũ tradere. Teren.in eu.hunc uobis comedendũ & bibẽdũ & deridendũ propino.Enni.saty.lib. iii. Enni pœta salue qui mortalibus uersus propinas flammeos medullitus.No.
Propitiũ dicitur prorsus pium.Terẽtius ĩ adel. q̃ ea quæ parentes propitii: aut certe porro pium:q̃ est uehementer & ualde: ut apud eundem Teren. in prologo andriæ. dehinc ut quiescant porro monco. & desinant maledicere malefacta ne noscant sua.No.
Propriũ diuturnũ.Sisenna histo.li.iii.tum subito tacuit:at quem metu:& suspitione propriã capere nõ poterat quietam.No.
Propriũ est suũ uniuscuiusque. Vir.li.vii.hũc mihi da propriũ uirgo sancta nocte laborẽ. Varro in caprino prælio.Nam uirtutẽ propriam mortalibus fecit. Cætera promiscua uolũt cõmunia habere.No.
Proprium rursum significat perpetuũ eternũ Sisenna historia. lib. quarto. uictoribus ꝓprie spem uictis aduersæ fortunæ maiorem formidinem obiecit.Plau.in cistel.Atque illum amatorem tibi propriũ futurũ in uita. Vir.lib.sexto.propria hæc si dona fuissent Idem libro tertio.da propriã tymbreæ do/

mũ. Teren. in an. ego deoꝝ uitam propterea ſempiternam arbitror q̃ uoluptates eorum propriæ ſunt. Actius in armorum iudicio. ſors dominatur: neque in illa uita propria in uita eſt. Lucil. ſaty. li. xvi. Cætera contemnit & in uſũ omnia ponit. non magis proprium. non nihil neminem habere. Marcus Tullius de republica libro quarto Et noſter Plato magis etiã q̃ lycurgus omnia qui ꝓrſus iubet eſſe communia ne quis ciuis propria aut ſuam rem ullamque adiicere Affranius in uopiſco Dii tibi dẽt propria quæ exoptas bona. Lucilli. libro. uigeſimoſeptimo. Cum ſciam nihil eſſe in uita ꝓpriũ mortali datũ. Nonius marcellus.

Propriũ pro proprie. Lucil. li. ii. q̃ genus humanũ propriũ: de quibus Actius. No.

Proprius perpetuus. Virg. iii. ænei. Da propriã tymbreæ domũ. Ser.

Propriũ perpetuũ ſignificat. Virgil. ſexto æne. propria hæc ſi dona fuiſſent. Teren. in and. Ego deorũ uitam propterea ſempiternam arbitror q̃ uoluptates eorum propriæ ſunt. Plautus in ciſtellaria. atque illũ amatorẽ tibi proprie futurũ in uita. Ser.

Propter ſignificat eius cauſam. Virgilius æne. lib. iiii. te propter libycæ gẽtes numadũque tyranni odere. No.

Propter alicuius rei gratia. Var. ſexque Vlixe. quidem nenia propter ſtetit ſignificare eum propter doctrinam. No.

Propter iuxta. Virgilius ænei. libro quarto. & uiridi in campo templũ de marmore ponã propter aquae fluuiũ. No.

Propugnacula quibus pro caſtris utuntur aedificant. Feſtus. pompeus.

Propudiũ dicebant cũ maledicto nudare turpitudinem nolebant quaſi porro pudendũ. Quidam etiam propudiũ putãt dici: a quo pudor. & pudicitia procul ſint. Fe.

Propulſare repellere. Ter. in andr. facile propulſabo. Donatus.

Prorſus quaſi porro uerſus: pro qua re poſitũ putatur. Ego pro eo quod eſt omnino: ſunt qui coniũctionem uolunt eſſe. Terentius in andria. prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe amoram uolo. & prorſus certe recte & uere ſignificat. Idem in adel. eo pacto ꝓrſus illic alligabis filiũ. Do.

Prorſi limites appellantur in agrorũ mẽſuris: qui ad orientem directi ſunt. Fe.

Prorſus porro uerſus. Fe.

Prorſum ponebant pro recto. Fe.

Prorſus & prorſum dicimus. Priſ.

Proroſta tantũ pluraliter declinatũ ſignificat locũ in urbe. ubi cõcionabãtur. Ser. in arte.

Proſperus inquit Cicero de republica. deinde eſt generi hominum proſperus & ſalutaris Priſcianus.

Proſperiter dixit Ennius. Priſ.

Proſerpina quæ græ. περσεφονη dicit quã frugũ ſemen eſſe uolũt: abſconditáque quæria matre uolũt. Cicero de natura deoꝝ.

Proſequor fere non caret comitatu ablatiui. ut proſequor te oculis. ſignificatur enim actio affectus. i altꝛꝝ. ꝓſequor aũt in malũ ideſt inſequor & inſector. uel in bonũ cũ perſeuero exequi quod agere cœperam. Lau.

Proſper qui dat: fœlix qui recipit fœlicitatem ut ſidus proſperum ſub quo natus eſt fœlix Suetonius tamen de cæſare inquit fuiſſe eũ proſpera ualitudine ideſt bona & quaſi fœlici. Rurſus Virgil. Sis fœlix noſtrũque le. q. l. pro eo q̃ eſt. ſis proſpera & benigna. Lau.

Proſelenus ante lunam.

Proſeletes aduena.

Proſeucha obſecratio uel oratio. Iuuenalis. ꝓ loco ubi a tráſeũtibus mẽdicabatur.

Proſerpina. græce perſephoni. Iouis filia ex ſorore cerere: de qua Ouidius quarto & quinto faſtorũ. & meth. v. Auguſtinus. vii. dicit proſerpinam a proſerpiendo dictam ſignificare fœcunditatem. quæ cum aliquando non eſſet: dictam eſſe raptam ad inferos: & tunc ceſſarunt inſtrumenta ruralia: qua redeunte inſtituta ſunt ſolẽnia apud athen. Solinus adhuc foramen prope ætnã extare dicit: unde pluto exiſſe dicitur. Euſebius dicit cereris filiã. Et Sicani regis uxorẽ dicit: & ab Orco rege molloſſoꝝ raptam & matrimonio iũctam. Varro lunam dicit.

Proſopis inſula in delta nili hoſtio: in qua atarbechis urbs. Herodotus.

Proſopopeia perſonæ factiua a προσωπον græ. cũ inanimatũ loquitur. ut qui modo naſonis fueramus quinque libelli: uel contra anima tum uel inanimarum: ut cum terra ad mare loquitur. uel ſimilia.

Proſodia per i œ diph. i ſecũda deberet ſcribi. ſed ut ſeruetur ſonus accentus aliter τονος dicitur. unde noſtri antiquitus tonores dicebant. Quintili. ſignificatur accentus grauis. aliquando non quod grauis ſit: ſed acutus: ſed ut denotetur illa ſyllaba per conſequentiam aliarũ dictionum ſequentiũ eſſe legendam. nam accentus grauis aliter nunq̃ ſignificatur. nec bene poteſt percipi differẽtia accentus acuti & circumflexi. ſed acutus

ſupra breuẽ & longã eſſe poteſt circũflexus ſupra longã tantũ. & apud noſtros nõ habẽt locũ niſi in penultima. apud græcos etiam ultima: ultima ſyllaba apud nos nõ patitur accentũ niſi differentiæ cauſa. aliquando ut circũ littora: ne circus circi uideatur: & uide tur ſub uno accentu pronũcianda utraque dictio penultima breui ĩ poliſyllabis ĩ ante/ penultima eſt acutus penultima longa & ul/ tima in penultima: ultima breui in penulti/ ma circũflexus in diſſyllabis penultima bre uis acutũ habet. Encletica etiã facit accẽtũ ultimæ præcedẽti ut etiam mutet aliquãdo tempus: ut uno eodemque igni ratione en/ cleticæ o breuis fit & ſtereruntque comæ & cætera. Quidã auctoritate dicũt: cũ dicatur non eodem curſu differentiæ cauſa tranſfer tur ĩ ultima: ut alias pene una eo ſane & per ſyncopam: ut ardeatis ardeas ſuffenſas ferẽ/ tinas: capenas: crotoneas: pontias: primas: la rinas: optimas rauennas: harpinas. Item & antias nomen propriũ hiſtorici: quĩ uale/ rius dictus eſt. Item menas & lenas propria ad appellatiuorũ differentiam. Itẽ noſtras ad differentiam accuſatiui. Itẽ audit pro au/ diuit cupit pro cupiuit fumat pro fumauit. ut fumat neptũnia troia. Itẽ produce pro/ duc. illicce illic: iſticce iſtic. Item fio ĩ mono/ ſyllabis ĩ cõpoſitione: ut tepefio. fis. fit. mu/ tatur & metri conditione. ut pacteque uolu cres: & maniplis pro manipulis. Seruius. Itẽ eum fit ſynereſis in græcis: ut demophoon: phon. thermodoon. don. Seruius. in. i. geor. ſuper epirus equarũ uult ut græca facta la/ tina ſeruent eundem accentũ. Sed quid dice tur de comœdia & tragœdia: que ſeruarent in ultima ſi id uerũ eſſet unde dicũt epiros equaq; dudũ: & ita obſeruatam dicũt & uo/ lũt ita Seruiũ intelligere græcũ ideſt habere litteraturam græcã. nam aliter mutat. unde tragœdia mutat ſonũ: proſodia non mutat. unde tyrannos tyrannus accentus in græcis non poteſt eſſe in antepenultima ultima lõ/ ga unde ἀνθρωπος mutat ἀνθρώποι & ſic de aliis. Vnde nos Ariſtoteles dicimus nomina in a longa apud græcos apud nos breuia. & ita mutat accentum in aliquibus ſeruant a longam & paucis: ut tegea apud. Statium: & menea tibilerna comas quæ eti/ am ſeruant accentum in penultima: affa/ tim: attentim: admodum: affabre: approbe approbus. Gellius omnia in antepenultima acuunt. Apprimus circũflectitur & appri/ me & appotus. Apoſtema in antepenultima ἀπος τημα. ara circumflectitur. hara acuit. ergo coniũctio illatiua acuit. ergo pro illius gratia circũflectitur in ultima. Ex aduerſum in antepenultima incus in obliquis habet circũflexũ ſuper u. præmodũ in antepenul/ tima. Gellius ideſt ſupra modũ. alias præter Pero ꝓ nympha. pero ꝓ calciamento. pro/ ceris procerem. Iuue. agnoſco procerẽ. Quã/ do pro quia acuit in ultima pro tempore in prima. Sarpedon accentum in ultima facit ſarpedontis. ſi ĩ penultima ſarpedonis: Tor cular. acuit penultimam. Theodorus in pe/ nultima.

Proſtheſis appoſitio uel additamentũ. ut gna/ tus pro natus. aſtans pro ſtans.

Proſapia progenies ideſt porro ſparſi & quaſi iactis liberis. quia ſudare ſignificat iacere & diſſicere. Feſtus.

Proſcapulis cum dixit Cato ſignificauit pro/ muria uerberum. Fe.

Proſcenia ſunt pulpita ante ſcenam in quibus ludrica exercentur. Virgilius tertio georgi/ corũ. & ueteres ineunt proſcenia ludi. Ser.

Proſcindere appellãt cũ primũ terrã arãt. Var.

Proſcribo aliquid uenale, ꝓpono. & pacto ſcri/ ptũ erat fundũ herculanenſem a Quinto fabio fratre proſcriptũ eſſe. Ser.

Proſerpina epicarmis Ennii. proſerpinam ap/ pellat quod ſolet eſſe ſub terris. proſerpina ergo dicta q; hæc ut ſerpens modo in de/ xteram modo in ſiniſtram partem latenter moueretur. Serpere & proſerpere idem di/ cebant. ut Plautus q ſcribit quaſi proſerpens beſtia. Varro.

Proſequium a proſequẽdo: obſequiũ ab obſe/ quendo dicuntur. Fe.

Proſedas meretrices. Plaut. appellat quæ ante ſtabula ſedeant. eædẽ & proſtribulæ. F.

Proſentẽtia ac ſi dicatur in ſententia: ut ꝓ ro/ ſtris ideſt in roſtris. Fe.

Proſicie ĩ ponto fruſtra quædã & proſicie ge/ lide feruntur cõtractæ de fluuialiũ uel plau/ ſtriũ undaq; multitudine. Mac.

Proſiciũ quod præſecatũ proiicitur. Fe.

Proſita propoſita. Fe.

Proſpicere & reſpicere diſtant. ut aduerſũ ui/ dere proſpicere retro dicatur reſpicere qua/ ſi retro aſpicere. No.

Proſpica & deſpica itenta & cõtẽpla. Neuius ĩ aſſitogida ac ſi ꝓſpica & deſpica poteſt ergo proſpicus & deſpicus dici. N.

Proſumia genus nauigii ſpeculatoriũ paruũ. Feſtus pompeus.

Proſubigo fodio. Vir. iii. geor. & pede proſubi/

git terram. Ser.

Protelare protrahere præuenire exagitare. & cedendo dictum est quod est ante & trahere. Alii ab assiduo telorum iactu existimãt dici: ut Lucretius. undiq̃ protelor plagarũ continuato: hoc est ui telorũ coactũ esse. Terẽtius in phor. ne te natũ suis scenicis dictis protelet. Do.

Protelare longe propellere ex græco: uidelicet τηλοθεν quod significat longe. Fe.

Protagoras meandri uel arthemonis abderites Eupolis dicit teium fuisse: de quo Gelius. quinto.

Proteruiter dixit Ennius. Pris.

Protinus trium temporum est. stantis: præteriti & futuri. Ser.

Proteruus procax: petulans: quandam lasciuiã libidinẽque declarant. tũ iniuriã in dictis & in factis: proterua leuior quædã contumelia procacitas maior peculantia maxima. Cice. in sal. Nõ enim procacitate linguæ uitæ sordes eluũtur Et ibidẽ. nã quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem filiamque meã inuasisti. Salust. bibulũ petulantissimis uerbis lædis. Petulantia quoque cũ alios per cõtumeliã petimus. Lau.

Protinus in dictione continuo. Lau.

Protesilaus aliquando Homerus per duplex s ex phylace oppido thessaliae isiphidi filius Laudomiæ maritus. qui primus ab Hectore interfectus est.

Proteus Oceani & Tethios filius habuit patriã pallenem inde regnauit in carpato ĩsula imperauit ægyptiis. fuit uates maximus de quo. Vir. iiii. geor. & alii multi.

Prothous dux ex græcis ex magnesia ad troiã.

Protogenes significat aliquẽ primi generis. & pro eo qui se talem cõfingit ponitur a pœtis & pictor de quo Gellius in fine. xv. qui rhodiis imaginẽ Hilisi fecit.

Protogenia Deucalionis filia ex pyrrha.

Prothœnor unus ex quinque bœciorum ducibus ad troiam.

Protocollũ uel prima conglutinatio & raptim confecta scriptura: quæ melioré cõpositõnẽ desiderat: a κολλησις græ. glutinatio uel primũ scripture membrũ per unũ s.

Protologia prima locutio.

Protomartyr primus martyr.

Protonotarius a græca dictione protos idest primus.

Protelare est percutere perturbare. Terentius. in phor. ne te natũ suis scenicis dictis ptelet Sisena histo. li. iii. romanos impetu suo p/telant prolectus prosequũtur. No.

Protelare rursum adiuuare. Lucil. satyra. libro primo. Quem neque lucanis oriundi mõtibus thauri ducere protelo ualidis ceruicibus possent. idẽ. li. xii. hunc iuga mulorũ p telo ducere centũ nõ possunt. No.

Protelare etiã excludere. Turpilius ĩ lennis propter peccatũ pauxillum indignissime patria protelatũ est sæuitia patris. No.

Proteruiter. Ennius ĩ pantheathiaste. qui est q nostris foribus tã proteruiter. No.

Proteruia sacrificiũ apud ueteres fuit: qđ uocabatur proteruia. In eo mos erat ut si quid ex epulis superfuisset igne cõsumeret: hic Catonis iocus est: namque albidiũ quændã qui bona sua comedisset: & nouissime domum quæ ei reliqua erat incendio perdidisset. p/teruiam fecisse dicebat quod comesse nõ potuerit id combuisse. Macro.

Protollere est differre. Lucil. saty. li. i. nolo amplius ad lustrũ hoc protollere unũ. No.

Protinã a protinus cõtinuitatẽ significãs. Var.

Protinam protinus. Teren. protinã coniciãme in pedes. Fe.

Protinus ubicunque lectũ est contra usum ĩtel lectus cõmunis quo statim significare creditur positũ inuenitur. ut si ptinus porro ac sine ĩtermissione cõtinuo quod iũctũ tenus eius significantiam affirmat aduerbii. Virgi. nam in quocũque loco posuit ptinus sub hoc sensu intelligẽdũ reliquit. No.

Protinus insequenter deinceps. Virg. in. iiii. georgi. protinus aerei mellis cœlestia dona exequar. & protinus antheũ & lyncã prima agmina turni insequitur. No.

Protinus iugiter & continue. Vir. lib. xii. huic frater subit alchanor fratrẽque ruẽtẽ. Sustentat dextra traiecto missa lacerto protinus asta fugit seruatque cruenta tenorem. Nonius marcellus.

Protinus statim. Virgilius tertio æneidos. protinus ad regem cursum detorquet hyarbã. Nonius marcellus.

Protinus longe porro. Virg. viii. æneidos. cornuque recuruo tartareã intẽdit uocem qua protinus omne & siluæ insonuere profũdæ Idem ĩ octauo nam memini hesione uisentẽ regna sororis laomedociadẽ primũ salamina petentẽ protinus archadiæ gelidos inuisere fines. No.

Protinus ualde. Virgi. in buc. En ipse capellas protinus æger ago: ut sit animo & corpore ualde æger: aut si aliud enũciat refertur ad illud; ut si longe porro ago. at ipsum hacte/

nus licet ut præpositionẽ acceperit ut præ/
positio uarietur: tamen maxime finem ter/
minũque designat. Virgi. geor. ii. hactenus
aruorũ cultus & sidera cœli. Idẽ in. xi. laterũ
tenus hispida nauti frons hominem præ/
fert. Idem in secundo. capulo tenus abdidit
ensem. Nonius.

Protinus assidue. Virg. vii. æne. mos erat anti/
quo in latio: quem protinus urbes albanæ
coluere sacrum. Ser.

Protinus deinde. Virgi. iii. geor. protinus aerei
mellis cælestia dona. Ser.

Protinus idest porro tenus idest longe a fini/
bus. Virg. in buc. en ipse capellas protinus
æger ago. &. vi. æneid. quin protinus omne
perlegeret. Ser.

Protollere est differre. Luc. saty. lib. i. Amplius
ad lustrũ hoc protollere unũ. No.

Prouidere monere & ferre. Pacuuius in teucro
at me occide illa humi sine usque prouideat
gradum. Nonius marcellus.

Prouiso duas res significat: & procedo: & pro/
uideo. Teren. ĩ and. prouisa quid agat. Pam/
philus. Donatus.

Prouisio rerũ duas significationes habet pro/
uidemus enim nobis tam bonum negociũ q̃
malũ. sicut si quis ueniens eminus telũ pro/
tulit atque hoc caruerit. Terentius ĩ andria.
Quæ si non astu prouidentur me aut herũ
pessundabũt ergo hic prouidentur: cauẽtur
uitantur. Donatus.

Prouinciæ porro uel procul uincendo dictæ
acquisitae enim bello lõge ab Italia regiones
prouinciæ dictæ sunt: ĩ quas prætores: quia
cũ officio mittebãtur officia quoque prouĩ/
ciæ nominabantur. Teren. in phor. O geta
prouinciã cœpisti duram. Do.

Prouincia consularis. africa erat una e prouin/
tiis consularibus.

Prouoco in malũ: etiam in bonũ. Cice. tuis lit/
teris amantissimis sum prouocatus. Lacesso
plaerũque ĩ malũ. ut idẽ. sed iusticiæ primũ
munus est: ne cui quis noceat nisi lacessitus
iniuria. In bonũ quoque tuis me amantissi/
mis litteris lacessisti. Lau.

Prudens & sciens differũt. prudens est qui ĩtel/
ligentia sua aliquid sentit. sciẽs qui alicuius
iudicio rem cognoscit. ergo prudens per se:
sciens per alios. Terentius in and. & prudẽs
sciens unius uidensque pereo. Prudẽtia na/
turalis est. gnaritas extrinsecus uenit. impru
dens per se: ignarus per alios. Terentius in
heauton. Imprudens harũ rerũ. ignarusque
omniũ. hoc est qui nec suspicatus sit. nec ex
alio audierit. Dona.

Prudentia sententiae cõpensatur importunitas
respondẽdi. Teren. in. and. Sosia seruus cũ ĩ/
tẽpestiue hero Simoni respõdisset nõ iniuria
nõ adiecit: nã ĩ uita id arbitror apprime esse
utile: ut ne quid nimis. Do.

Prudentiam a prouidendo dictã dilucide ostẽ/
dit. M. Tul. in hortensio. id enim est sapien/
tis prouidere ex quo sapientia est appellata
prouidẽtia. Et de senectute. Quid plura. sic
mihi persuasi cũ tanta celeritas animorũ sit:
tanta memoria præteritorũ futurorũque, p/
uidentia. Et de republica. li. vi. Totã igitur
expectas prudentiã huius rectoris: que ipsũ
nomẽ hoc nacta est ex prouidẽdo. No.

Prugnũ pro prumiũ. Fe.

Pruina dicta ꝙ fruges ac uirgulta perurat. Fe.

Pruina est proprie matutini tẽporis frigus. S.

Pruna distat a carbone. illa eni q̃diu ardet pru/
na dicitur. carbo aũt nominatur cum extin
cta fuerit. Teren. tam excoctam atque aṫam
reddam q̃ carbo est. pruna aũt a perurendo
dicta est. Seruius.

Proxeneta a προξενέω hospitio coapto iam
apud nos qui medius est: ut res uendantur
& emantur.

Proximior a prope ,ppior ,pximus quod pro
cognato uim habet positiui: inde comparaṫ
Vlpianus in lib. xxx. Ad ædictũ si quis pro/
ximor nascereṫur cognatus. & uegetius. & ,p
ximior dextera sit quæ plagam possit inser/
ri. Priscianus.

Prox bona nox: ut existimo quasi ,pbata nox.
Festus pompeus.

Proximi idest proximo. Cato cõtra furiũ die
proximi hic dicit. Sed ea declinatione a uete
ribus & crastini & pristini dictũ. N.

Proximus carus beniuolus. unde & proximi &
propinqui dicũtur. qui nobis cari esse debẽt
Teren. in an. proximus egomet sum mihi &
proxima nobis aut præterita: aut futura sũt
nam præsentia ea sunt in quibus sumus. Te.
in heauton. sex mẽsibus nõ uidisse ,pximis
idest præteritis. Do.

Psallo psalli. Bassus. ii. Iyrico. calliope prin/
ceps sapienti psallerat ore. Pris.

Psamate fons est apud thebas.

Psalmus canticũ. unde psalteriũ.

Psaltria que sequebatur & amabat hystriones
a ψάλλω grae. canto. amabat enim qui can
tabãt quotidie in scaena.

Psammius mons aegypti.

Psammis Neci aegypti regis filius & successor.
Seruius

Psammenitus Amasis filius aegypti rex a Cambyse superatus apud Memphim Herodotus.tertio.

Psammeticus antiquus ægypti rex: ante quem ægyptii se primos hominũ esse putabãt sed huius industria didicerũt. phrigas primos se uero secundos. Hero. iiii.

Pseudus falsus. inde pseudo propheta.

Psyria insula. Ody. iii.

Psylli populi libyæ prope garamantas & nasamones contra uirus muniti. Hero. iiii. & Gel. xvi. Luci. ix.

Psitacus auis ex India de qua. Pli. x.

Psythiũ genus passi: ut in surrhento.

Psora scabies.

Phthia aliquãdo hom. phthia thessaliæ regio patria Achillis. nos aliquãdo phithiã interposita. i ut phithiã claraſque mycenas.

Phthisis exulceratio pulmonis ex humorum concursu.

Phthysis spuitio a πτυω. i. spuo. Tor.

Pteria locus Cappadociae apud sinopem. ubi Crœsus primũ cũ Cyro pugnauit.

Ptholemaeus a πτολεμαω eolice πτολεμαω attice & omnia nomina in eus a uerbis circunflexis ae diphtongon habent. ut τιμαω graece timaeus: nomen regũ aegyptiorum. Iacus primus. Gregarii militis filius post alexandri mortẽ aegyptũ aphricam & magnã arabiae partem occupauit: & splendore suo successoribus nomẽ dedit. regnauit. xl. ãnos reliquit filios. ptolemaeũ Ceramium Philadelphũ: qui ei successit. uir doctissimus: qui Bibliothecã fecit Stratonis discipulus. regnauit. xxxviii. annos. successit Ptolemaeo Euergetes qui regnauit. xxvi. annis: successit Ptolemæo Philopater ide Epiphanes. xxiiii. ide philomen. xxxv. ãnis. ide Euergetes. nouẽ. ide Phyton qui & soter. xvii. ide Alexãder decem. inde Dionysius adolescens qui Pompeiũ iterimi fecit. hic ultimus & omnes Ptolemaei dicti fuerũt & alii ut filius Phyrri & quidã rex Cypri: qui romanũ ditauit aerariũ. fuit & astrologus i aegypto: nõ ex stirpe regia: quae ante longe defecerat. fuit & Pheludiensis tẽporibus Traiani & Hadriani: ut ipse testatur i. v. ix. & x. maioris sui operis.

Publicitus & publice iuenitur. Ser.

Pubes cũ lanuginem significat barbæ pubes facit. sin aũt iuuentutẽ puberis nec tamẽ adiecta præpositione dicimus ipuberis sed ipubis ut apud. Vir. impubis uiri. Ser.

Pubes iuuẽtus. Hor. car. Letaque pubes hedera uirenti gaudeat. Acron.

Publipor a puero publiporis: sicut marcipor marciporis. i. publii puer uel marci. Pris.

Puber. beris teste cæsare. probus uero pubes puberis. inde impubes. be. bis. Virgilius v. impubis uiri. & Hora. in epodo. impube corpus. Cic. iiii. iuecti. filiũque eius ipuberẽ legatũ a patre missum. Pri.

Pubes adolescens quin etiam plurium numerus eiusdem ætatis. Fe.

Pubes puer qui iã generare potest. is icipit esse ab annis. xiiii. fœmina uiri potẽs a. xii. Fe.

Pube præsente est populo: præsente ab his qui puberes sint omnem populũ significans. Fe.

Publica sacra quæ pro populo fiebant priuata quæ pro singulis hominibus & familiis appellabant. Fe.

Publicitus publica cura atque cõsilio. Teren. in phor. Nonne hoc publicitus scelus deportarier i solas terras. Do.

Publicitus pro publice Lucil. saty. xii. huc homine quæstore aliquo esse opus. atque corago publicitus qui mihi atque opifici præbeat augẽ. Idẽ in. xvi. Publicitus uendit: tamen atque extrema ligurit. Plau. in amphi. hospitio publicitus accipiar. Cecil. in plocio. Ibo domũ ad plebẽ pergitur publicitus defẽdũ est. pomponius i campanis. Dat ordo senino & fullonibus publicitus cibaria. No.

Publicanũ appellamus eũ qui uectigal populi romani conductũ habet. Ser.

Pudicũ. Plau. inquit in bachidibus. neque tui te intus pudicũ est factis quæ facis. Pris.

Pudẽda erubescenda. Ho. ca. sic lucro auersam potuisse nasci matre pudẽda. Ac.

Pudor uerecũdia. Hora. Car. O pudor o magna cartago ꝓbrosis altior ruinis. Acron.

Pudet & piget: in eo differunt q; pudet in his quæ turpiter fiũt. piget i his quæ cũ damno ac malo. pudere etiam ad dedecus pigere ad doloꝛẽ refertur pudet quod turpe est. piget quod dolet. Ter. in adel. Fratris mei me quidem pudet pigetque. Do.

Pudet & piget hoc distant. pudere enĩ uerecũdiæ est: pigere pœnitentiæ. Plautus in pseudulo. Nimis id quod pudet facilius fertur q̃ illud quod piget. non dedisse istũ pudet me quia non accepi piget. Salustius i iugurtha. nã postea quæ fecerit icertũ habeo pudeat: an pigeat magis differere. No.

Pudicitiæ signũ romæ colebaſ qđ nephas erat attigi: nisi ab ea quæ semel nupsisset. Fe.

Pudor & uerecũdia differũt pudor est malefacti: uerecũdia recti & honesti. Teren. in an. nihil pudet. Et pudet duo significat siue il-

le peccare quẽ pudet. siue ille cuius pudet. Idẽ i hecy. pudet philomenae me. Do.

Pudori coloré. In Neuiano carmine Ruminabamur quod rubenté auroré pudori coloré & mennoné nocticoloré. A. gel.

Puelli pueri per diminutioné Enni. & pœnis solitis uos sacrificare puellos. Fe.

Puellos pueros. Varro in testamẽto. sic ille puellus ueneris repente uado occidit cruentus olim. Luc. lib. iiii. Cũque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus. Lucillus. nos tamẽ unde puellũ suscipere & partus posset ditiscere dulcius. Enni. sic mos ille suis diuis sacrificare puellos. Var. in marcipore. Peliam me & permisisse: ut seu elunium degluberet dũ madore addere puellũ. Idem. x. ultra irer pecus dormitio uigilabis: quæ me puellum impuberem cœpisti. No.

Pueri liberi quondã tribus his artibus litteris palestra musica erudiebantur. Hinc Teren. in heau. fac periculũ in litteris: fac in palestra i musicis quæ liberũ est aequũ scire adolescenté solerté dabo. Do.

Puerpera dicebãt antiqui. unde puerpera quae puerũ & puerã parit. Et diminutiuũ puella inde puellaris. re. Inueniũtur etiã antiqui p tulisse puella & puellus & puerus. Pri.

Puer apud maiores cõmunis generis erat unde in Ody. legitur mea puer. Ser.

Puerpera est omnis quae peperit & nõ qđ puerũ. sed qđ filium pariat puerpera dicta. ut apud ueteres puer puellus: puera puella uocabantur. Dona.

Puer qui obscœne ab aliquo amabatur eius a quo amatus eẽt pullus uocabaẽ. Vnde Qu. Fabius. cui eburtio cognomen erat: propter cãdorem quod eius natis fulmine icta esset pullus iouis appellatus est. Fe.

Puer filius. Virg. ii. ænei. ascaniusque puer. Et Hora. pueroſque. lede. nam παιδάς & ad filios referũt & ad ætatẽ. Ser.

Pueræ pro puellæ. Varro de uita patrũ properate uiuere pueræ: quas sinit ætatula ludere esse amara & ueneris tenere bigas. Idẽ de uita patr. lib. ii. sic in priuatis domibus pueri libere & puere ministrabant. No.

Pueritia pueritas. Varro rer. diuinar. li. i. Qui pueritia est infrequens polluta. No.

Pueri appellatio tres significatiões habet. Vnã cũ omnes seruos pueros appellamus: ut. Te. in an. Etiã puer. ide abiens cõueni cremis. Alterã cũ puerũ cõtrario noie puellæ dicere mus. Tertiã cũ ætatẽ puerilẽ đmõstramus. S.

Puer filius. Virgi. iiii. æne. ægregiã uero laudẽ & spolia ampla refertis. tuque puerque tuus more græco dictũ est παισ Ser.

Puellascere effœminari uel reuirideſcere. Var. i bais. q non solũ in nube fiũt communi sed etiã ueteres puellascũt. No.

Pueros pro seruis. Varro in eumeni. Vix uulgus confluit nõ puellarũ. sed pueror. atque ancillarum. No.

Pugillares tabellæ aut parui libelli: quia pugno queant contineri. Plinius secũdus in epistola ad Cornelĩũ tacitũ. Ad retia sedebã erant i proximo nõ uenabulũ sed stilus & pugillares. meditabar aliquid & notabã: ut si manus uacuas. plenas tamẽ ceras reportarẽ. Se.

Pugillares masculine & pluraliter tantũ iueniũtur: tamẽ hoc pugillare & hæc pugillaria. S.

Pugno pugnam noue dicitur: sicut seruio seruitutem. Acron.

Pugillares tabellæ cæreæ siue ligneæ uel alteriũs materiæ in quibus stillo scribimus unum pugillarem nos dicimus. Lau.

Pugna quære in bellũ. Lau.

Pugil dictus est a pugna: & pugna a pugno. ueteres nãque ante usum ferri & armor. pugnis & calcibus & morsibus corporũque luctatione certabant. Teren. in hecy. pugillũ gloria. Donatus.

Pugil uocabulũ apertũ est. Varro.

Pugiles a pugnando. Varro.

Pugnus a pũctione idest percussione dicit. Fe.

Pullariam. Plau. dixit manũ dextrã. Fe.

Pulchralibus pro pulchris. Fe.

Pulchritas pro pulchritudo. Cecil. i arpaio mene dii boni quid illud est pulchritatis. No.

Pulcher pro fortis & fortis p pulchro positũ est. Vir. Satus hercule pulchro! pulcher auẽtinus. Nam nisi de hercule dicatur pulcher pro forti satis est icongruũ epitheton. sicut. Plautus de muliere. Quid nã fortis est idest pulchra. uirtus enim & pulchritudo per se inuicem ponũtur: sicut e cõtra malitia aut uitiũ pro deformitate. hinc est apud Virgi. haud illo segnior ibat æneas. i. nõ deformior. Nam ad pulchritudinem ea tendit comparatio cũ de amato dicat ænea. Ser.

Pulchre fortiter ac nimis. Teren. in heau. quã uidebar pulchre mihi sobrius. Do.

Pulmentũ a pulte: ut Plau. Varro.

Pulmentariũ dictũ hoc primũ debuit paſtoribus. Varro.

Puls potissimũ dabaẽ pullis i auspiciis quia ex ea necesse erat aliquid decidere q tripudiũ faceret. i. rerripudiũ. Fe.

Pulsatũ percussum. Virg. in. vi. pulsatusque pa

rens aut fraus inexa cliéti. No.

Pulsatũ. Virg. in. xii. pulsatos referens infecto fœdere diuos. No.

Pulsare uiolare lædere. Virgil. x. æne. fugit ipse latinus pulsatos referens infecto fœdere di/uos. Seruius.

Puls uictus antiquissimus appellata uel q̃ ita græci. uel ab eo uti scribit Appollodorus q̃ ita sonet cũ aqua feruẽter aspergitur. Varro

Pullũ non albũ. Vir. geor. li. iii. Ne maculis in/fuscet uellera pullis. No.

Pullum ẽ ætatis nouellae. Virgilius georgicoꝝ libro tertio. Continuo pecoris generosi pul lus in aruis. No.

Pluuinaria pro tẽplis ponimus: cũ sint proprie lectuli quĩ sterni in templis superuenienti/bus plærisque consueuerũt. Ser.

Pulucatũ genus cnlturæ uocatur: quo minutæ glebæ uitibus applicantur. Ser.

Pulchritudo est quædam apta figura mẽbro/rum cũ coloris quadam suauitate. Cice. tu. quarto. pulcher dicitur quasi spulcher idest aspera cutis.

Puluis & puluer dicitur. Pri.

Puluinaria dicebantur aut lecticæ diuorũ: aut tabulata in qbus stabant numina ut eminẽ/tiora uiderent. Hor. car. Núc saliaribus or/nare puluinar deorũ. Ac.

Puluinus quasi pulminus uel a pullo: eo q̃ plu mis pulloꝝ fiat. Puluinar. i. ceruical regũ est puluinus priuatoꝝ. unde puluillus & pul/uillulus diminutiua sũt. & puluinaria lecti/sternia. seu lectuli in templis strati unde pul uinaria festa. Puluinus etiã est machina qua naues in portũ subducũtur. Ouid. collaque puluino nostra ferenda dedi.

Puluis tantum singulariter: ut ĩquit Donatus legitur apud Hor. nouẽdiales dissipare pul ueres. Ser. in do.

Pulmentũ & pulmentariũ dictũ quia cũ pulte fit. Ser. in arte.

Pulchrũ aspirari debere Varro negat. ne dua/bus consonantibus intercedat aspiratio: qđ minime rectum antiquis uidebatur unde & sepulchrum hodieque manet cum sit seor/sum a pulchro propter recordationem do/loris. aliis placet sepulchrum compositum a semis & pulchro: quia pulchrũ superficie in tus ossibus plenum. Ser. in arte.

Puluis mutato genere facit puluisculum apud Hieronymum. Apuleius uero masculinum protulit. nisi ut petisti mundiciaſ dẽtium ni telas oris ex arabicis frugibus tenuẽ candifi cum nobilem puluisculum. Lau.

Pullastra apud Var. ẽ gallina adhuc adolescẽs maiuscula q̃ pulla imitationẽ significat. La.

Pulli quære in catuli. Lau.

Pulso quære in uerbero. Lau.

Pomiliones & nani uocantur breui atque hu mili corpore homines paulum supra terrã extantes. Aulus gel.

Pumilios. Apuleius in asino aureo inducit so/rores psiches maritis detrahẽtis quouis pue ro pumiliones & cucurbita: glabriones. pu milios. n. dicit molles atque ĩberbes glabꝝ uero lentum atque imberbem. Fulgen.

Punius punior format comparatium. q̃uis gẽ/tile idest callidior astutior penoꝝ epithetõ. Plau. in pen. Nemo me est hodie punus pu/nior. Priscianus.

Pungo pupugi uel punxi: expungo tamen ex punxi: repungo repupugi & repũxi. ut Ca/pro uidetur. cum ei qui nos pupugit talio nem idest uicem a nobis redditam ostendi mus repupugi dicimus. quãdo uero de rõne uel kalendario loqmur repũxi dicimus. P.

Punctus est figura: punctum uero tempus bre uissimum.

Puniceus sanguinei coloris. Hora. puniceis in uecta rosis. Acrõ.

Punctum pro momento dictum. & punctum angustissimum spacium. Te. in phor. Tũ tẽ poris mihi punctum ad hanc rem. Dona.

Punicum genus libi translatum a poenis id eti am appellabant probũ: quia erat præ cæte/ris suauissimum. Fe.

Punici dicuntur non poeni. q̃uis a phoenice sit oriundi. Fes.

Punitariolas leues pugnas idemtidem ipse di xit Festus.

Punitur aliquando pro punit. Tul. lib. ii. offi. neque ad eius qui punitur aliquẽ aut uerbis castigat sed ad reip. utilitatem referri. No.

Pupillus quære in orphanus. Lau.

Pupæ & pupi. Varro in aboriginibus. Itaque breui tẽpore magna pars in desiderium pu paꝝ & sigilloꝝ ueniebat. Idem mãmã lectis suggentem pascere pupũ.

Pupinia tribus ab agro pupinio. Fe.

Puriter pro pure inuenitur. Pri.

Purpureum quod tinctum ex purpura. Hor. car. purpurei metuunt tyrãni. Acron.

Purgata mons est: & in eo oppidum eius nomi nis prope troiam.

Pura uestimenta sacerdotes ad sacrificium ha bebant. i. nõ obsita: non fucata: nõ funesta nõ maculam habentia. Fe.

Pure lautū aqua pure lauatū. Fe.

Puri ꝓbi ꝓfani auri ſui dicebāt in manumiſſi one ſacrorū cauſa ex quibus puri ſignificat: qđ in uſu ſpurco non fuerit ſui: qđ alienati oni non fuerit probi: qđ recte excoctū pur gatumque fuerit. Fe.

Purrime tenuero puriſſime tenuero. Feſtus.

Purum putū ualde purū: ſicut nouū nouiciū dicimus: & ꝓpriū ꝓpitiū: augere atque intẽ dere uolentes noui & ꝓprii ſignificationẽ.

Purpura a purpurae maritimæ colore. Varro.

Purpura ſit purpureū fit. Ci. achademico. lib. ii. Quid mare nõ ne cæruleum aut eius un da cū eſt pulſa remis purpuraſcit. & quidẽ aquæ tinctū quod immodo & ifectū. No.

Purpuriſſa color q bombici mixtus mulierū genas tingit: ut in phucus.

Purpureus niger præcipue de mari: q ex alti tudine nigrū accepimus. Vir. iiii. ge. In mare purpuerū uiolẽtior influit amnis. Ser.

Puſus puer. puſa puella. Varro.

Pugio dictus ẽ eo q pũctim pugnat. Fe.

Putare aũt ueteres dixerũt uacãtia. ex qua re ac nõ neceſſaria: aut etiam obſtantia & alie na auferre & excidere. & qđ eſſet utile & ſi ne uitio uidereť relinquere: ſic nãque arbo res & uites & ſic etiam rationes.

Putū dictū quaſi expuratū excoctũque omni que aliena materia carẽs: oĩbuſque ex eo ui tiis detractis emaculatū & cãdefactū. A. gel.

Putator qui arbores puras facit. Var.

Putari ratio dicitur in qua ſententia pura fit. Varro.

Putare ẽ quiſquis ſimplicitate pectoris aberra uit. Cice. ꝓ Qu. ligario. nõ putauit lapſus ẽ: Te. in an. Hæc ego putabã eé humani inge nii: mãſuetique animi officia: & humani i genii circa chryſidem mãſueti circa amicos Donatus.

Putare ꝓ reputare exiſtimare. Virg. multa pu tans ſortẽque animi miſeratus iniquã. Terẽ tius in heau. dũ hæc reputo. putamus inſtã tia: reputamus præterita. Do.

Putare eſt tractare purgare: inde & putamina purgamenta dicta ſunt. Plaut. i captiuis. Nu cleũ amiſi: retinui pignoris putamina. Te. i adel. rem ipam putemus. Dona.

Putare ꝓprie eſt falſa & infructifera a ueris & fertilibus reſecare. unde arbor purgatores putatores dicũť. Do.

Putare colligere. Plau. in aulu. putať ratio cũ ar gentario. No.

Putare dicit purgare rarefacere. Vir. æneidos. li. ii. finxitque putando. No.

Putare aptare. Titinnius in fullonibus. Dapẽ ſam lanam qui non reddet tempori putatã recte facite ut mulcteť male. No.

Putare animo diſputare. Virg. ænei. li. vi. mul ta putans ſortẽque animo miſeratus iniquã En. in tieſte. Ibi quid agat ſecũ cogitat parat putat. Ceci. in eculeo. Oculo non hoc putas non hoc corde tibi uerſat. No.

Putare exiſtimare. Te. in an. recte putas. Noni us marcellus.

Putamina nõ ſolum arborũ: uerũ omniũ rerũ purgaméta. nã quicqd ex quacũque re ꝓiici tur putamen appellat. Plau. i captiuis. Nu cleũ amiſi reliqui pignoris putamina. No.

Putamen a putãdo ideſt a tondendo dictum ẽ purgatio: & qđ ab re aliqua auferť. Valeri. maximus li. viii. Manibus ferrũ non auſus cõmittere inſtituit: ut uigilandũ putamini bus barbã ſibi & capillũ adureret. Ser.

Puteolos dictos putãt ab aquæ calidæ putore. quidam a multitudine puteolorũ: earũdem aquarũ gratia factorũ. Feſtus.

Puteolũ oppidum a puteis: q circũ eũ locũ a quæ frigidae & calidae multae niſi a putore potius putridis odoribus ſæpe ex ſulfure & a lumine extra oppidũ. Var.

Puteus ab udus uda udũ quaſi humidus deor ſum. niſi potius q æoles dicebãt ποτα μον ſit a potu. Varro.

Puticuli ſũt appellati qđ uetuſtiſſimũ genus ſe pulturae ut potus fuerit. & dicti puticuli q ibi cadauera putreſcerent. Fe.

Puticiũ. Plau. dixit ꝓ ſtulto. Fe.

Putidũ a ſenſibus auribuſque ꝓbari. Ci. de ora tore. iii. ſcribit. Qui hæc ſatis ſpero uobis q dem certe maioribus natu inhoneſta & pu tida uideri. No.

Putidũ non putre ſed odoris mali. Mar. Tulli. de fini. bo. & ma. li. v. Nam inſcite illud di ctum uideať in ſuaue animũ illi pecudi da tũ ꝓ ſale ne putiſceret. No.

Puticuli a puteis: qđ ibi in puteis obruebantur homines. niſi potius ut Elius ſcribit puticu læ q putreſcebant ibi cadauera ꝓiecta: qui locus publicus ultra exquilias itaque eum locum Affranius in togata puticulos appel lat: q inde ſuſcipiunt publice lumen. Var.

Puta quoque quidam aduerbium eſſe accipi unt ideo Perſium corripuiſſe. ut hoc puta non iuſtum eſt illud male rectius illud. Pri ſcianus.

Putis pro puro. unde putare uires & arbores q deciſis impedimentis remanẽt puræ, au rũ quoque putatũ ſolet dici ideſt expurgatũ.

& ratio putata.i.pura facta.Nonius.

Putret putridum est. Pacuui. in teucro:quanq̃ annisque & ætate hoc corpus putret. Acti. in erigona.quanq̃ exangue est corpus mihi/ que atque animus putret.Nonius.

Putris solubilis.Virgi.i.geor.putris se glebare soluit.Seruius.

Putus antiqui dicebant pro puro unde putare uites & arbores q̃ decisis impedimentis re/ manerent.Festus.

Putũ aurum quoque putatũ dici solet.i.expur gatum.& rõ purata.i.ratio pura facta.Fe.

Supuacaneum ſuperuacuum. Fe.

Supereſit ſupererit. Ennius dũ quidem unus
homo Romæ ſupereſit. Fe.

Supſtites antiqtus appellati ſũt teſtes. Fe. põ.

Superuaganea dicebatur ab auguriis auis
quæ ex ſũmo cacumine uocẽ emiſiſſet dicta
ita q̃ ſup oĩa uagat aut canit. Feſtus.

Supcilia in Iunonis tutela eſſe putabant q̃ his
ꝑtegãtur oculi per quos luce fruimur quã
tribuere putabant Iunonem. unde & Luci
na dicta eſt. Feſtus.

Supernari dicunt qbus ſemina ſunt ſucciſa in
modum ſuillarum paruaz. Ennius. Is pnas
ſuccidit iniqua ſupnia pœni. Fe.

Superſedere manere perſeuerare: quaſi uolun
tate & conſilio ſedere. Turpilius ĩ pedio ut
ille ac ſeſe abſtineret ego ſuperſederem nu
ptiis. Plau. in epidico. ſuperſede iſtis rebus
iam tuipſe ubi lubet. Siſenna hiſto. li. iii. De
uirtute eorum accuſando ꝑloqui ſuperſe
derunt. Nonius.

Supualde uehementer. Virg. æn. li. i. his accen
ſa ſupiactatos æquore toto troas. Et lib. iii.
O mihi ſola mei ſuper aſtianactis imago. ſic
oculos ſic ille manus ſic ora ferebat. No.

Supbos ueteres mortuos dixerũt. Plau. in am
phi. Faciã ego hodie te ſuperbum niſi hinc
abis & poſt auferre nõ abis. No. mar.

Supſtitionis & religionis differentiã manifeſte
diſcernit. Tul. de natura deoz lib. ii. Nõ. n.
philoſophi ſolũ: uerũ etiã maiores noſtri ſu
perſtitionẽ a religione ſeparauerunt: religi
ſi ex eligendo: ſupſtitioſi ꝑprietatẽ ex hoc
habẽt quæ præ cultura deoz ſupſideãt. N.

Supbũ arrogãs turculẽtũ aſpez. Virg. i. iii. æn.
ſtirpis achilleæ faſtus iuuenẽque ſupbũ. Idẽ
in. x. Te turne ſupbum cede noua quærẽs.
Nonius marcellus.

Superbũ uitabile. Virg. viii. foribuſque affixa
ſupbis ora uirum triſti pẽdebant pallida ta

bo.Nonius.

Supbum elatum altũ.Virg.in.iii.& greſſus glomerare ſuperbos.Idem i.viii.arma petẽs tiburque ſupbũ.No.

Supbũ ornatũ.Virgi.ii.ænei.poſtes auro ſpoliiſque ſupbi.No.

Supbũ opulẽtũ.Virg.i octauo ſimul enſe ſupbo rapientẽ aggredit qui forte tapetibus altis extructus.Dona.

Superbũ iniquũ.Virg.in.viii.Quos illi bello ꝓfugus egere ſupbo.No.

Supbiter.Affra.in purgamento illa ſupbiter iparat.Neui belli punici.vi.ſuperbiter cõtẽptim conterit legiones.No.

Superuacuũ non putant oportere dici.Varro de uita pa.li.iiii.ſed ſupuacaneum in quo é ſuperuacuum pro ſupuacaneo.No.

Supparum eſt litheum fœmorale uſque ad talos pendẽs dictum q; ſubtus appareat.Plau.in epidico.Supparum autẽ ſubnimium eſt: aut ricam baſilicam:aut exoticũ.Neuius i pedio ſupparum purum belliẽſem interim eſcam meram.Affranius i epiſtola.Tace puella non ſum ſupparo ſi induta ſum.Varro in eumenidibns.hic indutus ſupparum coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit: Nonius marcellus.

Supra morem ꝓ ualde & ſupra modum ſupra iuſtũ.Vir.ii.geor.rara ſit an ſupra morem ſi denſa reqras.Ser.

Supero ſuperuiuo.Vir.ii.æn.ſuperet cõiũxne creuſa Aſcaniuſque pater.Ser.

Supero ſupſum.Virg.ii.geor.Infoelix ſuperat foliis oleaſter amarus.Ser.

Supero ſuperabũdo.Virgi.xi.æn.Auxilioque iubes Italiæ populique ſupſunt.

Sup de.Vir.i.æne.his accenſa ſup.Ser.

Superbus nobilis.Vir.i.æne.hinc populũ late regem belloque ſupbum.Ser.

Supereſt ſequens é.Virg.ii.geor.ſeminibus poſitis ſupereſt deducere terram ſæpius ad capita.Seruius.

Supſtes ſaluus.Te.in an.deos quæſo ut ſit ſupſtes.Alias ſupſtites ſunt ſenes & anus quia ſenes multi ſuperſtites delirant.unde & ſupſtitioſi qui deos nimis timent qđ ſignum é deliramẽti.Donatus.

Supereſſe uel qđ ſuperuacaneum eſſet:ac non neceſſarium uel qđ abundãs nimis & affluens & exuberans.ſic quoque noſtros ueteres ſupeſſe alias dixiſſe ꝓ ſupfluenti ac uacuo:neque admodum neceſſario ut ſupra poſuimus.Varronem dicere:alius ut Cicero dixit pro eo qđ copia quidem & facultate cæteris anteiret ſupramodum:tum & largius prolixuſque flueret q̃ eſſet ſatis ſupereſſe.ſed inuenimus in tertio Ennii annaliũ in hoc uerſu.Inde ſibi memorat unũ ſupeſſe laborem.ideſt reliquum eſſe & reſtare. qđ quia ideſt diuiſe pronunciandũ: ut non una pars orationis eſſe uideatur ſed duae. Cicero autem i ſcdo antonianarum.Quod eſt reliquum non ſupereſſe ſed reſtare dicit præter hæc ſupereſſe inuenimus dictum ꝓ ſuperſtitem eſſe.Ita enim ſcriptum eſt i libro epiſtolarũ.Mar.Ciceronis ad.L.plancũ & in epiſtola Mar.aſinii pollionis ad Ciceronem his uerbis.Nam neque deeſſe reipublicæ uolo neque ſupereſſe:per quod ſignificat ſi res emoriatur ut pereat nolle ſe uiuere. In Plauti autem aſinaria manifeſtius id ipſum ſcriptum eſt his uerbis quae ſũt eius comœdiæ prima. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ ſupereſſe uitae ſoſpitem & ſuperſtitem. Cauenda igitur eſt non improprietas ſola uerbi:ſed etiam prauitas omniſ ſiquis ſenior aduocatus adoleſcenti ſupereſſe dicat.Acron.

Supremum ſummum dicitur id a ſuperimo hoc tempus.xii.tabulae dicunt occaſum eẽ ſolis. Sed poſtea lex praetoria id quoque tempus eſſe iubet ſupremum quo prætor i comitio ſupremam pronunciabat populo.Varro.

Supellectiles menſas eẽ cuiuſcunque materiæ uel argenteas uel argẽto icluſas placet.nã & argenteos lectos argentea cãdelabra ſuppellectili cedere poſterior ætas recipit.

Siperum mare adriaticum nuncupatur per reſpectum ad thirrenum:qđ græci iſerum uocauere de quo ubi de adriatico ſatis dictũ.

Superficiarias ædes appellamus quæ in cõducto ſolo poſitae ſunt quarum ꝓprietas eſt ciuili & naturali iure eius eſt cuius ẽ & ſolum Caius de ſuperficiebus.

Superficiarius is eſt qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet ut certam penſionem præſtet.Paulus.

Superſticioſi appellati ſunt qui totos dies precabantur & immolabãt ut ſibi ſui liberi ſupſtites eſſent.Ideo non ſolum philoſophi uerum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparauerũt.

Suparus hic & hoc ſuparũ dicit.Priſ.

Suppellex & hæc ſuppellectilis nominatiuum proferebant. Cato ſi poſſet auctio fieri de artibus tuis quaſi ſuppllectilis ſolet.Priſ.

Sui quære in dictione mei.

Super iter aduerbia ānumeratur sine casibus qđ Cēsorinus approbat. Salustius. ubi multa nefanda casu super ausi atque passi q̄is praeposterе hic p̄ super casu ponat. Virgilius satis una supque uidimus excidia aduerbium sine dubio ē hic. Pris.

Suppellex & auceps suppellectilis & aucipis in noiatiuo dixerūt ueteres. nā genitiuus duabus syllabis a noiatiuo crescere nō debet. S.

Sup modo significat de. ut hæc sup arborum cultu pecudūque canebat. modo loco p̄. ut nec sup ipse sua molit laude laborē. modo p̄ insup & āplius. ut cui neque apud danaos usquā locus. Insup ipsi dardanidae infensi. & p̄ desup ut & sup. in mane baratrū & gemina sup arbore sidūt. & p̄ ultra. ut sup garamantas & indos p̄feret imperiū. Ser. i arte.

Supstitio & supstitibus quaere i uerbo religio.

Supremi. i. summi. Hora. car. O decus phaebi & dapibus supremi grata testudo.

Supinum. i. mōtuosum. Hora. car. seu. mihi frigidum prænestе seu tibur supinū: ut collesque supinos. Est. n. ciuitas posita in ascensu montis. Acron.

Suppetias dicimus auxiliū. unde & Neuius in tragoedia herculis ait. Ferte suppetias optimi comites. Fulg.

Superuenerat casus p̄ euaserat. & captæ supauimus urbi p̄ supuiximus. superent quibus hoc neptūne dedisti p̄ uiuant.

Supare restare. amissa solus palma supabat aceites restabat. Caper.

Supersest restat. significat & superat ut superāt capite & ceruicibus altis. Itē egressi superant fossas transeunt. Caper.

Supina in tū motū significant. nam do filiam nuptū deuoneū saltē latentē motū significāt. Vnde sumit infiniti futurū: ut amatuge esse: amaturū ire nequaquā dicēdū ē. In passiuo uero recte dicit: credo peccatū meū rescindendū esse. & rescitū iri. Ire non futurū. sed præsens ē & similia. Supina uero in tu actionem siue potius passionem significant amatū more uerbi: quæ appellāt uerba participialia. sicut gerundia nomina participialia iūgunt cū adiectiuo: ut miserabilis uisu. i. cū uidet: dignū auditu idest audiri. At homo supbus dicto & dictis. nō aūt dictu significatque cum dicit. Noia uero ut uisus auditus sensus corporis significāt. & more nominū cōstruūt: ut Cato dignus administratione uel administratu reipublicae: idest ut administret. Noia quidē sunt cū uero dicimus respublica digna ē administratu uerbū est. i. ut administret. Denique alterum actiuo uerbo dare potes alterū passiuo ut amatum sit ab amo: amatu uero ab amor.

Sup i eo q̄ cōtiguū ē: ut sedeo sup lapidem supra uero interiecto spacio ut nubes pendēt supra nos: confunduntur tamen. Lau.

Superioribus diebus ueni i cumanū. i. intra. superiores dies & in futuro paucis diebus erā domesticos tabellarios missurus. i. itra paucos dies. hæc Cicero. & Salu. legati triduo nauim conscendere: idest itra tres dies.

Supplodo quaere i uerbo complodo. Lau.

Supplicare in uerbo adorare. Lau.

Suppetias pro auxilio Caesar in cōmentariis atque suis fugientibus suppetias ire contendit. Plau. in epidico. Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi. i nominatiuo protulit. Lau.

Suppini agere dicuntur cum negligentes aliqd gerimus. Lau.

Suppellectilis originē fuisse Labeo ait qđ olim hi qui in legatione proficiscerentur locari solerent quae suppellectilis usu forent. Tubero hæc demonstrare supellectilem tentat quoddam instrumentum patrisfamiliaſ rerū ad quotidianum usum paraturum qđ in aliam spem non caderent. uerbi gratia. pe num argenteum. uestum ornamentum: instrumentum agri aut domus. Pom.

Supellex ē domesticum patrisfamilias: instrūmētum qđ neque argēto auro uel facto festi ānumeretur: idest res mobiles nō aialia. Pōponius de supelle. legata.

Supremum appellat optimum. Neuius patrē suum a supimo deductum. Var.

Suppum antiqui dicebant quæ nunc supinū dicimus. Fe.

Supremum modo significat summū modo extremum: modo maximum. Fest.

Supplicia ueteres quædā sacrificia a supplicando uocabant. Fe.

Supplicare est inuoluere uel rapere a pilorum raptu. unde & furtum passi compilati dicūtur. Plautus in truculento. hæc cum uidero fieri suffocor. suppilo de præda prædam capio. Cecilius i nauclerio. suppilatum ē eum atque omnia ornamenta. Pomponius i sarculariam. altera apportat prodigit patrē sup pilat semper. Noni.

Supplantare dictum est pedem supponere. Lucil. libro. xxix. supplātare aiunt græci ὑποσκελίζειν. Mar. Tul. de offi. libro tertio. Contēdere debet q̄ maxīe possit ut uicat supplātare eum qui cū certet ac manu pellere nullo modo debet. Nonius mar.

Supponere & ſubducere differũt. nã ut ſubduci dicũt quæ nolumus amittere: ita ſupponi quae nõ deſideramus. Te. i heau. Referã ſacrilego illi gratiam q̃ hunc ſuppoſuit nobis Plau. huc ſuppõat hircus unctus nautea. D.

Supploſionẽ plauſum uel pcuſſum. Ci. de oratore li. ii. Et quo fereor ne nihil ſint tui: niſi ſupploſionẽ pedis imitatus. Nonius mar.

Superbiloquẽtia. Cic. tuſ. li. iiii. animique ipotentiã & ſupbiloquentiã. Nonius mar.

Surditatẽ. Cice. tuſcu. lib. v. In ſurditate uero qdnam mali ſurdaſter. M. Craſſu. No.

Surregit Eſortus p ſurrexit. & quaſi poſſit fieri ſurrectus frequẽter poſuit. Liuius. Fe. põ.

Suremit ſumpſit. Inque manu ſuremit haſtam Feſtus pompeius.

Surempſit ſubſtulerit. Feſtus.

Surrigere ſignificat ſurſum erigere: quo uerbo ruſtici utũt cũ terrae fruges ad uentilãdum i areis erigũtur. Vir. li. iiii. æne. Tot linguae totidẽ ora ſonant tot ſurrigit aures. Feſtus.

Surrũ dicebãt: ex quo p dĩminutõem fit ſurrulus. Enni. unus ſurruſſus ferret tamen defendere poſſent. Feſtus.

Surdaſter dĩminutõnem ſurditatis ſignificat: non plane ſurdũ ſed ut ſic dicam ſurdulus.

Surſum quaere in citro. Lau.

Suſcipimus ad animũ & mẽtẽ referẽt. ut ſuſceptũ pfœceminius. Succipimus corpore uel ſubrapimus. ut ſuſcipiunt famulæ. collapſa que mẽbra ſuſcipimus aliquãdo uenerãtes. Caper.

Sũſpicatur antiqui oſpicatur dixerunt. Claudius. viii. hiſto. oſpicatur ait.

Suſpicio quære in uerbo deſpicio.

Suſque deque ſignificat plus minuſue.

Suſcipitur recipitur pars qd̃ hinc prẽditur ſolum aliqd p ſe recipitur. Aſco. pedi.

Suſcitabulũ honeſte poſitũ incitamentũ. Varro. honos liras. phœnicia ſum uoci ſuſcitabulũ cãtaciũque gallus gallinatius. No.

Suſpicio miror. Virg. i. æne. & faſtigia ſuſpicit urbis. ſicut ecõtrario deſpicit cõtẽnit. Ser.

Suſpectus a ſuſpicor uenit & a ſuſpicio.

Suſpenſus ſollicitus. Vir. vi. æne. dũ cõſulta petis noſtroque i lumine pẽdens. Ser.

Suſpicioſum q̃ i ſuſpitõe ſit. Cato de re floriana. Sed ſi qs palã corpore pecuniã quæreret aut ſe lenoni locauiſſet. & ſi famoſus & ſuſpicioſus eẽt. uim i corpus liberam nõ æquũ cenſerim ac ferri. Feſtus põ.

Suſpicioſus reqre ſupra i formidoloſus. A. gel.

Sutolæ doloſæ aruſticiæ a ſimilitudine ſuentium dictæ. Feſtus.

Sutelã dici uolũt auſtutiam quaſi ſubtilis tela. unde plau. i caſſina ait. Flumen ſutelis tuis præcipe caſſinã uxorẽ prompte ut poſtulas. Fulgen.

Sutilis balteus: ſutilis cymba p conſuta ẽ. L.

Sutrina quære in officina. Lau.

Sutor a ſutrina ut medicus a medicina nõ a medendo & ſuendo quæ ultima omnino huic rei eaq̃ rerum radices illa ſunt ut ſequenti libro apietur. Varro.

Suus naturalis. Virg. ii. geor. quæque ſuo uirili ſe gramine ueſtit. Ser.

Suos heredes accipere debemus filios filias ſiue narurales ſiue adoptiuos. Vlpi.

Suũ uerbũ ãbiguũ ẽ. utrũ de toto an de parte ſignificat. & iõ q̃ iurat ſuum nõ eẽ adiiciendũ neque ſibi cõmune eẽ. Pom. de uer. ſig.

Suus in dictione mei. Lau.

Scurrile a ſcurris ridiculũ cũ turpitudine. Cic. de ora. Ridiculo ſic uſurũ oratorẽ ut ne nimis frequẽs: ne ſcurrilis: nec ſuboſcenus. N.

Scuta ſunt equitũ. Liui. vi. ab urbe condita clypeis facere ſcuta. Ser.

Scutum a ſectura ut ſecturũ qd̃ ĩminute ſectũ ſit tabellis. Varro.

Scutillũ tenue & macrũ & in quo tantũ exilis pellicula cernitur. Fe.

Scruto. Plau. in aulu. poſtremo hunc iam perſcrutaui augurio. No.

Scrupus pprie ẽ lapillus breuis & aſper q̃ præſſus pede ſollicitudinẽ creat. unde & ſcrupulus dictus ẽ. & ſcrupeus. i. aſper. Vir. vi. æne. ſpelunca alta fuit uaſtoque immanis hyatu ſcrupea. Seruius.

Scrupi dicũtur ſaxa aſpera & diſtantia a tractu umbræ. unde ſcrupuloſam rẽ dicimus quae aliquid in ſe habet aſperi. Fe.

Scrupulus ẽ lapillus qui i calceo latẽs plærunque nos ledit & opprimit. Terẽ. i adel. inieci ſcrupulũ. & dictus ẽ a ſcrupulo lapillo minimo. Nimis enim moleſtae ſũt pedibus ſcrupuloſæ uiæ. Idem i and. At mihi ſcrupulus unus reſtat. Do.

Spurius q̃ ex muliere nõ nupta ẽ ortus. qd̃ per ignorãtiã obiectũ ẽ. Sabini nanque pudẽda mulieris ſporios appellant. Ser.

Spurcũ uinũ dicebãt cũ aqua admixta aut igne tactũ erat. muſtũ uero anteq̃ deferueſcat. F.

Stuprũ in hoc ab adulterio differt: q̃ adulterĩ i nuptã. ſtuprũ i uiduã cõmittit. Ser.

Stuprũ qd̃ i uiduis cõmittit hoc ſolũ dici putãt. Sal. li. iii. hi. Ac ſtati ſagittis cõtra præceptum ducis rapere ad ſtuprũ poſuerũt. No.

Stuprũ p turpitudine antiqui dixerunt. Vnde

ẽ in carmine fœde ſtupreque caſtigo quotidie. Feſtus.

Stura flumen ẽ ĩ agro Laurẽti. Feſtus.

Stulticia quattuor modis dignoſcit. aut cũ nõ uenerit in mentẽ qđ oportet. aut ſi uenerit nõ tenere. aut bonum cõſilium non admittere: aut malũ admittere. Hinc econtrario Hæſiodus optimus ille qdẽ q ꝑ ſeſe oĩa noſcens præceptor ſuus ipẽ ſibi meliora peregit. Rurſus & ille bonus monitus qui recta ſequetur: q non ipſe ſapit neque credit recta monenti. hic nullam in ptẽ utilis ẽ. Dona.

Stultoꝝ feriæ appellabant quirinalia q eo ſacrificant hi q ſolenni die aut nõ potuerunt rẽ diuinã facere: aut ignorarunt. Feſtus.

Strupi uocabant q ĩ puluinaribus faſciculi de uerbenis facti: qui ꝑ deoꝝ capitibus ponebant. Feſtus.

Strui dicebãt oĩum reꝝ iſtructiones. Feſtus.

Struere antiqui dicebãt q augere. unde induſtria. Feſtus.

Struteũ membrũ uirile a ſalacitate paſſeris q græce ſtrutos dicitur arius præ appellatur renã appellabãt dicebatur dicere.

oſo hominis boni a numero ſignificat alterũ tertiũque neutruꝝ ſimilis cõmodi uelut trenã præpoſita. ſ. littera. Feſtus.

Structuram alicuius loci ex tabulis factã quae æſtate tollerent & hieme ponerẽt ædium eſſe ait Labeo. Quoniã perpetua cauſa parata eſſent neque ad rem pertinere qđ interim tollerentur. Pomponius de adulteriis.

Stuprũ & adulterium lex iulia ꝑmiſcue græci μοιχειαν appellant. ſed ꝑprie in nuptam adulterium cõmittitur ꝑpter partũ ex altero conceptum compoſito nomine. Stuprũ uero in uirginem uiduamue cõmittitur. qđ græci μολυσμον corruptionẽ appellant Diui Seuerus & Antonius ſcripſerunt etiã ĩ ſponſam adulterium iudicandum. quia nec matrimonii qualecũque nec ſpem matrimonii uiolare ꝑmittitur. Modeſtinus de adulteriis.

Stuprũ cõmittitur ĩ liberã mulierẽ cupidinis cauſa matrimonii cõtinet: excepta uidelicet cõcubina. Adulteriũ ĩ nupta cõmittitur. ſtuprum in uidua: uel uirgine: uel puero. Modeſt. de uer. ſig.

Struprũ ĩtelligitur etiã in his mulieribus quae turpiter uiuerẽt. uulgoque quæſtũ facerent etiam ſi non plura & ſiqua ſe in cõcubinatu alterius q̃ patroni tradidiſſet matriſſa. honeſtatẽ nõ habuiſſe. Etiam dicit Marcellus de ritu nuptiarum.

Structurã alicuius loci ex tabulis factam quæ æſtate tollerẽtur: & hieme ponerẽtur ædiũ eſſe ait Labeo quoniã ꝑpetuis cauſa parata eſſent: neque ad rem ptinere q interim tollerentur. Pompo. de adulte.

ABERNAS NON VINARIAS ſolum: ſed oẽs quæ ſunt popularis uſus auctoritas Romana patefit. Varro de uita. pa. lib. ii. hoc in teruallo primum forenſis dignitas credit: atque ex tabernis ligneis argentariæ factæ. Nonius marcellus.

Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificiũ ex eo q taberna tabulis claudebatur. Inde tabernacula: & cõtubernales dicti. Vlpi. de uer. ſig.

Tablinũ locus proximus atrio a tabulis appellatus. Feſtus.

Tabificabile uel tabificũ. Actius in medea parneci orbificor liberorũ leto & tabificabili. Cic. tuſc. li. iiii. atque ut hæc tabificae mẽtes perturbationes ſunt.

Tabi de uiuo dicitur ſanguine. Virgilius. viii. æne. Et ſaniæ taboque complexu in miſero longa ſic morte uocabat Ser.

Tabulata ſunt rami effuſiores per quos uitis uſque ad ſummũ aſcendit: & in plana tendẽtes nõ in altiora creſcentes. Vir. li. ii. geor. ſũmaſque ſequi tabulata per ulmos. Ser.

Tabularia ſunt ĩ quibus actus publici cõtinentur. Vir. iii. geor. nec ferrea iura iſanumque forũ & populi tabellaria uidit. Ser.

Theſtexilis: & aſpiraf th. & erãt ſcđm quoſdã militũ notæ q ex bello uel ſupſint. Nã ſin capite uerſiculi uiuũ th mortuum ſignificabat Perſius. & poſitis eſt nigrum uicio præfigere theta.

Tabi & tabo alii caſus ĩ uſu deficiũt. Luca. ſtillantis tabi ſaniem. Virg. iii. æne. & terrã tabo maculant. Pri.

Tabes tabis tabæ. Lucili. Imbribus & tabae niborum arbuta uacillent. Priſ.

Tabernaculum nõ dimminutiuũ. Lau.

Tabularium locus eſt ubi tabulae. i. inſtrumenta & litteræ reponũtur. Lau.

Taberna quære in officina. Lau.

Tabin mons ĩter antropophagos ſcythas eminens: oceano ſeptentrionali iũctus ĩter quẽ & taurum ſeres habitant.

Tabor mons ĩ medio gallileæ rotũdus & ſublimis iuxta nazareth.

Taberna iſtructã ſic accipimus quæ & rebus & noĩbus ad negociatõem parata eẽ conſtat.

Tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figurã ſiue igit tabulæ ſint ligneæ ſiue cuiuſcũque alterius materiæ: ſiue cartæ ſiue membranæ: uel ſi corio alicuius animalis tabulæ recte dicũtur. Vlpia. de bo. ſecundum tabulas.

Taburnus mons campaniæ oliuetis abũdans.

Tacitus actionẽ ſignificat. eſt enim taciturnus Vir. tamẽ paſſiue dixit. Quis te magne cato tacitũ aut te coſſe relinquat. La.

Tacere etiã ea dicimus quæ ſine uoce uel ſono ſũt. Virg. li. iiii. æne. torũque pererrat luminibus tacitis. Et cũ tacet omnis ager. No.

Tacere ſecurũ eſſe. Teren. in an. Qui taces cur nõ ſecurus es. Et in adel. Tace egomet cõueniam Pamphilũ. Dona.

Tacere obticere & reticere differũt. Tacemus enim conſilia. Vir. nec tacui demens. Obticemus quorum pudet. Teren. in phor. Heu nũquid obtices. Reticemus dolores. Teren. in heau. ne uerere ne retice. Do.

Taciturnitas eſt obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta & in celando ſecreta. Teren. i an. Sed his quas ſemper intellexi in te ſitas fide & taciturnitate. Do.

Taciturnitas confeſſionis genus eſt: præſertim cõtra aduerſarii interrogationẽ. Ideo tacere hodie quaſi laudis argumentũ eſt. Teren. in hea. Quis ais gnato nũquid habes qđ contẽnas. tacet ſatis laudat. Do.

Taciturnus qui facile tacet. Fe.

Tacitus etiam argutus qui poteſt tacere. Feſt.

Tactus afflatus & leuiter fulminarus. ut Ci. Tactus etiam ille qui hanc urbẽ cõdidit Romulus. & Virgi. in buc. De cœlo tactas nemini prædicere quærcus. Ser.

Tænarus promontoriũ laconiæ iuxta ſpartam ad finẽ malei montis: ubi hiatus quidã magnus dicitur eſſe additus ad inferos.

Tænia faſcia. Seruius. Victæ extremitatem dixit: ſed pro tota ponitur. Virg. tempora tænis a tæna nominatiuo & non tenea.

Tahempocom appellarũt græci genus ſcribẽdi deorſum ut nũc dextrorſum ſcribimus. Fe.

Tagax furũculus a tangẽdo dictus. Lu. perſcribere poſſem tagacẽ mutonis manũ. Fe.

Tagus fluuius luſitaniæ toletum radens oritur prope Hiſpaniam cartaginem. habet arenas aureas.

Taigetus mons lacenũ ter lacædomoniã & mater a Taigeta filia Agenoris regis phœnicũ: & eſt frigidus: & una eſt ex pliadibus.

Talæmentris proprium qui Troianis tulit auxilium.

Talentũ ſecundũ Iuliũ pollucem ponderis nomen adducit. Home. duplex eſt acticũ: & euboicũ. Item acticũ magnũ & paruũ. magnũ lxxx. libras & paulo plus. Pli. xxxiiii. et lxxx. triũ libras & quattuor unciarũ. Priſcait ſex. M. denarios Romanorũ continere. ſiliqua & pro faba græca minimũ põdus eſt. Vnde obulus qui ſcrypulus græ. ſex ſiliquas continet drachma. xviii. ſcrypulas tres. argẽteus nũmus qui denarius. dicebat quattuor ſcrypulos. Inde uncias octo drachmas uel denarios. vi. libra Italica. xii. uncias denarios. lxxii. uel drachmas. lxxxxvi. Eadem apud Italos æs: græcos mna: nos minam: quæ maior erat: q̃ libra noſtra. Pli. xii. de thure. Inueniuntur guttæ quæ tertiam partem minæ hoc. xxx. triũ denariorũ pondus æquẽ: Vnde ſecundum. Liui. ſic inſtitutum dicit talentũ ne minus pondo. xxx. Romanis ponderibus pendat paruum talentum. lxx. librarum. Seneca ad nouatũ epiſtola. x. uiginti quattuor ſextertia ideſt talentum acticum paruum. Varro. dipondus & ſemis ſeſtertiũ antiquum eſt. & ita antiqui ſolebant dicere ſemis quintus: ſemis quartus: ſemis tertius. Inde ſextertius. & tium. ut dipondius: & dium. unum pondus aſſipondium. a tribus aſſibus treſſis & ſic uſque ad decem a decem decuſſis: uigeſſis: triceſſis: uſque ad nonuſſis: & centuſſis. Euboicum minus acticõ nõ tamen multum. iiii. nummum Romanorũ ſecundum Feſtum tempore Homeri: quid parum fuit. nam in funere patrocli ultima præmia dixit duo talenta: & primum uictorem bouem accæpiſſe. nomina unciarũ deunx. xi. quaſi una dempta ex aſſe deſtans. x. dempto ſextãte. dodrans. ix. quaſi dempto quadrãte. beſſis. octo. bis triens ſeptunx unciæ. vii. ſemis ſex quaſi ſemis as. quincunx. v. triens. iiii. ideſt tertia pars aſſis. quadrans. iii. ideſt quarta pars aſſis ſextans duæ unciæ ſextа pars aſſis. uncia ab uno ſexcunx uel ſecũcia uncia & media: ut ſemodius modius & dimidiatus. ſelibra unica libra & dimidia. ſemiuncia ſemis eſt unciæ duæ ſextulæ tertia pars unciæ ideſt ſcrypuli. viii. dimidia ſextula ſcrypuli duo. ſextula & dimidiũ ſextulæ ſicilicus appellatus ſcrypulus ſiliquæ ſex

Talus facit dimminutiuum taxillus. Pom. Interim cum contemplor orcha taxillos peridi. Priſcianus.

Talitrum é ad pollicem reducto digito deinde relaxato impetu pcuſſio.

Talentum quære in dictione denarius. P.

Talassionem in nuptiis. Varro ait signũ esse hanificii. Talassionem enĩ uocabãt quas illũ q alio modo appellaĉ calathus: uas utique sacrificiis aptũ. Fe.

Taleas sciſſiones lignoꝝ uel præſegmina. Var. de re ruſti. li. i. Nã etiã núc ruſtica uoce inter calare dicit diuidere. uel ramum ex utraque parte aqualiter praeciſum quas alii taleas appellant. No.

Talentũ ſcdm uarias gentes pondus ẽ uarium ſed apud romanos talentum eſt. lxx. libras. Sic Plau. oſtendit in muſtellaria qui ait duo talenta eſſe. cxl. libras. Ser.

Talipedare ẽ pedibus uacillare & quaſi talis in ſiſtere. Feſtus.

Talia folliculum cæpe. Fe.

Talus prænomen erat ſabinoꝝ. Fe.

Tam & q̃ aduerbia: compatiuo uel ſuplatiuo adiiciunĉ cum duo uel plures comparatiui uel ſuplatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquáĉ uel idẽ geminãĉ. ut tã iuſtior q̃ fœlicior æneas Hectore. Cice. ꝑ deiotaro. Iſtã inq̃ dexteram nõ tã ĩ bellis neque ĩ præliis q̃ in promiſſis & fide firmiorẽ. bis enim firmiorem itelligendũ ẽ. Priſ.

Tameſis flumen ĩ anglia dicit hodie tamaſia.

Tamen ubi præcedit quanq̃ licet & cætera dat principiũ cõſtructionis: ipſa dictione tamẽ excuſſa: qđ idcirco ĩ ligatura & quaſi iũctura orationis iſertum ẽ: quia oratio unde nõ debuerat incœperat. ideo tamẽ abiicit tanq̃ fũcta officio ſuo. Lau.

Tamen ipm ſignificat ſtatim. Plau. in rudente ut fortunã núc amitteret cũ exiſſẽ exæquare rem tamen. Virgi. ĩ buc. hic ædes deponi tamen ueniemus ĩ urbem. No.

Tamen ſignificat tandẽ. Salu. i. iii. hiſto. Nam qui enare conati ſũt icti fragmẽtis nauium aut afflicti a ſuis undarũ ui mulctato fœde corpore. Nonius.

Tamina uua ſilueſtris dicta q ꝑ tam nigra ſit q̃ tamum. Feſtus.

Tama dicit cũ labore uiæ ſanguis in crura deſcendit & tumorẽ facit. Lucre. Inguenne exiſtat papulæ tama nebona noxit. Fe. pom.

Tam qualitatis ẽ tot q̃titatis. Ter. in heau. Cui tam ſubito tot obtigere cõmoda.

Tam ſignificationem habet poſitiuã cui ſubiũgimus q̃. ut tã bonus cherulus q̃ bonus Homerus. tam & ꝑ tamen uſi ſunt. Fe. pom.

Tam modo dicebant antiq ꝑ modo. Fe.

Tandem & tamẽ natũ ẽ ab eo qđ ueteres idem dicebãt. Teren. i an. Tu tamen idem has nuptias perge facere. Et tandem aliquãdo non ẽ aduerbium. & ſaltẽ ſignificat. Idẽ in heau. ut heream in ꝑte aliqua apud taidem tandẽ Donatus.

Tandem expletiua coniũctio ẽ. Cic. quouſque tandẽ abutere Catilina patiẽtia noſtra. Te. ren. ĩ phor. ita ne tandem uxorem duxit an tipho ĩ iuſſu meo. Donatus.

Tandem cũ ſignificet aliquando interdũ tamẽ ꝑ ſupuacuo ponit: ut Teren. Ita ne tandem uxorẽ duxit. Cic. etiã duplicat temporalem ſignificatõem cũ ait tandẽ aliquando. Fe.

Tandẽ ſignificat uix: ut apud Ciceronẽ tandẽ aliquãdo quirites. Vir. lib. iii. æne. Ergo iſpirata tandem tellure potiti. No.

Tandẽ ſignificat tamen. Titinni. ĩ gemina ſimphonia odioſum tandẽ ut moribus placeã uiro. Nonius.

Tangere cũ multa tum etiã ludere & fatigari ſignificat. Teren. in heau. quo pacto rhodiũ tetigerim. Dona.

Tangit ſimpliciter dicitur qđ attigit cõtigit facit compoſitũ. Feſtus.

Tandem ꝑ aduerbio temporali & ꝑ cõiuctione expletiua iuenitur. Ci. iuect. primo quo uſque tandem abutere patientia noſtra Catilina. Priſ.

Tanais fluuius ſcythiæ qui danubius dicit: q diuidit aſiam ab europa.

Tãtiſper ferre poſtulat poſt ſe dum pro donec ſiue q̃diu. cætera quoque compoſita a per tẽporis breuitatem ſignificant. ut quantiſper parumper: pauliſper: aliquantiſper. Donec & dum dupliciter ſumuntur: ut donec moriar cum ſubiunctiuo ideſt uſque ad mortẽ & donec uiuo ideſt q̃diu uiuo cum indicatiuo. Laurentius.

Tanti & quanti quaere ĩ dictione magni.

Tantũ abeſt ſequente ut. uel geminato ut ſignificat non modo hoc non ẽ: ut Cic. de offi. tãtum abeſt ab officio. ut nihil magis poſſit eẽ contrarium. ideſt nõ modo officium nõ ẽ. uerum etiam nihil magis officio põt eẽ contrarium per duplex ut ſic. idem ꝑ lege manilia: tantũ abeſt ut aliquam bonam gratiã quæſiſſe mihi uidear ut multas etiã ſimultates partim occultas: ptim aptas ſubeũdas mihi eẽ intelligam. Interdũ ponit ſine ut & ſine ablatiuo: raro tamen. Cic. tantũ abeſt ut iflamares noſtros animos: ſomnũ iſto loco uix tenebamus. Quintil. utiĉ aliter hac dictione tantũ. ut ultra ex latrones parũ habet non ſepelire: niſi aliorum quoque officia præcederit: tantũque nõ petita ex fluctibus aqua reſtringit ignem. Laurẽtius.

Tanto quære in dictione adeo. Lau.

Tanti quanti cũ compositis quãtilibet tantidẽ quãticũque: totidemque pluris & minoris: soli hi genitiui iũgũtur cũ mereor: comparo taxo: liceor: addico. distraho: metior ꝑ æstimo: constat: conduco: loco: fœneror: paciscor: pango pepigi: condemno: postulo: & cũ similibus quæ in cæteris dictionibus postulant ablatiuũ. ut uẽdidit hic auro patriã. Quin. in pastu cadauerũ. hoc unũ superat ut deuectũ tantidem uenderes. Iuue. Quãticũque domus constet. & idem. Balnea sexcẽtis & pluris porticus empta dicimus præterea uendo melius: peius: carius: uilius: minori precio pluri summa per substantiuum exponitur. Laurentius.

Tandem habet urgẽs quiddã & accelerans per interrogationẽ sæpe. ut quousque tandem abutere patientia nostra Catilina. Et accipit ꝑ demũ uel denique. Vir. Mori me denique cogis. Demũ etiã accipit pro solũ siue omnino præcipueque cũ his iũctũ & tũ ita. Cice. in Saluſtium. ea demum magna uoluptas ẽ. Quin. Ita demum mihi satisfacies si apud patrẽ fuisti. Componitur quidẽ ab his & demũ idẽ. Oui. ꝑ demũ posuit denique: siqua metu dẽpto casta est ea denique casta est. La.

Tanager fluuius lucaniæ i æstate siccatur. Vir. Sicci ripa tanagri.

Tanais fluuius scythiæ in paludem meotidem dirimit Asiam ab europa.

Thanatos mors. Inde athamatos immortalis. mors aliquando actus moriendi. aliquando ꝑ dea. Tanes persa ex ducibus darii.

Tantalus: Iouis ex plote nympha filius quem dixit Eusebius. li. temporũ regem phrigiae & cũ Troo rege dardaniæ bellum gessisse q̃ Ganimedem rapuerat qui ob filiũ iterfectũ detrusus ad inferos siti torquetur & fame. Agamennonis & menelai auus. Vnde tantalides dicũtur. alius corinthioꝝ rex ob pietatem deorum mensis dignatus Alius Thiestis filius ex merope ab atreo interfectus & appositus esca patri.

Tangere ferire cõmouere. Vir. li. xi. Nec solos tangit atridas iste labor. M. T. in frumẽtaria uerinarum. Nunq̃ mea te cura tuarumque fortunarũ cogitatio tãgit. Lucre. nec bene ꝑ meritis capitur nec tangitur ira. Nonius.

Tangere est contingere. Lucre. lib. i. Tangere enĩ & tãgi nisi corpus nulla potest res. Te. i ad. Nunq̃ dum ego adero hic te tanget. Nonius marcelus.

Tangere inspicere, Lu. li. vi. Ne quicq̃ priusq̃ omnes nenas tetigit ac præcordia. Nonius.

Tangere ẽ circumuenire. Tur. i demetrio at. n. ineptus meus mihi est pater iratus quia se talento argenti tetigi ueteri exẽplo amanti. Luc. li. xxx. Et mistonis manu perscribere posset aiacem pomponiũ a leonibus. At ego rusticati tangã urbanatim nescio. Nonius.

Tangere contingere. M. T. i uerrem. actica enĩ uerres simulat tetigit prouinciã. Vir. li. ix. Stat fatis generumque datũ tetigere q̃ arua fertilis ausoniæ troes. No.

Tanne eo usque. Affra. Tãne arcula tua plena ẽ aranearum. Festus.

Tantisper pro quasi tantũ. & paulisper q̃si paulum: ut parumper quasi parũ dictũ est. Te. in and. Dum id restitũ iri credit tantisper cauet. Donatus.

Tantopere uim aduerbialem in se continet: & significat nimis. Te. in ad. Ego in hac re nihil reperio q̃obrẽ tãtopere lauder hegio. D.

Tantisper pro interim positũ. Te. in heau. Decreui tantisper me minus iniuriæ chremeo gnato facere dũ fiam miser. Ser.

Tapete tegmen mire pictũ de uariis coloribus. Var. in hercule socratico. In omnibus rebus bonis quotidianis cubo in sardianibus tapetis. Vir. li. xi. Qui forte tapetibus altis extructus toto perflabat pectore sonũ Turpilius. Glabrũ tapete. No.

Tapinosis ẽ rei magnæ humilis expositio. Vir. i. ænei. Apparent rari nantes i gurgite uasto ταπεινὸς enim græ. latine humilis. Ser.

Tapetũ & tapes tapetis.

Tapinosis humiliatio ut in gurgite uasto:

Taphos sepulchrũ unde epitaphiũ.

Tapsus insula decẽ stadiis a sicilia ꝑpe siracusas pene fluctibus par in mari nũc in cõtinenti.

Tarditudinem & tarditiem pro tarditate. Pla. in penulo. Podagrosi estis ac uicistis cocleas tarditudine. Ac. in alcmena. atque equos segnes somno & tarditudine. Idẽ in diomede. multa mittũtur tardicie & secordia. N.

Tardus corpe ac mẽbris ẽ: q̃uis etiã itellectu tardos dicamus q stulti sũt. Ter. i heau. Fatuus ẽ isulsus tardus stertitque noctes & dies. D.

Tardũ pigrũ. Vir. li. ii. geor. sæpe oleo tardi costas agitator aselli. Teren. in heau. Fatuus est insulsus tardus. No.

Tardũ diuturnũ pseuerantẽ. Vir. li. ii. geor. India fert tristis succos tardũque saporẽ. No.

Tardus stultus. Vir. tardi uenere subulci. porci enĩ cito ãbulãt. Et Te. tardus es. i. stultus. Se.

Tardigemulo in neuiano carmine criminabamur. & ut quæque uox indidẽ animaduerti

digna ſubuenerat qua nos quoque poſſe/
mus uti memoriae mãdabamus. Erãt ãt uer
ba quæ tũc ſuppetebãt huiuſcemodi corpo
re iquit pectoreque undique obeſo ac mẽte
exeſa tardigemulo. ſenio oppreſſum. A. gel.
Tartarus idcirco dicũtur q̃ omnia illic turba/
ta ſunt. Seruius.
Tarpeius mõs dictus primo locus capitolii. V.
Tartarus Plato in quarto de fluminibus apud
iferos quæ ſint i his unum tartarũ appellat
quare tartari origo græca. Varro.
Tartarino horrendo & terribili. Fe.
Tarmes genus uermiculi carnẽ exedens.
Tarracina p̃ duplex r potius oppidũ uolſcoꝝ
prius anſur dictũ: prius diuerſa fortuna a
reginis experta a ταραττω conturbo.
Thara partorum uicus.
Tararius miniſter.
Tartheſii ipii albanoꝝ regis Plu. i uita Romuli
Tartheſius dixit Plu. ſecundũ quoſdam q̃ fuit
ipius albanorum rex.
Tarchon quaſi arcon græce dẽpta o ſed accipit
o græcã litterã quia proprium & Tarcho ut
Apollo & Plato. & rapho pro raphon.
Tarentũ urbs iclita calabriæ circa ſalentinorũ
confinia: a tara Neptunni filio ſecundum
Seruiũ ædificatum a palanto aucta. Iuſti. iii.
græ. tarantũ ut talantum
Taras Neptunni filius ut dictũ eſt.
Tarna urbs apud Home. quã dicunt poſtea
ſardis dictam.
Tarpeia filia Tarpei qui arcẽ ſabinis prodidit
Tarſus urbs clariſſima ciciliæ: quã Perſeus Da/
naes filius ædificauit. Plinius. v. per quã cye
nus defluit apoſtoli Pauli patria.
Tartarus locus ifernalis a græ. ταραττω me cõ
turbor & in plurali neutri generis tantum.
Tarteſſus locus ultra colũnas Herculis.
Tauras uaccas ſteriles dici exiſtimãt hac de cau
ſa q̃ non magis pariant q̃ tauri.
Tauri appellabant ludi i honorẽ deoꝝ iferoꝝ
facti. inſtituti autem uidentur hac de cauſa
regnante ſuperbo Tarquino cũ magna ici/
diſſet peſtilentia i mulieres grauidas: quae
fuerant facta ex carne diu uendita populo
touroꝝ: ob hoc diis inferis inſtituti ludi &
uocati ſunt. Fe.
Taura appellat uacca quæ ſterilis eſt. quæ præ/
gnãs ẽ horda ab ea ifauſti dies hordalia no/
minant q̃ tũ hordæ boues imolantur. Var.
Taurelia ſacrificia erant. Aſco. ped.
Taurus pro boue forti. Vir. Inde taurinus i lõ/
ga & ita oĩa a mutis in hac forma: aprinus
formicinus: leporinus: hirũdinus: caprinus
lupinus: porcinus. ouinus: ſuinus. ouillas &
ſuillas diminutiua ſecundum Priſcianum.
Taurus etiam mons. Pli. v. iſolinus: ab indico
mari inter egyptũ & pamphilicum pelagus
ripheis iugis ãnectitur. & diuerſa habet no/
mina ſecũdũ gẽtes apud idos hyamos: apud
parthos prænifates. Inde taurus altiſſima
ps caucaſus: qđ Pompo. negat qđ euphra/
tes alluit caucaſũ a ſiniſtra taurũ a dextera.
Tauromenim mons in ſicilia cũ urbe aſperri/
mus romanorũ colonia. Inde tauromenita/
nus ut drepanitanus.
Tauromenius ſiciliæ fluuius & oppidũ iter ſy/
racuſas & meſſanã: q̃ appellat & euſobõcora
Taunus mons eſt germaniæ altiſſimus.
Tauchira urbs bracheoꝝ i libya.
Tautologia idem eloquiũ. ut ſi fata uirũ ſeruãt
ſi ueſcitur aura.
Taxat & taxatio a uerbo tãgo dicũtur unde &
taxatores a ſcenicis dicũtur qui alterutrum
maledictis tangũt. Fe.
Taxare præſſius crebriuſque eſt q̃ tangere un/
de id proculdubio inclinatum eſt. & iactare
multo fuſius largiuſque eſt q̃ iacere unde
id uerbũ tractum eſt. ſic etiã quaſſare q̃ qua/
tere. Macrobius de ſaturnalibus.
Taxim ſenſim uel occulte. Pompo. i buco Ado/
ptatu clãdeſtino tacitus taxim perſpecturi
per cantum.
Taxis pro tetigeris. Varro. i modio ſed petulo
ne meũ taxis librũ. No.
Taxus uenenata arbor eſt quæ abundat i cor/
ſica. Vir. in buc. Sic tua cirneas fugiant exa/
mina taxos. Ser.
Taxus arbor uenenata. Virg. iiii. geor. Neu pro
prius tectis taxũ ſint. Ser.
Taxus arbor de qua i ſimilace generis fœmini
ni pro animali maſculini.
Taxare eſt maledictis tangere. Sueto. li. ii. Sed
etiã ut nũmularii nepotẽ ſic taxat auguſtũ. &
xii. diuortiũ ſuũ cũ uxore taxaſſet.
Talthybius agaménonis præco: q cũ euribate
miſſi ſunt ad achillẽ p̃ Briſeide.
Talpius græcus ad troiam.
Talamus cõiugis utriuſque cubiculũ.
Thalia una muſaꝝ græce accentũ habet i pri/
ma uel in ſecũda: a θαλω græ. germino uel
uiræo græ. platũ. nã thalio dici debuit ut ci
terea & noria: nã ei i e ſecũdum Seruiũ: ſed
nõ ſeruatur: ut nilus nilos ſpõdeus ſpõdios
& una gratiaꝝ. uel hæc uel alia.
Thalaſſius qui pulcherrimã uirginem i raptu
ſabinaꝝ habuit amare deductũ.
Tatianus nomen propriũ.

Tasii populi thraciæ in insula thaso ubi auri materia & alia metalla fodiũtur.
Thasiũ genus uini a thasis græ. detentio.
Tasiũ uinũ. Ody. x.
Thaumancias iris a thauma miraculum quasi miraculi filia.
Thamira uel thamiras græ. θαμυρίδ thracius cantandi peritus. de quo Hom. li. ii. Ili. cum ex hœchalia nidorio musas obuiã habuisset eas ad certamen puocauit quæ ei & modulã di peritiã & uisum abstulerũt penitus.
Thamanei populi i scythia asiæ.
Thales unus ex septẽ. Lau.
Trabes ꝓprie dicunt duo ligna cõpacta. Fe.
Trabs. Var. in parme. Alia trabs ꝓpius i humũ accedẽs ꝓxime fregit ramos cadẽs. No.
Trabea toga est augurum de croco & purpura. Vir. vii. æn. Ipse quirinali lituo paruaque sedebat succinctus trabea. Ser.
Trabica nauis qđ sit trabibus confixa. Pacuuius. labitur trabica in alueos. Fe.
Tracali appellant muri cũ ac purpuræ superiores partes. unde ariminenses maritimi homines cognomẽ traxerũt trachali. Fe.
Tractim ut sensim idest diutine longo tractu. Plaut. in amphi. Quid si illum ego tractim tangam ut dormiat. No.
Tractim iugiter sine itermissione. Virg. quarto geor. tractimque susurrant. Ser.
Tractus plaga regio. Vir. ii. geor. iudicio est tractu surgens oleaster eodem. Ser.
Tragus genus conchæ mali saporis. Fe.
Tragula genus teli dicta qđ scuto ifixa trahat Festus pompeus.
Tragula ab eo ꝙ trahatur per terram. Varro.
Tradi rem si stipulamur non intelligimus ꝓprietatem eius dare stipulationem si tãtum tradit. Pau. de uerbo. signi.
Transigit qui quasi de re dubia & lite incerta nec finita transigit. paciscit uero q donationis causa rem certã & idubitatã liberalitate remittit. Vlpianus de transactio.
Trãsacta finitaue intelligere debemus nõ solũ de quibus cõtrouersia fuit: sed etiam quæ sine controuersia sit possessa. & sunt iudicia terminata transactione cõposita lõgo tẽporis silentio finita. Pau. de uer. sig.
Transfuga nõ solum is accipiendus est qui aut ad hostes aut bello transfugit: sed & qui p idutiarũ tẽpus aut ad eas cum quibus nulla amicitia est fide suspecta trãsfugit. Pau.
Traiecticia pecunia est quæ trãs mare uehitur cæterũ si eodẽ loco cõsumatur nõ erit traiecticia: sed uidẽdum an merces ex ea pecunia cõperatæ in ea causa habeantur & interest utrũ etiã ipe periculo creditoris nauigẽt. tũc enim traiecticia pecunia sit. Modestinus de nautico fœnore.
Tragula est asta. Salu. li. iiii. histo. Auidissimus atque præparatis ducibus & metellis ictu tragulæ sauciaretur. Var. in meleagris. Aut ille ceruũ qui uolatile currens sparso sequitur tragulaue traiecit. No.
Trahere cõsuetudine manifestam habet significationem. Virgi. lib. ii. æn. Altaria ad ipsa trementem traxit. No.
Ttahere per terrã ducere. Vir. i. æn. lora tenens tamẽ huic ceruix con æque trahũt ꝓ terrã. Lucanus libro octauo. Per scopulos miserũ trahitur per saxa cadaur. No.
Trahere est rursus leuare. Tul. de natura deor. li. ii. Et regẽ qui fossione terrã fumare calẽtẽ atque etiã ex puteis iugibus calidã aquã trahit. Plau. in amphi. Ego illi puteo si accepsero animã omnẽ itertraxero. No.
Traduces uiriũ fieri possũt ut mediolanẽses faciũt i arboribus quas uocãt opulos. Var.
Trama qđ trauat frigus. Varro.
Trames i transuerso dictus. Pla. i parasito. pigro domũ ire cœpi tramite dextera uia. V.
Trãstra & tabulæ nauiũ dicũt: & tigna quæ ꝓpariete i parietẽ porrigũtur. Fe.
Traha genus uehiculi a trahendo dictum non habet rotas. Ser.
Traho cũ festinatiõe adduco. Vir. ii. æn. pastores magno ad regẽ clamore trahebãt Et cõuentus trahit i medios. Ser.
Traianus imperator consuluit Apollinem assirium cuius simulacrum est in ciuitate heliopoli. Macrobius.
Trãsẽna nõ ut quidam putãt trãsitus sed est fenestra. Cic. de ora. li. i. Nũc peto a crasso ut illã copiã quã constructã. uno in loco quasi ꝓ transennã prætereuntes strictim aspeximus. Sal. histo. li. ii. transenna dimissum uictoriæ simulacrum cum machinato strepitu coronã capiti iponebat metello reor. N.
Transmittere trahere derelíquere. Lu. xxviii. Polemon & amarius mortem transmisit suam stolã quã dicũt. No.
Transgressus a pedum gradu proprie dicitur sed auctoritas uetusta liberiorem loqnendi usum dedit. Sal. li. i. hist. Et de his qui nauigassent & de ipsis nauibus eo uerbo uti uoluit in quibus gradus nõ sit defectio nactus obscurã noctem estu secundo ac inde q trãsgressus omnes recepit modos ꝓceptus a lusitanis. alibi de scaphis: aliæ paulum nimio

ꝓgresse iter. tum ficco onere cū pauor corpora agitabat deprimebātur. No.

Transmitto celeriter trāseo. Vir. iiii. æn. alia de parte patētis transmittunt cursu cāpos. Ser.

Transmissū transgressū dixit Salustius Asinio polioni in quadā epistola quā ad plancū scripsit Salus. i eodē. li. nō eos solū qui nauibus ueherentur: sed & scaphas quoque nantes transgressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui. Earū ille paululum ꝓgressæ nimio simul & incerto onere cū pauor corpora agitauerat deprimebantur. A. gel.

Transuersi casus sūt qui ab recto casu obliqui declinantur. ut albus albi. bo. Val

Trapetes molæ oleariæ. & uocant trapetas a terendo nisi græcū est τραπητης. Va.

Transenna extentus funis dicit. Salust. machinato strepitu transenna coronam in capite imponebant. Seruius.

Transenna fenestra. M. Tul. i. de ora. Nunc peto a crasso ut illam copiā ornamentoꝝ suorum q̄ cōstructā uno in loco q̄si per transennā prætereūtes strictim aspeximus. Ser.

Trapetum mola oliuaria. Virgilius. ii. geor. Teritur siciona bacca trapetis. Seruius.

Transcribo trado. Virg. vii. æne. Et tua dardaneis trāscribi sceptra colonis. hic sermo tractus est de pecunia. Ser.

Tediū est angor mentis & animi: non corporis ualitudo. Ser.

Tedulū fastidiosū senē q̄ oībus est rediū. Fes.

Tegetes a tegendo. Var. de re rusti. Si quæ fiūt de cannabi lino iūco palma scirpo: ut funes restes tegetes quoque fundo sumi non potuerunt. Nonius.

Tegillū cuculli uinculi ex scirpo factū. Plautus tegillū mihi aret id si uis dabo.

Tegillū diminutiuū a tecto. Var. sexque ulixe. uigilare uolitās mulsus aquā & nubibus tortā idicat fore ut tegillū pastor sibi sumat. N.

Thearus fluuius thraciæ ad cuius caput Darius ad scythas proficiscens tribus diebus castra habuit: & delectatus limpidia eius aqua columna apposuit græcis litteris secundum Herodotū quæ ita sonāt o theari fluuii fōs cū omniū fluuioꝝ optimā & pulcherrimā proferas aquā: & ad te Darius Hystaspis filius persarū & mesopotamiæ rex omniū hominū optimus & pulcherrimus ad scythas proficiscens peruenerit. hæc quoque tibi in scripta apposuit.

Tela etiā lapides dici posse auctoritas docuit: & omnia quæcūque iaciūtur. Sisē. li. iiii. histo. Manulis lapides dipartit ꝓpterea q̄ is ager omnis eiusmodi telis idigeat. No.

Telorum iaculoꝝ gladiorum uocabula quæ in historiis ueteribus scripta sunt. libitū forte nobis ē sedētibus in rheda conquirere: ne quidē aliarū ineptiaꝝ uacantē stupentēque animū occupare quæ tum igitur suppetierāt hæc sūt hasta: pilū: phalarica: soliferrea: gesa: lancea: spari: rumigestri: faces: tragulæ: frameæ: mesanculæ: catheiæ: rumpheæ: scorpii: scibones scilices. ueruta: enses: sicæ: machereæ spatæ lingulæ pugiones climaculæ. De lingula quoniam nō ē nimium frequens ad monendum existimo. Lingulam ueteres dixerunt gladiolū oblongū in speciē linguæ factū cū meminit Neui. i tragœdia hesiona uersū Neuii apposui. Siue inde morē gerere uidear lingulā ueꝝ lingula. Itē rūphea genus teli & thracæ natiōis positūque hoc uocabulum est in Quin. Ennii annalium. iiii. A. gel.

Telū secūdū græcā ethimologiā dicitur a græ. τηλον quicquid lōge iaci potest siue gladius siue securis. Vir. At nō hoc telū q̄ ui mea dextera uersat. & sequit cōsurgit i ensem. S.

Tellus & terra in hoc differunt quod illa deam significat. terra uero elementum. Serui.

Telaulus liburnorum fluuius.

Telis sordonum fluuius.

Telum uulgo quidem id appellatur qđ ab arcu mittitur. sed nunc omnino significatur qđ mittitur manu: ita sequitur. ut & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur dictumque ab eo qđ in longum mittitur. Caius de uer. signi.

Telamon æaci. f. frater Pelei. rex salaminæ pater. Aiacis.

Telecrus rex laconiæ.

Telemachus filius Vlixis ex penelope.

Telemus cyclops uates qui Poliphenum occecandum ab Vlixe prædixit Theocritus & Homerus Ouidius Telephum dicit si corrептus est textus.

Telephus Herculis. f. ex auge nympha lactatus a cerua in siluis expositus in licia cithēsibus iperauit ab Achille dū Vlixē persequit̄ uulneratus i fœmore. qui iterū ab eo uulnera/tus secūdū Oraculū sanatus est. Pli. dicit limatura ferri in emplastris sanatū ab achille.

Telegonus Vlixis ex Circe. f. qui patrem incognitum interemit.

Telesco oceani & Thetyos filia.

Telys sybaricum tyrannus genitiuo Telyos.

Telesarcus ciuis samius.

Telestor pater Eurypiles.

Telonæum ubi uectigal exigitur.

Telos tributum & pensio.
Tellus athenienſis quam Solon Crœſo beatiorem putauit.
Telũ quicquid iaci poteſt a τηλον græce longum aliquando oro gladio.
Techna ars Inde technides artifex calotechnus & cacotechnus.
Tectoriũ illinimentũ eſt & quaſi pauimentum parietis atque incruſtatio. Lau.
Temerare uiolare ſacra & contaminare dictũ uidelicet a temeritate. Fe.
Temetũ uinũ. unde temelẽtus & temulẽtia. F.
Temulenta eſt ebrioſa a temeto q̃ eſt uinũ q̃ attẽtet. Plau. in aulularia. Quia temeti nihil allatũ intelligo. Idem in truculen. Siue adeo caret temeto tamen ingenio improbus. M. T. de repu. li. iiii. Ita magnam uim habet diſciplina uerecũdiæ carẽt temeto omnes mulieres. Var. eſt modus matulæ quid ſi in omni uita helluo olfacit temetum. N.
Temulentus uinolentus hoc eſt ebrioſus quia temetũ uinũ eſt. Vnde abſtemius ſobrius. dictũ aũt temetũ ab eo qđ teneret mentem. & producit primam ſyllabam Temulentus uino temerarius natura. Te. in an. Sane pol temulenta eſt. Donatus.
Temerius. Ac. in didaſcolo. Sed euripides qui coros temerius in fabulas. Nonius.
Temeritudinẽ p temeritate. Pacu. in doloreſte Ennio tyrãni neui temeritudinẽ. Nonius.
Temerarium metuendum & ſollicitũ. Plau. in aſina. Sed quid q̃ picus ulmũ tũdit haud temerarium eſt & in ſequentibus. Nonius.
Temerarium ſicuti plærũque a temeritate. N.
Temeriter. actius in amphi. Hoc in re eſt q̃ tũ tam temeriter meam beniuolentiam interiſſe es ratus. Nonius.
Temere. i. ſine cauſa. Vir. viii. æne. haud temere uiſum. Te. Haud temere eſt. Interdũ aũt fortuitu ſignificat. alias male alias ꝓpe. N.
Temere improuide inconſulto. Te. in and. Sed dico tibi ne temere facias. Ser.
Temere ſine cauſa. Te. in heau. Miror quid ex pyrheo abierit. nam ibi cuſtos publice eſt nunc non temere eſt. Ser.
Temo unde & cur dicat latet arbitror ãtiquos ruſticos primũ notaſſe quædã in cœlo ſigna quæ præſtẽt alia erãt inſignia atque ad aliquẽ uſũ culturæ tempus deſignandũ conuenire animaduertebant equis: ſignarunt has ſtellas quas græci ut Homerus uocat.
Ideſt ꝓpinqua equis ſignũ bœten & noſtri eas ſeptẽ ſtellas boues & temonem: & prope eas axem. Varro.
Temo dictus a tenẽdo. is enĩ cõtinet iugũ. Var.
Temnere contẽnere. Luc. li. iii. Quodque adeo fuerit q̃ tẽnere tite ſuperbũ. Vir. li. vi. Diſcite iuſticiam moniti & nõ temnere diuos. No.
Tẽdere ſignificat proprie pertinacẽ cõtentionẽ Virgilius. Vaſto certamine tendũt. Teren. in heau. miles tendere in iurgium. Do.
Temperans conſulens prouidens moderatus. Vir. Iam ſibi tũ curuis male temperat unda carinis. Te. in phor. Si eſt patrue culpam ut antipho in ſe admiſerit ex qua re minus foret rei aut famæ tẽperans nõ cauſã dico quin qđ meritus ſit ferat. Do.
Tempeſtatẽ pro tẽpore frequenter dixerũt. Fe.
Tempeſta tempeſtiua.
Tempeſtas tẽpus. Saluſ. in iugurta. Ea tẽpeſtate in exercitu noſtro fuere q̃ plures noui atque ignobiles. Luc. xxvii. Iã qua tẽpeſtate uiuo certo fine ad me recipio. Pacuuius i teucro. Quoniã te poſt multis obeor tẽpeſtatibus. M. T. de ſenectute Curſus ẽ certus ætatis & uia naturæ eaque ſimplex ſuaque cuique parti ætatis tẽpeſtiuitas ẽ. Var. de endimionibus. Cũ ſermone cœnulã uariamus interea tonuit boue tẽpeſtate ſerena. No.
Tempeſtas & uentus & aura & tempus. Virgilius. iii. æne. Dii maris & terræ tempeſtatũque potentes. Ser.
Tempeſtas malã tempeſtatem ſignificat. Titus Liuius. lib. viii. ab urbe condita. Et cũ tempeſtas neutro inclinata ſpem dimicationis dire miſſe. Ser.
